




**Alfonsi Viruesij Canarien. Episcopi, Phillipicae disputationes
uiginti aduersus Lutherana dogmata : per Philippum
Melanchthonem defensa, complectens summatim
disputationes nuper Augustae ac deinde Ratisponae habitas.**

<https://hdl.handle.net/1874/424364>



Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell

Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- **de rug van het boek**
 - **de kopsnede**
 - **de frontsnde**
 - **de staartsnede**
 - **het achterplat**

This book is part of the Van Buchell Collection

Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- **the spine**
- **the head edge**
- **the fore edge**
- **the bottom edge**
- **the back board**

L


R.K.

E. qu.

205



E. qu.
205



205



卷之三

ubi tū
ubi tū
mī cū felic
mī cū

Et si gur
tat. nou
tr bles.

or vnde hoiem moria omib; nescier
q; dicit. Sed in optime securi hinc a
nre fecim tñ nol; qui dom; satan
ta ebliat. In elocita certina op
a Genit; quicora sustentat. In cord
spina maledicta solle aliapui. In
adamo venenata est alia sueta
lani tenet i manu ut sachegnum
scriber nescor. **Vill.** Tali suscepso
li eoz n; infernali a deo omni de
m in terru. q; regi a seni emi de
bri i sang ne i acti dolore pundi
spini q; opus regi quodam pens
deci coconit. **Est** eni aculeo ipsius
ce qd; v; in tbo coro crevit. In cala
mo & caro de Genit; mitema am
mitema manu spinae fumat qd;
capita ei illud. ut iri interne gran

Et pote illud
vix eis ei. Et
videtur nebula.
et dixit eis ut es
tu si autem in he
ren ex malis e
iam ducitur ad
scripturam: p
ropt. s. platus e
dit enim in eius
ponit ad qm
Angelum iste et
desperat in hunc ha
ventum: et eis
ipse perire super
erit. Cum a meo
figo et diluho

for go

190

N. 29 RR.

E 4° 205

ALFONSI

VIRVESII CANARIEN. EPISCO.

pi, Philippicæ disputationes viginti aduersus Lutheranæ dogmata, per Philippum Melanchthonem defensa, complectens summam disputationes nuper Augustæ ac deinde Ratificatione habitas.

Vox usurpata Luthero.

Verbum domini manet in æternum. Isaia. 40.

Vox ecclesiæ propria.

Et respondebo exprobrantibus mihi uerbum:
quia sperauit in sermonibus tuis. Psal. 118.



N. 39 B

COLONIAE, ex officina Melchioris
Nouesiani, Anno M. D. XLII.



donatore Hub. a Bucel.

SUPERIS TOTIVS
argumenta.

- | | |
|---|---------------|
| De dogmatum multitudine & uarietate. | Philippica I. |
| De communi articulorum fidei confessione. | Philip. II. |
| De iustitia & peccato originali. | Philip. III. |
| De fidei & operum iustificatione. | Philip. III. |
| De eodē ad argumenta confessionis responsionū. | Phil. V. |
| De eodē ad scripturæ loca responsionum. | Philip. VI. |
| De eodem ad philippica argumenta | Philip. VII. |
| De eodē Philippicarū responsionū cōfutatiois. | Phi. VIII. |
| De pœnitentia & absolutione. | Phil. IX. |
| De ueræ pœnitentiae ratione & sacramento. | Phil. X. |
| De eodē philippicarū rationū confutationis. | Phil. XI. |
| De uero numero sacramentorum. | Phil. XII. |
| De ecclesiasticis muneribus & functione | Phil. XIII. |
| De ecclesiæ ritibus & cæremonijs. | Phil. XIII. |
| De politicis magistratib. et in eadē de lib. arbitrio | Phil. 15. |
| De cultu & invocatione sanctorum. | Phil. XVI. |
| De communione sub utraq; specie. | Phil. XVII. |
| De cœlibatu & matrimonio. | Phil. XVIII. |
| De cœlibatu clericorum. | Phil. XIX. |
| De cœlibatu monachorū & monastica professione. | Phil. 20. |
- Ad Cas.

SO A D C A R O L V M C A E S A R E M **S**
inuictiss. Rom. Imperatorem, Hispaniae regem catholicū,
noui orbis monarcham, &c. Alfonsi Viruesti Vls
metani, Canarien. episcopi, de Philippicarum dis
putationum dedicatione, Epistola.



T sī scio multorum haclenus exercitationes
& studia, Cæsar inuictiss. eo directa, &
summo conatu, totisq; uiribus intēta, ut Lu
theri dogmata ab omnibus sificeri posset, ex
ploderetur, sīn minus, coercerentur, nō per
inde feliciter successisse catholicis atq; pie,
nequeo tamen, male locatas esse horas & operas in huiusmodi
argumento consumptas animum inducere. Neq; enim naturas
rerum, quod est in fabulis poetarum, oratiōe mutare nitimur,
sed animos hominum, animos, inquam, suapte natura flexibiles,
& ad cedendum ostensae rationi, modo uitia non obstante,
pensos. Quanq; sunt, qui & hoc ipsum inferre uim uel naturæ,
uel fatali cuidā necessitatī, ad quam omnia referre semel de
creuerunt, existiment. Ita nihil rōni, nihil arbitrio, nihil denis
q; diuinæ clementiæ, quod possit immutare, relinquunt. Sed na
tura omnium quæ sunt parés à philosophis credita, atq; diuinæ
prudentiæ ab eisdem ut æmula semp opposita, nulla serōne
magis declarat nihil nec posse, nec esse qdem præter ipsas eas
dem res, quibus inesse uidetur, quā incerta bac operum uicissi
tudine, ut sensibus frequentissima, ita occultissima intellectui:
Si enim per paucos ac numeratos quosdam motus prætermisca
rimus, quis cæterorum oīm quæ quotidie, imo singulis quibusq;

EPISTOLA

horis modo sunt, modo deficiunt, oriuntur, & occidunt, regulas, causas, & originem perscrutari queat? Aut qua ratione poterunt philosophi tantam non cæterarum modo rerum, uerū & opinionum, scientiarum, legum, religionum, dogmatum variationum ad naturæ suæ thesauros, quos magnifice iactant, res ferre? Nos uero omnia hæc in diuinæ mētis liberam prorsus, ordinatissimam tamen dispositionem, nempe prouidentiam reiijcimus, quæ et si nobis sit incomprehensibilis, hoc tamen non significat modo, uerum rebus ipsis ostentat, malorum scilicet hominum uitij bonorum se uirtutes exprimere, erroribus uero pietatem & ingenia exercere. Qui factum est, ut ab orbe condito optimi quiq[ue] inter iniquissimos, sapientissimi inter stultissimos enituerint, oportueritq[ue] (quod ait Paulus) hæreses esse ut qui probati sunt, manifesti siant, ita tamen, ut nemini diuina dispositio uim ad peccandum intulerit, aut bene uiuendum: tantum ad hoc inuitat & iuuat, in illud uero sponte sua fertur humana uoluntas. Quamobrem, ut ab illorum ego temeritate uehementer abhorreo, qui, reliclis hominum culpis, quicq[ue] poenarum accidit orbi, neglecto deo, eiusque prouidentia prætermissa, omnia referunt ad arcana naturæ: ita querelis eorum nunquam accessi, qui peccatorū uim adeo, ærumnis publicis ingruentibus, augent, ut Christi misericordiæ pene diffidere uidéantur. Unde et hoc habet, pro deplorata rempub. Christianam, q[ui] cum indies multi inter has temporum mutationes exoris antur allophili, ecclesiæ hostes, nullos econtra, ut olim, habebamus propugnatores. Non (inquam) his quam illis magis accedo: Quoniam et si Augustinos, Hieronymos, Hilarios,

Athas

DEDICATORIA.

Athanastios, ac cæteros huiuscmodi, quos desiderant, & a quibus defensa est olim catholica ueritas, non assequamur, nō desunt tamen qui sequātur istorum uestigia, labores imitentur. His accedit principum pietas & religio, quæ maior est in omnibus fere Christianis principibus & uberior, quam fuerit olim. Inter quos tu Cæsar invictissime, ut supremus es loco, ita summam religionis curam & solicitudinem perpetuo sustines, adeo ut puerib[us] pene usi iam uulgo dicatur: Ita diuinæ maiestati res tuas esse curæ: ut tuæ maiestati omnia sunt curæ diuina. Non committam ut istius uirtutis exemplo, quæ numero & magnitudine omnem orationis mensuram excedunt, huius præfaciunculæ breuitate perstringam. Tantum illud commorabo, quod ad nostri operis argumentum proprius accedit. Indixit tua maiestas solennem totius Germaniae in Ratispona conuentum, quo posset facilius Lutherana dissidia quoquo modo, sine pietatis tamē offendit, cōponere. Videbatur res per uiros in sacrī literis eruditos, debere tractari. Hac fortassis de causa me, qui literas sacras utcūq[ue] profitebar, euocari iussus in aulam, aut si alia fuit accessendi causa, ego certe hanc suspicatus ad certamen præparare me cœpi, argumēta colligere, quibus Lutherani catholicam ueritatem inuadunt, respōsiones adornare, quin & argumentis argumenta refellere: hoc studium nostrum epitome peperit chartis lituratum. Postea uero quam Turcarum irruptio cōsilia commutauit & studia, subiit animum cupiditas, omnia illa, quæ in epitome congesseram, in iustas disputationes digerendi, atq[ue] in lucem, quo prodessem forte nonnullis zædendi. Cœpi ergo in ipso bellorum ap-

E P I S T O L A

paratu& armorum strepitu in quandam Lutheranorum con-
fessionem tuæ maiestati oblatâ Augustæ & Philippi Mel-
anchthonis pro eadem apologiam disputatiunculas commen-
tari. Si quidem dum tuæ maiestatis aulam, in quam dudum fu-
eram recens ascitus, per Germaniâ ad Panmoniâ usq; confe-
quor, opera & preium mihi facturus uidebar, si te una cum incli-
to Romanorum rege Ferdinando tam ingens bellum suscipien-
te, uestris autem cum purpuratis tum militibus futura (si mo-
do hostis ausus esset manere) prælia meditantibus, Diogenis
exemplum imitarer, qui cæteris moenium intentis ppugnatiōi,
dolium ipse, ne inter suorum labores accusaretur ignauiae, q̄
maxima poterat contentione uersabat. Melius uero nos, qui
(ut nostri) perduellibus reipub. Christianæ ita ecclesiæ de-
sertoribus parabamus occursum. Itaq; alij equos & arma, nos
ingenium exercebamus et stylum, atq; ita in illius expeditiōi
tam laborioso itinere harum disputationum maximā partem
cōfecimus. Porro q; disputationē hāc per Philippicas distri-
buimus, ne quaquam id magnifici nominis splendorem sequuntē
fecimus, aut q; quicquam tale præstare credamus, quale præ-
stitit aduersus Philippum Demosthenes, aut Cicero aduersus
Antonium. Illorum orationes sunt grandes, luculentæ, uenu-
stæ, nostræ uero disputationes, rusticæ quidem sed mode-
stæ, ut credimus, & nō prorsus ineptæ. Quæ fuit igitur caus
sanobilissimi nominis aucupandi? Hoc nimirū, q; Lutheros,
Zwingios, Pellicanos, Oecolampadios ac cæteros centimaz
nos ecclesiæ columinibus expugnandos relinquentes, nobis Phi-
lippum Melanchthonem quo cum descenderemus in æquū cer-
tamen

D E D I C A T O R I A.

tamen illius apologiae occasionem præcipue delegimus: qui et si his quos modo commemoravi, non sit eruditione impar, & ingenio sit fortasse præstantior, eo tamen facilius eius videatur esse certamen, quo minus à ueritate recedit. In assertionebus, & in disputationibus maiorem præse fert modestiam, minusq; furiose uersatur. Haec nobis uisa sunt Cæsar invictissime, apud tuam Majestatem epistolari breuitate præfari, nam cetera dabit Philippica prima: qua, proemij loco, Germanos omnes, maxime quibus cordi est pietatis studium, alloqui mur.

F. ALFON.

15 OCTOBER 1910
In the afternoon I went to the beach with
the children and we had a good time. We
had a picnic and then I took the children
to the beach where they played in the water
and sand. We also had some fun with the
kite. In the evening we had dinner at home
and then I took the children to the beach again.
We had a great time and I think it was a
very good day.

F. ALFONSI VIR^Æ

Fol. 1.

VESII THEOLOGI, CANARIENSIS

Episcopi, Philippicæ disputationes viginti, quibus quorundam Germanorum confessio, Carolo Cæsari Augustæ, iuxta Lutheri doctrinam exhibita, expenditur:

& Philippi Melanchthonis, pro eadem confessione, apologiæ respondetur.

Philippica I. De dogmatum multitudine & varietate, quæ & totius operis præfationem continet.



Vemadmodum inter omnes omnium gentium nationes, nulla fuit vñquā Germanis, aut fide constantior, aut moribus grauior, aut ingenij cādore simplicior: ita inter omnes Christiani orbis prouincias, nulla se hactenus (quod aliarum pace dixerim) pietate insignem, religione supplicē, obseruatione frequentem, vtrisq; demum tum legibus, tū magistratibus obtemperantem, æque præbuit atq; Germania. Quæ quidem ingenij vestri & pietatis antiquæ laudes, haud idcirco nobis in huius præfationis exordio attinguntur, viri Germani, vt vos primulū blandis (quod ait Sapiens) sicutisq; sermonibus captans, postmodum facilius traham in sententiā (haud em̄ iestis, quibus assentatione, in re præsertim grauissima, possit imponi) sed vt indolis vestræ & ingenuitatis admoniti, me mineritis: quæ nunc placita, leges, instituta maiorum cōtemnitis,

Prover. 26

F. ALFONSVS VIRVESIVS

nitis, eadem vos non ita pridem & suspexisse modestius, &
retinuisse contentius, & fidelius præstissee. Quod cū ita sit,
indignum mihi videtur vestra grauitate (animaduertite q
vobis nō assentari decreuerim) ad vnius aut alterius homi-
cioneis qui nunq̄, quod illorum cum verba, tum opera satis
produnt, sibi constiterunt, voces nō dicam quales, sed nouas,
ita repente vosipso, & vestra oīa, (vitij duntaxat exceptis,)
mutasse, & aduersus rectiora monentes, ita obturasse aures,
vt risu ac derisione, ne dicam maledictis & conuicijs excipa-
tis eos, qui istam animi impotentiam sistere & temperare co-
nantur. Hoc malum nō rerum ipsarum, quas deseruistis, aut
veritatum mutatiōe accidit, sed communi hoīm (ne interim
diuina iudicia perscrutemur) conditione, qua ita est hominū
naturae comparatum, vt quo se sublimius extulerit, etiam vir-
tute ac fruge bona, eo sit illi velut in summo periculo cauen-
dum studiosius, ne præcipitatione collidatur. Omnia re-
rum vicissitudo est (ait ille) non tantum humanarum, ver-
etiam diuinarum, q̄ diu versantur inter homines: nihil est em-
Nihil tam
purum
quod defe-
sū caret. tam præcellēs, tam sublime, tam diuinum, quod si per homi-
nes geri, dispensari, aut quoq̄modo disponi cōtingat, huma-
nis defectibus non sit obnoxium, quando ea est animi nostri
imbecillitas, mentis inconstantia, perplexitas rationis, vt quā
veritatem maxime illi expedit retinere, in ea se veritate siste-
re & confirmare intellectus humanus minime queat, nisi vir-
tute diuina roboretur. Huic virtuti, quæ præsto est, quem =
Math. 7
Lucas 11 admodum pollicetur Christus, expertibus, pulsantibus,
implorantibus, nihil hostilius aduersatur quam peruiçax
ac

ADVERVS LVTH. DOGMATA. Fol. 2.

ac præfracta quædā præsumptio sapietiae, qua sibi ipsi homo sufficere credens, cæteros omnes cæcutire & hallucinari, præ ut ipse sapit, arbitratur. Hic ille philautiae morbus est, vt altius tantorum malorum causas & exordia reputamus, qui maximum angelorum partem corrupit, & ab illis in homines quasi contagione translatus, vniuersos in primo parente corripuit. Quem morbum vt cæterorum omnium caput & originem, diuini verbi Ecclesiastes ille Salomon significasse, vna atque cohibere voluisse videtur: dum hominum ferme omnium curas ac desideria vana pertæsus: aut (quod verius dixerim) spiritus sanctus per illum: studia quoque nouos scribendi libros, quinimo libidinē cōminiscendi noua dogmata, quibus vetera fastidiri, simul & antiquari documenta incipient, disertissime iuxta ac saluberrime damnat. Verba, inquit, sapientium sicut stimuli & quasi clavi in altum defixi, quæ per magistrorum consilium data sunt a pastore uno, his amplius fili mi ne requiras: faciendi plures libros nullus est finis, frequensque meditatio carnis afflictio est. Videtur siquidem hæc diuini spiritus sententia in illos maxime ferriri, qui alienam sapientiam præ dulcedine proprij erroris fastidire solent, & materias a veteribus catholicis non modo pie, verum diligenter & erudite iam olim explicatas, rursus excutiunt, atque de alienis laboribus sibi gloriam aucupantes, amplissima usurpant argumenta loquendi. Loquendi, inquam, quia nihil aliud lucri præter inane loquacitatis nomen sibi referunt, nihil utilitatis lectoribus asserunt, præter humanæ alicuius adinventionis sumos: qui-

A ij bus

Dogmata
radix phi-
lauria.
Eccles 12

Eccle. 12

F. ALFONSVS VIRVESIVS

bus ad veterum enarrationes, alioquin sufficiētes, adiecti, argumentum doctrinæ susceptum confundunt, potius quam illustrius reddant. Atq; vtinam hoc tantum damno contenta esset inanis gloriæ in scribendo cupiditas, & non aliud de terrimum adieciſſet: quo totius pudoris et reuerentiæ metas transgressi, cum nihil prætermisſum a maioribus, quod a nobis adiungi possit, videamus, quæ ab illis sapienter, simul & catholice dicta sunt, ambitiosa doctrinæ ostentatione conuelli mus, illorum dogmata vellicantes oblique, interdum etiā & aperte damnantes. Eo deniq; temeritatis processit immanis hæc philautiæ nostræ rabies, ut in diuinæ demū scripturas irrumpentes, nihil firmū, nihil stabile, nihil solidum illis, quantum in nobis est, permanere sinamus: quin quibusdam locis manifestam vim inferentes, quosdam prorsus infringentes, alios omnino negantes, omnia propemodum euertamus: ita ut fuerint, qui integros vtriusq; testamenti libros, alij qui alterum testamentum in vniuersum sustulerint, & in diuinæ sapientiæ oracula virgam sibi censoriam ausi sint arrogare.

Hinc exortæ hæreses, schismata, sectæ, factiones, & id genus Galat. 5: alia portæta quæ Paulus inter opera carnis connumerat. Nā illorum meditatio carnalis est omnino. Quod id ipsum Salomon aperte significat, cum dicit eorum frequentem meditationem, carnis tantummodo afflictionem esse. Phantasmatū enim agitatio, organicas cerebri potentias exercens extenuat, & fatigat. Porro ex huiusmodi potentiarum, quæ corporeæ sunt, & ad carnis pertinent portionem, varietate, opinionum solet varietas exoriri. Alioquin tanta est animorum similitudo,

Vnde va-
rietates opí
niónum.

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 3.

tudo, vt intelligentiae cōsensus philosophis aliquot imposuerit, vt crederent, alijs eundem esse in cunctis hominibus intellectum, quem cōmunem suis verbis appellant, alijs diuersos quidem, sed eisdem scientijs apud superos olim imbūtos, atque adeo apud nos assensuros & que eisdem veritatibus, nisi phantasmatum obstareret varietas, penes quae vix hominem inuenias, qui cum alio in opinando conueniat. Sicut enim exterior corporis habitudo, ita & interior organica dispositio in singulis hominibus propria est, & a ceterorum unoquoque diuersa, qui fit, vt in ihs que per organica cogitationis specialia, quae vnicuique (vt diximus) propria sunt, contemplamur, ingens inter nos oriatur opinionum varietas: In ihs vero quae sola spiritus acie, intellectu scilicet, intuemur, summus sit omnium hominum in iudicando consensus. Id quod maxime nobis vsuuerit, cum intellectus noster, sicut similitudinis simplicitate unus est, ita unico tantum fidei & gratiae lumine illustratur. Cuius quidem luminis capax non est vlla quantitas, tumlibet perspicax, & in fingendis nouis dogmatibus solers corporea potētia, quoniam spiritus sanctus discipline effugiet fictum, & auferet se a cogitationibus, quae sunt sine intellectu. Siquidem intellectualis & vera sapientia hoc distat a phantasticis opinionibus, quod sine fictione discitur, & si ne inuidia communicatur, vt quam non sibi quisque priuratis excogitauit proprij cerebri simulachris, sed in communem omnium hominum utilitatem Deus velut aequamento largitur cunctis, q̄ sese illa dignos exhibit & capaces: Alioquin in malevolam animam non introibit sapientia, neque habitat sapientia.

A ij in

Sap. 7
Intellectu
alis sapien
tia distat a
phantasti
cis opinio
nibus.

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Iacob.

in corpore subditio peccatis. Et spiritualis sapientia, quam aduersus carnale Iacobus distinguit, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiēs, &c. Multa in hanc sententiam passim in sacris literis reperiūtur, q̄ omnia huc spectant, ut sciamus intellectualem sapientiam, hoc a phantastica opinione differre, quod illius veritatibus oēs fere homines (quorū animos philautiæ furor non corripuerit) facillime assentiuntur, in huius vero placitis, vix hominē inuenias, cui cum altero in uniuersum conueniat, nisi forte factione potius, q̄ doctrina, in cuiusq; verba iurauerint. Tunc em̄ coguntur homines, interdum q̄ minime probant, assue rare: quinimo, quod non raro deprehensum est euenire, affectus ipse peregrinis dogmatibus semel addictus, vscz adeo in cæteras animi potentias tyrannidem exercet, ut eas pro se cogat etiam iudicare, & intellectum (qui nudus alioquin & liber veritatem erat inuenturus) quasi refragantium cogitationum improbitate obruere. Verissime nanc̄ dictum est a Quintilio. Id quod iudices fuisse volunt, esse faciliter credere. Et sicut amantes de forma iudicare nō possunt, q̄a sensum oculorū premit amor, ita oēm ingrediae veritatis rationē a nobis amitti, cū affectibus occupamur. Quamobrem haud immerito apud Ciceronē de natura deorū differentē C. Cotta Velleium idcirco falsum existimat, quod ante iudicauerit Epicurū se esse oportere, q̄ dogmata Epicuri cognouerit. Omnino animus commentitiae opinionis fuso præuentus, sui cōpos non est, ut proprię adinventionis aut factitij dogmatis, cui semel se addixit, deceptioni veritatis pulchritudinem

præ-

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 4.

præferre valeat. Trahitur vnuſquisque noſtrꝫ a morbo illo,
 quē diximus philautiæ, vt ſemper propria cōmuniſbus præ-
 feramus. Porro veritas & intellectualis ſapientia, q̄ vna illam
 attingit, communißima eſt, opinio cuiusq; propria. Hinc fit,
 vt non modo hæretici, (quod quotidie experimur) ſinguli
 ſingulas condant hærefes, & vicifim ſeipſos, qui modo ad-
 uersus oēs alios pugnabant, infeſtent, illis damnātibus, quod
 his egregie luculentū appetet, & rurſum his explodentibus,
 & irridentibus, quod illis maxime probatur: verꝫ & catholi-
 ci, quatenus abſq; pietatis diſpendio licet, Scotus differat ab
 Aquinate, Durandus ab utroq; Ariminensis ab omnibus: et
 quemadmodū olim philosophia, ita & nunc theologia in ſe-
 ctas pene innumerabiles ſit diſiecta, idque non ſine magnis
 (quod aperte dixiſſe per ſophos quoſdam gymnaſiarchas
 nō ſit mihi fraudi) cruciatibus ingeniorꝫ et conſcientiarꝫ in-
 terdū periculo non mediocri. Ego vero de hiſ oībus ita iudi-
 co: vt q̄ ab ecclesiā vniuersali perpetuo ſunt credita, & obſer-
 uata, ea tanq̄ oracula diuina religioſe fuſcipiam, & vniuersis
 hæreticorum dogmatibus præferam: Nihil enim aliud quā
 hæretici mihi ſunt, quicunq; aduersus hæc ſcribunt aut do-
 cent. Quæ vero nouis ſunt inter Christianos traditionib; exorta, ita vt nullo mō in ſacris literis antea fuerint, illa, ſi con-
 ciliorum aut pontificum ſint decretal, vt leges & placita Chri-
 stianæ reipublice per quam utilia venerabundus fuſcipiam.
 Quoties aut̄ de diuinis aut humanis hiſce legib; alicubi for-
 tassis ambigitur, optima mihi legum interpres eſt Christiani
 populi generatim recepta cōſuetudo, nam cæteræ omnes in-
 terpre-

In tanta ac
ſectiona
varietate
qd ſequen-
dum.

F. ALFONSVS VIRVESIVS

*Isaiae 40
Iohann. 1*

terpretationes, quas heretici hactenus attulerūt, velut huma-
na figmenta, & carnis tantum prudentiæ innitentes, marces-
cunt et emoriuntur. Omnis nanc̄ caro fœnum. Et quod na-
tum est ex carne, caro est. Cecidit fœnum, & quotidie cadit;
quod etiā diu aliquoties durare videatur, tandem arescet, ver-
bum autē dñi manet in æternū. Cui verbo, quantūvis illud si

*Perpetui-
tas et con-
fiancia si-
gnū quo-
dignosci-
tūt eccl-
esiam h̄e-
reticor̄ turbinē, & malorum Christianor̄, quibus vterque
refles.*
Matth. 16

bi oēs heretici arrogant, sola ecclesia catholica innititur. Hu-
ius rei signū haud obscur̄ est, quod heretibus cunctis pro-
cessu tempor̄ euanescentibus, sola ecclesia catholica inter hæ-
reticor̄ turbines, & malorum Christianor̄, quibus vterque
ordo satis abundat, alluviones permanet, et in æternum per-
manebit, utpote aduersus quam neutra inferor̄ porta, nec er-
roris neq̄ iniquitatis preualere potest. Sed interim pene præ-
terieram tertium partitionis quæ proposita nobis est mem-
brum, hoc est, opinionū, q̄ inter orthodoxos sine fidei offen-
sione quotidie oriuntur. Hor̄ omnia in quibus doctores si-
bi mutuo aduersantur, priuata mihi videntur & phantasti-
ca vtrorumq̄ frequenter commenta, semper tamen alteror̄.
Quor̄ fortasse requiras, Illorum scilicet qui magis a veterū
doctrinīs & traditionib⁹ distant, nam (mea quidem senten-
tia) ea tñ ad intellectualē sapientiam pertinent, aut propi-

*Variabāt
antiquan-
ti senten-
tias inter-
dum, con-
tendebant
vero pene
nunquā.*

us accedunt, in quibus neotericis inuicem & cū veteribus cō-
uenit. Nec mihi obijci patiar quorundam antiquor̄ sapien-
tium sententias, quæ inter se pugnare videntur: Illi em̄ fer-
me oēs operas suas diuinę philosophiæ studijs impendebāt,
quam tñ haud oēs æqualiter adipiscabantur, contingebatq̄
illis, q̄ eandem rem simul, non tñ eadem loci intercapedine
intuen-

A D V E R S V S L V T H . D O G M A T A . F o l . 5 .

intuentibus vsuuenire solet, vt quo quisque propinquior est
videndæ rei, verius atque distinctius de illa iudicare valeat,
quare ex locorū vñ prospectus fieri contingit varietate, varia
necessæ est oriri iudicia, quod si omniū proximus rem ipsam
cæterorum oculis æque admoueat, facile oēs tunc in vnius
sententiam discedunt, qñ non contentionis libidine, sed pro-
spiciendi varietate, & ab illo & a se se inuicem dissentiebant.
Veterz ergo sapiētium dissensio tam ciuilis erat et modesta,
vt facile in consensum mutua coalesceret admonitione, nūc
vero cum non de Christi gloria, sed de nostra vicissim con-
tendamus, neutri volumus alteris cedere. Hæc omnia haud
idcirco nobis dicuntur, vt conatus illorū & labores damne-
mus, q ad diuinam sapiētiā per se quidem illustrissimam,
hominibus tñ velut ostentandam, & a suæ lucis fulgore ad
imbecillitatis nostræ captum accōmodandum, verbis et lite-
ris in ecclesia laborant, nouos edunt libros, interpretantur æ-
ditos, optima queq; colligunt, obseruant, in ordines redigūt,
& quasi per classes distribuunt, proferunt in lucem, & sapiē-
tiæ suę ad posteros monumenta relinquunt: Omnia em hęc,
si non ad nouorū dogmatum, quibus sophorum sibi titulos
parent, factiosam ostentationem sed ad sanctarum scriptura-
rum eruenda mysteria, aut optimarū artium illustranda do-
cumenta, cum modestia simul et pietate fiant, & hic maxima
digni sunt laude, et grandes in futurum pīs doctoribus prę-
miorum cumulos parient: qm qui docti fuerint, vt Prophe-
ta inquit, fulgebunt quasi splendor firmamenti & qui ad iu-
stitiam erudiūt multos, quasi stellæ in perpetuas aeternitates:

B & ab

F. ALFONSVS VIRVESIVS

1.Tim.4 & ab apostolo Paulo duplici honore cēsentur digni, qui pa-
scendo gregi Christiano laborant verbo & doctrina. Cæte-
rum oportet eos qui in diuinis literis condiendis, excolēdis,
& Christiano populo propinandis, incumbunt, pastoris illi
us vnici meminiſſe, a quo sumus huius disputatiōis exordiū
auspicati. Ab illo em̄, iuxta Salomonem, veterę sapientiū ver-
ba prodierunt, q̄ per magistrorum consilium data sunt sicut
ſtimuli, & quaſi clauī in altum defixi. His amplius, inquit,
fili mi ne requiras. Rogat fortasse quispiam, quisnam sit ille
pastor, qui sapientes, qui magistri, quorum consilio ſapien-
tium verba ab vno pastore profecta, ac nobis tradita perhi-
bentur: Ego pastorem vnum Christum intelligo, qui de
ſeipſo prædicat. Ego sum pastor bonus, sapientes, prophe-
tas, apostolos, ac cæteros vtriusque testamenti autores, ma-
gistros, vetera ecclesiæ columina, doctores ſcilicet antiquos,
qui ſacras literas interpretantes, non temere, non arrogan-
ter, non præcipiti humanæ existimationis affectu, ſed con-
ſulto ac pia ſollicitudine Christiana nobis dogmata tradide-
runt, quibus amplius ne requiramus ab Ecclesiaste præci-
pitur: Nam in his versanti, etiam ſi multa composuerit vo-
lumina, non multi conduntur libri, ſed vnius duntaxat my-
ſteria producuntur, enarrantur, lucubrantur, & mortalium
oculis admouētur: Vnius, inquam, nempe illius, cuius ſeptē
ſignacula ſoluere ſoli datum eſt agno. Quod ſi ab illorum,
quos modo cōmemorauī vestigijs diſcedatur, mox immen-
ſa librorum ſimile errorum conſurgit farrago, q̄s accuſan-
dis & excuſandis, cū alij rurſus diſtentur, aedantur, inuulge-
tur:

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 3.

tur: sit vt quod Ecclesiastes dixerat, faciendi plures libros nullus sit finis: Quod id ipsum pijs & catholicis viris non debet vitio dari, sed ijs , a quibus nouorum dogmatum iactatione non minus periculosa quam vana, quotidie prouocantur, quique nouas passim argutias in Christianæ simplicitatis perniciem comminiscuntur, quibus semel assertis, aut admissis vanitatibus patrocinentur . Nam (quod vulgo quoque dici solet) necesse est vni sustinendo mendacio accumulari multa, quippe quod eo quisque plus errat, quo per errorem semel ingrediens, longius fuerit progressus.

Facile, vt reor diuinatis viri Germani, imo potestis nihil obscure perspexisse, quorsum tendat tam longæ præfationis oratio . Vobis enim hoc, quicquid est nostri laboris, insumitur, vobis hisce nostris lucubrationibus insudatur, vt quando Germanis ferme omnibus , ad quos diuertere, migrare, aut accedere contigit, commodis ac perbenignis usi in nostra peregrinatione sumus, hoc velut xeniolo erga vos gratitudinis hostimentum exhiberemus . Hac de causa admonitos in primis hos esse volui, vnde inter vos, quibus hactenus religio erat, vel latum (quod aiunt) vnguem a maiorum præscriptionibus discedere, tam multiplicum dogmatum, tam multorum libellorum, tam diuersorum denique errorum scaturierint fontes, ex quibus fontibus, haec animorum labes, quæ totam pene Germaniam infecit: quotidie permanat. Est nanque salutis maxima spes, & propemodum recuperatio, aduersæ valetudinis causas & principia habere comprehensa . Quin & obiter, dum totius

Inuestiuā
suam sub-
tili filio
Germanis
applicat.

F. ALFONSVS VIRVESIVS

argumenti primordia repeto, consilij etiam nostri rationem
vīlus mihi sum declarasse. Nam decreui apud me post tot
sapientissimos viros, quibus cum hactenus doctores vestri
hisce de rebus sunt conflictati, in arenam vobiscum descēde-
re, non q̄ existimem quicq̄ me posse præstare, quod illi præ-
termiserint, sed quod cōfessio quā triennium ab hinc Augu-
stæ Vindelicorū in solenni conuentu Germaniæ Carolo Cē-
sari in primis Christianissimo obtulisti, maximam spē mi-
hi facere videatur fore, vt q̄ in tam multis nobiscum conue-
nire animū induxit: in reliquis, si mō vobis illorū ratio ci-
uiliter & modeste fuerit ostensa, minime sitis dissensuri. Nā
hucusq; tam vestri q̄ nostri sapientes, vtricq; alteris longa cō-
tentionis similitate perosi, non minus conuicj̄s & scommati-
bus, q̄ solidis rationibus, & scripturarū testimonijs confilxe-
runt. Ego vero ab istis omnino abstinēs, his tñ cum verbis
tum rationib; utar, q̄ plurimum lucis, minimum cōtentio-
nis causg, vt spero attulisse videbūtur. Erunt permulti (scio)
qui me frigidum, dilutum, & inertem propugnatorem ecclē-
siæ iudicabunt, ita sibi persuaserunt, quos semel iniusta here-
sis nota anathemate deuouerint nullis esse verbis molliori-
bus corrigendos, sed igne & ferro cominus, eminus vero cō-
uitijs & maledictis incessendos. Quorum tamen ego vt stu-
dia non damno, ita iudicia nihil moror. Sim illis quantum-
uis dilutus & frigidus, dum tamen Christianæ charitatis mi-
hi ardor (Christo fauente) non desit. Sim logomachiæ parū
acer antagonistes, dum tamen Euangelicæ mansuetudinis
spolia nobis contingent Christo suspendere. Quod si mi-
nus

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 7.

nus assequutus fuero, certe modestiæ meæ me nunqupœni-
tebit: vtpote quam mihi nullus incutit metus, sed prudentia
suggerit Christiana. Illius igitur confessionis vestræ, quam
mihi nunc demum videre contigit, occasionem arripiens, ad
ea quæ tam in illa, quam in apologia Philippi Melanchtho-
nis eidem adiuncta, pro vobis & aduersum nos prolixius di-
cta sunt, respondebo: non quidem omnia vestra improbans,
nec nostra quidem omnia probant (si modo nostra dicenda
sunt omnia, quæ quorundam abusus, non bonorum doctri-
na aut approbatio inuexit) sed pro illis duntaxat, quæ sancta
rum scripturarum & ecclesiæ autoritate subnixa, impium
est ab hominibus conuelli, pro mea virili parte propugnans.
Vnde & hoc opus non confutationem, sed disputationem
malui appellare, Quicquid enim disputando facturi sumus,
melius re ipsa quam magnificis verbis vel speciosis nominis
bus declarabitur.

Philippica II. De primo articulo confessionis, quo
continentur omnia ferme, quæ ad commune sym-
bolum ecclesiæ spectant.

PRIMUM OMNIUM gratulor modestiæ vestræ Ger-
mani, quod multa in confessione prætermiseritis,
quæ hactenus non paruae contentionis argumen-
ta fuerunt, ut sunt purgatorij cruciatus, diuorum
imagines, peccatorum hyperboles, liberum arbitrium, & id
genus alia. Cum enim istam animi magnitudinem, grauita-
tem, & eam, qua natura prædicti estis, ingenuitatem ac liberta-

B ij tem

F. ALFONSVS VIRVESIVS

tem cōsidero, haud possum animum inducere ut credam, si-
ete a vobis aut maligne cōfessionem exhibitam, quin potius
ita existimo, vos illa omnia cōsulto prateriſſe, vt pote de qui-
bus inter nos vel conueniat, vel nullo sit negocio conuentu-
rum, si cæterorum consensus possit obtineri. Omnia tamē
mihi gratissimum fuit, quod de fidei summis & apicibus pu-
blice per symbola in ecclesia propositis, catholicam exhibue-
ritis confessionem. Non solum enim eisdem verbis singulos
articulos, verum eodem sensu, quo sunt olim per concilia ex-
positi, descripsistis: oppositas damnastis haereses, hæreti-
corum cōmenta, quibus euangelicā veritatem peruerse mo-
liebantur interpretari, reijcientes. Conciliorum antiquam ex-
positionem estis amplexi, quibus quidē concilijs eundem ho-
norem deferre memineritis, obsecro, si quādo inter conferen-
dum inferius a nobis fuerint allegata, quē modo non minore
pietate, quam reuerentia vltro detulistis. Est tamen, quod in
vestra confessione vehemēter admirer, nempe quod vos ab
alienis hæresibus immunes esse omnino confiditis, prædica-
tis: quibus tamen hæresibus, nunc recens exortis, magnā per
noua dogmata præbuistis occasionem: Nam ante Lutheri
doctrinam, nemo vnq̄ in Germania aduersus Eucharistię
sacramētum ausus est disputare, qñ nec dubitare quidem, vt
credo, contigerat: nemo rebaptizādos censuerat Christianos,
nemo in trinitatis arcanum est ausus irrumpere. Ecclesia ni-
mir, iuxta Pauli doctrinam, redigente in captiuitatem oēm
intellectum in obsequium Christi. A qua tam felici seruitute
cum in miserrimā libertatem vos Lutherus afferuerit, libere
fecit

Luther a-
liarū hæ-
resum in-
stitutum est.

2. Cor. 10.

fecit vnicuiq; credere, quod sibi proprij capitjs sententia sug-
 gesserit, liberum fecit sanctorum scripturarum vulgari my-
 steria, sanctū dari canibus, & spargi margaritas inter porcos,
 illos videlicet, qui cupiditatibus obruti, affectibus indulgen-
 tes, quo securius possint suis voluptatibus, vti cœno, prouo-
 lui, scripturarum sibi patrocínio blandiuntur, quas cum non
 intelligant (animalis eñ homo non percipit ea quæ sunt spi-
 ritus dei) fit vt antidotus vertatur eis in venenum, & qui hut. Cor. 2:
 militer noluerant esse veritatis discipuli, superbe fiant errorū
 magistri. Videor mihi videre quod de animali homine ex
 Paulo citaui, sannis a vobis & risu, sed sardonico legi. Quasi
 apud vos sint omnes spirituales (dixerit aliquis) aut quasi
 pontifices, cardinales, & episcopi, quorum vos magisterio va-
 timini atq; doctrina, eisdem criminibus, quibus & nostri nō
 inueniantur frequenter immersi. Non placet modo collatio-
 nem expendere, quod vulgo odiosum habeatur, & maioris
 sit operis, quam utilitatis. Simus vtricq; peccatores vt sumus:
 non est tamen cur nostrorum mores mihi obsint, quo minus
 vestrorum vulgum a scripturarum interpretandarum præ-
 sumptione deterream: quando multis virtute muneris & lo-
 ci quem habent in ecclesia, concessum esse ad eius duntaxat
 ædificationem credendū sit, quod meritis nunq; attingerent.
 Prophetauit Caiphas homo sacrificatus & scelestus: nō ob ali-
 ud nisi quod pōtis sex esset anni illius. Et notū est illud Christi
 de huiusmodi doctoribus: Super cathedram Moysi sederūt
 scribæ & pharisæi: quæ ergo dicūt facite: quod aut̄ faciunt, fa-
 cere nolite. Quanq; nec nos pontificibus aut cardinalibus cre-
 deremus.

Officium
 dat credi-
 tum & nō
 persona.
 Iohann. 14:
 Matth. 23:

F. ALFONSVS VIRVESIVS

deremus si aliter nobis scripturas interpretarentur: atque ab apostolis et apostolicis viris sunt olim expositae. Vt cuncti igitur illi viuant, nihil obesse debet recentiorum prava vita, antiquorum cum sapientium tum conciliorum optimae doctrinæ, ad quorum præscriptum scripturæ sanctæ sunt intelligendæ, tractandæ, & explicandæ, non ad cuiusvis homuncionis libidinem vel opinionem. Alioquin nihil esset in mortalium rebus infirmius, nihil incertius, quam ea de quibus summam certitudinem nos habere existimamus. Nam quæ per deum lex, aut secta leuior esset et imbecillior Christianorum leges, si cuius liceat impune proprio illam accommodare sensui, & quicquid sibi visum fuerit, non de spiritu sancti (qui nemini unquam post apostolos priuato homini promissus est) arcano thesauro sed de proprij cordis abyssso velut oraculum proferre. Licet quidem in sanctorum scripturarum abdita intrountibus, modo per Christum qui solus est ianua, introierint, varios ex illis sensus eruere, diuersas interpretationes, modo non sint aduersæ, in lucem proferre: & est, vt Augustinus docet, non modo grata, verum & utilis ista varietas, ita tamen ut in huiusmodi expositionibus nec nouum dogma necessario credendum inducat, nec receptis ab ecclesia aduersentur. Alioquin tot suborirentur nobis sectæ: quot haberemus magistros; imo unusquisque sibi doctoris munus arrogaret: qui se suamque sententiā posset scripturis deprauatis, retortis, coactis: quoquo modo tueri: Quod malū quondam Africa diu multumque pertulit: id ipsum vero Germania nunc vberius producit. Horum caput & causa malorum fuit libertatis fucus,

ADVERSUS LVTH. DOGMATA. Fol. 9.

cus, quem Lutherus omnium primus inuenit, haud prospic-
 ciens tunc temporis (vt credo) quanta malorum seges: quāta
 errorum licentia, esset olim per vniuersam Germaniam ad li-
 bertatis illius speciosum quidem nomen, sed rem: supra quā
 dici potest, perniciosa exoritura. Liberum itaq; fuit primū
 per Lutherum, & omnes qui Lutherō crediderunt: veterum
 sanctorum autoritatem eleuare: doctrinā proscindere: con-
 uellere placita: & tanq; hominum cōmenta rejēcere: quasi Lu-
 therus non homo: sed numen esset: aut aliquid homine ma-
 ius: vt eius verbis pro oraculis acceptis: cæterorum omnium
 pīj labores, yt si essent meræ nugæ, deberet explodi: Atq; hic
 primus imminentium laborum gradus fuit, quem sequutus
 est alius deterior, & in futuram ruinam, vt fieri solet proclui-
 or. Liberum em post hēc fuit oīa pene fidei catholicae q̄tum-
 uis solida fundamenta in dubium reuocare, ita vt non modo
 de sacramentorum numero, functione, virtute, verum & de
 Christi Iesu & spiritu sancti diuinitate dubitare cuidam, aut
 certe dubitādi occasionem cæteris præbere, impune licuerit,
 vbi nec de his quidem differere opus erat. Hanc fluctuantū
 iamiam animorum execrādam ambiguitatem sequutæ sunt
 multiplices, non modo diuersæ, verum & aduersæ assertio-
 nes, temerariæ, insolentes, hæretice. Quid ni: Cum magistros
 habueritis, quos Petrus apostolus proprijs, quod aiunt, colo-
 ribus, graphice depingit: Fontes sine aqua, & nebulæ turbī-
 nibus exagitatae, quibus caligo tenebrae reseruatur, superbia
 em vanitatis loquente pelliciunt in desideria carnis luxuriæ,
 eos qui paululū effugiunt, in errore versatos libertatem illis

Libertas
 ansam de-
 linquendi
 dedit.

C pro-

1. Pet. 2

F. ALFONSVS VIRVESIVS

promittentes, cum ipsi serui sint corruptionis. Exorta sunt ergo varia dogmata, dum hic eucharistiae sacramentum velut commune ac dilutum aliquod symbolum contēnit, & in cæterorum ordinem redigit, ille baptisma gratiam parvulis adimit, baptisma aliis adultis multiplicat, nec deest qui circa sacrosanctum trinitatis mysterium ambiguitatis olim seminata facta ad pestiferi germinis culnum produixerit, nisi quod ille propensior videbatur in Arrium, hic Sabelio fauet apertius, negans realem personarum distinctionem, & (quod vestra confessio continet) de verbo & spiritu sancto astute rhetoricans. Ab his & id genus alijs errorum capitibus tam varia quotidie membra exoriuntur: ut quod superius diximus, vix fam inueniatur, cui cum altero in uniuersum cōueniat, ita singuli singulas sibi cōfinxerunt non fides, sed perfidias, dum libertate abutuntur illa, quam primo Lutheri doctrina dudū inuexit. Hæc & id genus alia portenta germana libertas tantopere a vobis adamata, cum produixerit, educauerit, prouexerit, interim mire (si diuīs placet) in confessione vestra hæres execrāmini, & ab illis vos existimatis immunes, quas ab ecclesiastica disciplina discedendo genuistis, aut certe aluistis, & roboraſtis. Verissimum namqe est illud tritum ore vulgi prouerbiiū confirmatū apostoli Pauli doctrina, quod quod cauſam damni dat, damnū dedisse videtur, quā obrem dignos morte pronunciat Apostolus, non solum qui talia agunt, verum & qui facientibus consentiunt. An non plusqe consentire facientibus est præter hoc quod illorū erroribus viam aperiuistis, nunc demum illis fauere, & ne per principes aut magistras

ADVERSUS LVTH. DOGMATA. Fol. 10.

gistratus compescantur, sacro fœdere coniungi? Ingreditur
 Zwinglius Norimbergam, Vuitenbergam, Reuthlingam,
 ac caeteras doctrinæ vestræ ciuitates, ingreditur anabaptista,
 ingreditur rebaptizatus, ingreditur nouis aliquis Sabelia-
 nus, & omnibus his patet ad vos facilis aditus, & benigna re-
 ceptio. Excipiuntur hospitio, audiuntur, & siue de dogmati-
 bus siue de Niobes filijs verba fecerint, applauditur illis, & li-
 bere quicquid libuerit in fidem permittitur. Ingreditur mo-
 nachus siue sacerdos aliquis orthodoxus, & mox ad eius in-
 gressum tanq; ad monstri cuiusdam aspectum omnes accur-
 runt, explodunt, pueri, senes, exibilant, iuuenes execrantur, ma-
 ledictis incessunt, interdum nec manibus quidem temperat.
 Num iudicio haec vobis fieri videntur, & non inueterato o-
 dio, quod in omnes catholicos iam pridem suscepistis? Certe
 quales quales sumus, haereses omnes quas in cōfessione recen-
 fetis, vobiscum dānamus. Quid igitur est in causa cur illarū
 autores, cultores, fautores amplectamini, nos execremini? Nu-
 quid verbum Dei quod vobis peculiariter vendicatis, magis
 exhorret peregrinum aut peculiarem cultum in veste, q; abo-
 minandas ac pertinaces haereses in mente? Quid dicam vo-
 bis? Laudo vos; in hoc non laudo: Laudo, quod haereses
 damnatis, non tamen possim laudare quod haereticis nullo
 ipsorum comodo (nam hoc insolentius errant, & confiden-
 tius) maximo vestro periculo communicatis, indulgetis, fa-
 uetis. Haereticum hominem, ait Paulus, post primā & secun-
 dam admonitionem deuita. An non pudet haereses illorū dā-
 nare quos nō vitaris? Imo nō veremini probare cōsuetudine,

C ij patro-

1. Cor. 11

Tit. 3

F. ALFONSVS VIRVESIVS

patrocinio, fœdere, quos damnatis in confessione: Sed iam alienis dogmatibus prætermissis, quorum tamen maliciam præstare q̄tumlibet innocens fautor vniuersis tenetur legibus: ad vestra descendamus, vt confessionis simul & apologiæ grauiora capita excutiantur.

Philippica III. De Iustitia & peccato originali.

Nouitatē
verbōrū
recētes he-
retici ma-
xime a-
mant.
1. Tim. 6.



E peccato originis, quod secundus articulus confessionis vestræ continet, idem mihi visus est, vna nobiscū sentire Philippus, quod theologi docent, & a cunctis fidelibus creditur, idecirco præter verborum nouitatem, quam Lutherus & Philippus maxime amant, Apostolus vero Paulus summopere cauendum admonet, nihil vestra confessio differt a fide catholica. Nam quod Philippus causatur se nouis illis vocibus uti, propterea quod scholastici originis peccatum extenuant, docentes naturam humanā vniuersis suis viribus esse integrum, & posse citra peculiare illud Dei donum, quod gratiam appellamus, Deum super omnia diligere, Deo credere, & omnia eius præcepta seruare: hoc, inquam, eius pace dixerim, falsum est & vanum, in eoque vobis luculenter imponit: nihil horum docent theologi nostri, quin potius verillimum esse illud Pauli, quod scilicet non simus sufficientes cogitare quicquam ex nobis: quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo sit. Tametsi de virtutibus (quas vocant morales) differens Scotus, dicit, ad illas efficiendas vnicuique nostrum inesse vim a natura, vere ne an secus, viderint sui: mihi non placet, eius tamen.

ADVERSVS LVT H. DOGMATA. Fol. 11.

tamen doctrina nec communis theologorum sententia est:
nec si esset, quicquam ad Philippi debacchationem. Virtu-
tes em̄ morales, si modo virtutes merentur dici, non perfici-
unt hominem, nec dignum vita æterna reddunt. Quin & a-
mor Dei, si qñ, utpote summi boni, summeq; diligibilis affe-
ctio, elici sine gratia contingat, aut possit: non magis chari-
tas q̄ æstus est calor vitalis. Scio esse inter gymnasticos theo-
logos sophismata quædam, quibus propositiones quarum
vis est in verbo posse, variantur secundum structuræ varie-
tatem, ut aliud significet hæc enunciatio. Vnusquisque sine
gratia potest Deū super omnia diligere, & aliud hæc: Vnus-
quisq; potest Deū sine gratia diligere super omnia: quibus
variationibus (nam multis alijs modis variare contingit) di-
uersissime depronunciati, quod idem prorsus specie prima
videtur veritate iudicare consueuerunt. Sed hæc non video-
tur vobis stomachum moueant, quæ tantum exercitatio-
nis gratia in scholis excutiuntur. Vniuscuiusque vestrum
conscientiam conuenio, ut bona fide mihi proferat vnum a-
liquem theologum, quem hæc de suggesto ad populum dis-
serentem audierit. Quod si vobis displicent immodica fo-
phismatum studia, nostrorum quoq; plurimis atq; grauissi-
mis non probari, vel ipsa iam propemodum emortua iudi-
cio esse potest. Hæc tñ vtcunq; se habeant, non ad fidei quæ-
stiones attinent, sed ad morum correctionem, in quibus,
ut quæ res minime nobis probatur eam pro veteri consue-
tudine obiter excusemus, quotumquenq; reperieris, q̄ medi-
um tenere sciat, præsertim inter iuuenes gloriæ cupiditate fla-

Varia-
propositi
onū gym-
nastico-
rum non con-
demnan-
da.

C iii gran-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

grantes, cuiusmodi solēt esse scholastici ferme omnes : habet
vnaquæcū ars, maxime tamen quæ honestissimæ sunt, suam
farraginem, quæ quo est vberior & copiosior eo magis ocu-
lis arridet, maiorescū de se spem facere videtur, aduenienti-
bus vero culmis, fructibusq; ad maturitatem perductis, cæ-
tera omnia deficiunt & emarcescunt, qd idipsum in gymna-
sticis exercitationibus factum videmus . Quamobrē , vt ad
causam reuertar, nō est quod nobis Philippus identidē obij-
ciat . Scholastici dicunt . Scholastici dicunt . Catholici in nul-
lius scholastici verba iurarunt, sed liberum est vnicuique ab
illis dissentire cum vellet, vt imur tamen eorum doctrina eo
Vt isti scho-
lasticis nō
libentius, quo modestius illorum grauissimi a verborū am-
pliciā pernici-
em, sed ad
bagibus temperantes non rhetorē pigmentis, non periphra-
sas propo-
sitiones.
materias explicant, quibus intellectis, liberum est ijs q docto-
rum munere funguntur, inter differendum ad populū, quo
cum non disputandum est, sed pro rei dignitate vt credant,
moueantur, & afficiantur adnitendum ecclesiastæ oratoriā
adhibere artem, & rhetoricis vti coloribus . Haud enim idē
est a gymnasticis exigendum in scholis, quod cōcionatores
præstare debent in templis. Illos decet stylus argutus & pro-
prius, hos oratio copiosa, ornata, diserta. Nec me tamen latet
vtroscū munere suo interdum abuti : Nam hi inanis copiæ
ridicula affectione in meras nugas, & somnia mulierculis &
cerdonibus plausibilia effunduntur, illi vero dum argue lo-
qui cauillofas captiunculas struere interpretantur, in sophi-
smatum senticosis se anfractibus implicant, quorum tamen
abusus

abusus viri grates: cuiusmodi fuerunt Longobardus, Thomas, Bonaventura Gersonus, Altissodorensis, & reliqui eiusdem classis, praestare non debent. Nec statim ut scholasticus doctor delirat, omnes sumus in ius vocati, quibus id in quo lapsus est, plus fortasse displicet quam vobis: Hæc nunc semel ad scholasticorum inuidiam, quam illis Philippus non semel excitat, eleuandam, dixisse sufficiat. Quorum tamen si circumspectionem in loquendo & scribendo didicisset, nunquam illis impingeret contradictionis notam, ipse proculduo sibi contradicens. Id quod non obscure monstrabo, si prius nostros eiusdem vicij calumnia liberauero. Principio cum theologi omnes ad vnum hoc habeant, nemini posse iustitiam, quæ vera sit, & æternæ felicitatis commertio digna, contingere citra gratiam Christi, etiam si dicerent, quod eis Philippus (quo possit facilius contradictionis crimen colla-
re) falso tribuit: vnumquenque scilicet hominum natura posse Deū super omnia diligere, & eius facere præcepta: non statim sequeretur hominem posse naturæ solius viribus iustificari: cū per vos nihil horum iustificet, sed fides in Christum. Non igitur hæc: Potest aliquis solis naturæ viribus præcep-
ta Dei facere, &: Nemo potest solis naturæ viribus iustifica-
ri, sibi vicissim (quod Philippus conatur efficere) contradicunt: nec aduersantur quidem ullo modo, quandoquidem facere præcepta & iustificari: non sunt idem, vobis præsertim, quibus mandata Dei etiam cum perfecta fuerint minime iustificant: Nota est autem oppositionis communissima lex, nēpe debere pronunciata idem prorsus et eodem modo alterum

Inventio
theologor
rum ver
ba Philip
pus.

Facere proe
pra & iu
stifican
non sunt
idem.

negan-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

negando, alterum affirmando significare. Nemo licet recla-
met, nemo queratur me sophismata cōfingere, vestrā vobis
doctrinam, vestrā ipsorum verba vobis obīscio, q̄ nos qua-
damtenus & agnoscimus & probamus: Fatemur sane vo-
biscum, q̄ etiam si infidelium quisq̄ quod tñ est impossibile,
Deum super omnia diligeret, & cætera eius præcepta serua-
ret, non iustificaretur per illa. Cum em̄ fecerimus omnia que
præcepta sunt nobis, serui sumus inutiles, qm̄ que debuimus
facere, fecimus. Facere autem quod fieri debet, non iustificat,
id quod sibi aliunde non debetur, expetentem. Porro æter-
nam felicitatem omnes expetimus, quæ nullo potest homi-
nibus prouenire commercio, qñ non sunt condignæ passio-
nes huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in
nobis: nisi de Christi Iesu thesauro, cuius meritis & fidimus
patientes, & innitimus operantes, iustitiae munere gratis do-
nemur: quo pignore relicto nobis futuræ beatitudinis arra-
boni: quod momentaneum est & leue tribulationis nostræ, su-
pra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus opera-
tur in nobis. Hic videtis hominem non sine fide, nec tamen
per solam fidem iustificari, hoc est, æternitatis mercedem iu-
ste capescere. Etenim cum iustitia hæc sit quædam commer-
cij (licitantibus nobis regnum coelorum) æquatio, hanc non
fides tantum efficit: sed & charitas, cuius est, vt idem Paulus
commemorat, omnia ferre: ab ea nanque proficiscitur mo-
mentaneum illud & leue tribulationis nostræ, quod æternū
gloriæ pondus operatur. Qua de re copiosius infra dissere-
mus. Nunc satis sit ostendisse, illa duo pronunciata quæ no-
bis

Lucæ 17

Rom. 8

2. Cor. 4

1. Cor. 13

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 13.

bis Philippus tribuit, ut contradictionē attribuat, nec verbis,
nec significatione pugnare, quorum tñ posterius fatemur es-
se nostrum, prius vero nō agnoscimus, id ipsum vero etiam
si a quibusdam ex nobis esset profectum, minime tñ aduersa
retur veritati, ab vtrisque nostrum de iustitia fidei receptae:
nempe q̄ nemo sine Christi Iesu gratia et misericordia iusti-
ficitur. Reliquum est, vt ostendamus Philippum ad lapidē
contradictionis, quam nostris obiecit, offendere: Id vero fa-
ciam simplicissime, eius tantūmodo verbis productis. Scho-
lastici (inquit) tribuūt interim humanæ naturæ integras vi-
res, ad diligendum Deum super omnia, ad facienda præce-
pta Dei, &c. Hæc sunt eius verba, quorum mox oblitus resti-
tuit nobis inferius, quod in illis detraherat, dicens. Nam &
ipſi theologi in scholis tradunt, ista non effici certis donis et
auxilio gratiæ, &c. Loquebatur de dilectione Dei & cæteris
præceptis: de quibus quod doceamus solius naturæ viribus
posse fieri sine gratiæ modo ait, modo negat. Vbi quæso te,
naturæ tantas vires tribuimus, quantas nec ipsa potest circa
imprietatem agnoscere, si tam pie docemus in scholis, vt asse-
ramus non fieri præcepta sine certis Christi donis & gratiæ.
Vbi sunt igitur, aut quid possint integræ vires illæ, quas du-
dum tribuebamus naturæ? Hic alius vrgeret acerbius, &
in inuidiam conaretur aduersarium adducere, liuoris illi,
malevolentiæ, impudentiæ crimen impingens. Sed ego
malo omnia commodius interpretari, & credere Philippo
incuriam obrepisse, quæ multa scribentibus interdum obre-
pit, idcirco salua sit illi per me sua autoritas, modo ei non

D vt

F. ALFONSVS VIRVESIVS

vt numini fides habeatur, sed vt homini qui errare, labi, decipi quandoq; possit, atq; adeo opus illi sit audire alios, a quibus iuuetur, & quos vicissim ad inueniēdam veritatem adiuuet. Iam quod inferius dicit quodq; magis ad præsentem disputationem pertinere videtur. Lutherum scilicet recte scripsisse de originali iustitia & peccato, in hoc præcipue qd dixit peccatum originale manere in nobis etiam post baptisma, quæ sententia damnata est a Leone pontifice, cogit nos ut peccati nomē quod varie in sacris literis accipitur, vel perfunctorie explicemus. Peccatum defectus est aut obliquitas, qua aliquid deficit a rectitudine quam posset, & iure saltem integratatis habuisse debet. Hinc est, quod monstra, naturæ peccata dicimus, quia a naturæ regula & integritate deficiunt. Idecirco hæc descriptio tam late patet, & tam multis peccati distinctiones complectitur, vt etiam Christi carnenm hac significatiōe Paulus videri possit appellasse peccatum. Si enim hominem ad primævam originem, statū scilicet illum in quo conditus est, referas, humanæ naturæ monstra sunt omnia, quæ nostra nunc patitur fragilitas, vt sunt morbi, cruciatus, fames, sitis, frigus, æstus, tædium, lassitudo & id genus alia, quorum immunes conditi sumus. An non monstrum videtur, hominem æternitati conditum nihil a pecudibus morte differre? Nonne monstrum est & prodigium, vniuersa quæ ad obediendum, & seruendum homini facta sunt, eidem non obedire, sed resistere, non inservire, sed aduersari? Hoc genus peccati aliud deterius inuexerat, illud scilicet quo primus homo, in quo tota huma-

Peccatum
commissi
me dicā.

Christus
quod sit pec-
catum a-
pud Pau-
lum.

mana

mana natura tunc erat , creatori suo non obediuit, quo monstro nihil accidere potuit homini prodigiosius . Interim tandem sicut illa intemperies animi & inobedientia , qua homo auersatus est dominum & conditorem suum peccatum fuit, ita haec rerum omnium & corporis nostri intemperies, illam ut poena culpam sequuta , qua reliquæ inferiores creaturæ suo nō conditoris sed domino inobedientes aduersantur, dicenda est vicunque peccatum , quod cunctis hominibus quamdiu & quatenus mortales sumus inest , cum nihil aliud sit quam morituram in et moribundam ac reliquis creaturis, quibus natura præstat infensam circunferre carnem. Idcirco apostolus Paulus de Christo Iesu , qui naturæ nostræ non culpas sed defectus & incommoda pro nobis assumpsit , ut suæ naturæ perfectionibus nos donaret, dicit enim: eum qui peccatum non nouerat pro nobis factum esse peccatum , vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso . Quo in loco Apostolus duabus peccati acceptationibus est usus, altera quæ infrequens est , & a vera peccati ratione aliena , secundum quam asserit Christum pro nobis factum esse peccatum , altera quæ frequentior est & propria , qua fateatur, eundem non fecisse peccatum . Nunc si queratur prius illud peccatum , sit ne originale an actuale (quod vocant) nemini dubium est, quin actuale non sit, vt quod nobis non modo non facientibus verum & nolentibus inest: originale dici non patitur catholicæ doctrinæ consuetudo. Quis enim audeat dicere C H R I S T V M habuisse peccatum originale, quod quantumcunque pie conemur expo-

D ij nere,

F. ALFONSVS VIRVESIVS

nere, pietatis tamen vel sola indole imbuta mens refugit: Relegandum ergo illud est a peccatorum classe, de quibus communiter loquimur, quibus rebellio quædam aduersus legem Dei, atque adeo culpa semper est adnexa, hoc vero de quo modo differuimus, vt culpa non est, ita non tam peccatum quam peccati poena proprie solet appellari. Quā obrem etiam ex causa, quam modo reddidimus, sic ut peccatum large sumpto vocabulo dicatur Christus, quoniam genus quoddam sacrificij peccatum in veteri lege dicebatur & exprobatur sacerdotibus, quod peccata populi comedebant otiosi, hoc est, hostias quæ pro peccatis offerebantur. Hoc ergo genere peccati prætermisso, cætera omnia diuiduntur in originale & actuale peccatum. Quæ quidem hoc conueniunt in communi ratione peccati, quod omnibus insunt motus & propensiones quædam, quibus legi Dei aduersamur: sed voluntatis applicatione differunt.

Peccatum originale Originale varie describitur a doctoribus, alijs proprie, aliis per proprietates & circumloquia illud diffinientibus, omnium tamen sententiam colligit Longobardus sententiarum cognomento magister, dicens: Peccatum originale esse concupiscentiam aut somitem, quam Apostolus legem membrorum appellat. Hæ definitiones, & quæcunque his videntur æquipollere, incidunt in illam, qua vulgo dicitur peccatum originale parentia iustitiae originalis, nisi quod illa plus lucis, hæc plus artis videtur habere. Nam cum peccatum (vt superius diximus) sit obliquitas, proprius diffinitur per parentiam, quæ vox a theologis semel recepta defectum

Rom. 7

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. fol. ,

fectū significat, quam per concupiscentiam, quæ vox esse vi-
detur appositua. Vtraq; tamen diffinitio semel intellecta e-
undem efficit sensum. Peccatū quippe originis concupiscen-
tia est, non quæ priuatæ alicuius rei affectum significet, sed il-
la qua caro in vniuersum concupiscit aduersus spiritum, &
hac potissimum ratione apparet esse defectus & carentia iu-
stitiæ originalis, qua caro per omnia spiritui seruiebat. Huius
theorematis intelligentia pendet a cognitione iustitiæ, ut nūc
accipitur, quæ non est omnino legalis illa quam Philippus si-
gnificat, in vtraq; legis tabula contenta, tametsi coniuncta sit
illi, & inseruiens. Sed est ordo quidam superiorum vna atq;
inferiorum regulabilis per voluntatem. Sicut enim non est
idem peccatum originale & actuale, ita nec iustitia originalis
& legalis: Nota est illa dialectico regula. Quod modis acci-
pitur alterum oppositorum totidem & alterum esse accipi-
endum: Iustitia ergo legalis, quæ decalogo continetur, pecca-
to opponitur actuali: originali vero, iustitia originalis, eam di-
ximus esse ordinem inferiorum ad superiora, quoniam per
illam animus erat subditus Deo, animo corpus, corpori om-
nia quæ iuxta prophetam subiecerat Deus pedibus nostris,
nempe oves & boues vniuersas, insuper & pecora campi vo-
lucres coeli & pisces maris. Quod autem hic ordo esset iusti-
tia, patet ex eo quod secundum illum reddebatur vnicuique
quod suum erat, quod vero originalis, per hoc apparet quod
ad hunc ordinem seruandum, & in eo primum conditus est
homo dicente domino: Faciamus hominem ad imaginem Genes.
& similitudinem nostram, & præsit piscibus maris, volatili-

Iustitia or-
iginalis.

Differ iu-
stitia ori-
ginalis a
iustitia le-
gali.

Ordo pro-
uenies ab
originali
iustitia.
Psalm. 8

D in bus

F. ALFONSVS VIRVESIVS

bus cœli, & bestijs terræ, cui etiam mox a conditione iure suo
vtens addit præcepta. Ab hac norma discedere homini pec-
care fuit. Sicut iustitia ordinem seruabat, ita peccatum subuer-
tit, vnde & peruersitas etiam dicitur: Iure etiā appellatur con-
cupiscentia, hoc est, rebellio & inobedientia eius quæ debue-
rat obedire. Porro quēadmodum iustitia originalis omnes
illius ordinis gradus cōpletebitur, ita & p̄ctm originis corun-
dem euersionem, vt pro subiectione, qua mens per dilectio-
nem fidem & timorem Dei erat subdita Deo, successerit in
eadem Dei contemptus & diffidentia, pro subiectione vero
qua corpus animæ omnibus suis motibus obtemperabat, suc-
cesserit omnium illorum rebellio. Tertius huius ordinis gra-
dus non potest ad iustitiam aut peccatum originis proprie-
pertinere tanq pars eius, sed tanq poena, quia non est regula-
bilis a voluntate, nisi quatenus diligentibus Deum oīa coo-
perantur in bonum. Huius ordinis euersio in primis paren-
tibus fuit peccatum actuale, in cæteris omnibus est originale,
quod per baptismū remittitur. Nam in eo pro dei odio dif-
fidentia & contemptu, morbis (quorū semina & inchoatiōes
quasdam, quæ sunt nobis per vitiatæ naturæ propagationē
ingenita, somites appellamus) succedunt in anima, fides, spes,
et charitas gratis infusg. Alioqñ quō baptismā quod vos etiā
fatemini, gratiam conferre pōt nisi hæc efficiat? Valet ne hu-
mana mens sine fide & charitate Deo esse grata? Quod si nō
est, vbi est aut quidnā prodest illa gratia, q̄ in baptismō con-
fertur? Iam si in baptismō, fide, spe & charitate atqz adeo gra-
tia donamur, profecto p̄ctm originis, quod his aduersat, ne-
cesse

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. FOL. 16.

esse estaboleri. Atq; adeo iure a Leone P. M. dñata est Lutheri assertio, qua dicebat originale peccatum manere in nobis, etiā post baptismum. Hactenus nihil pene diuersum a confessione vestra docuimus, nisi vos Philippi Melanchthonis polipus, quod aiunt, vscgadeo delectat, vt quod nō eodē ordine, quo ille tradidit, est a nobis elucidatū, illud prorsus vobis aduersum esse credatis. Dicit tamen Philippus Lutherū iniuria damnatum, qui non reatum ad concupiscentiam tm̄ docuerit post baptismum manere, in quo, vt ait, patrocina- tur illi Augustinus. Et quis non patrocinetur dicēti in nobis esse concupiscentiam, quam Paulus agnoscit in seipso nō re- nato tantum per gratiam, verum & in eadem confirmato? Attamen aliud est dicere quod post baptismum p̄ctm originis maneat, aliud quod concupiscentia quædam nobis insit. Nā p̄ctm (vt nūc accipimus) culpam habet annexam, quæ cum nobis fuerit in sacramēto remissa, oportet & abolitum fuisse p̄ctm. Seposuimus em̄ superius quamcunq; peccati significa- tionem, quæ culpā aut reatum non habet. Atqui Paulus, inq- es, concupiscentiam appellat p̄ctm: verum est: & Christum etiam peccatum appellat. Sed quā ridiculum est dicere Chri- stum esse p̄ctm originale, tam vanum esse & ineptū afferere concupiscentiam illam, quæ reliqua est post baptismum, origi- niale peccatum esse. Idem est enim ac si de homine mortuo, quoniam remanet ei aliquid hominis quo solet æque atq; vi- rius appellari homo: dixeris strenuum esse aut ignavum, que de viuentibus necessario sub distinctione dicuntur. Quod ergo peccatum est, si quādo contingit nominari peccatum?

Peca-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Peccatum naturæ, hoc est, deficientia ab illa integritate in qua condita est humana natura. Atq; adeo simile illi, de quo primo disseruimus, non tamen idem quod illud: est enim poena sed cui cōgenita fuerat culpa, & ideo hoc genus peccati Christus noluit accipere, a quo cæterorum omnium nemo genitus est immunis. Sanæ in baptismo condonatur nobis culpa originalis: quæ est peccatum originis, manet autem concupiscentiæ nonnihil tametsi remissius, nisi peccandi consuetudine augeatur, non quod Deus maligne aut parce sua munera nobis impariat, dat enim affluenter, & non improperat, sed quod ita expedit accipientibus, ut qui securitate quondam sumus lapsi, nunc timore contineamur in officio pietatis, & nobis diffisi, Dei semper auxilium imploremus, cuius praesidio a propria concupiscentia & cæteris ad iniuriam pellentibus morbis, tandem soluamur. Verissime nāq; dictum est a Philippo, nō posse intelligi magnitudinem gratiæ Christi, nisi morbis nostris cognitis, quibus cognoscendis, maxime seruit improba carnis nostræ cupiditas, ad iniuriam pellicens, & spiritui semper aduersa: quæ nostris quotidie operibus vel augenda vel minuenda, relicta est post baptismum.

Lutheri dogmata non addu xerūt nos ad cognitionē delecti.
Roma. 8
2. Cor. 12

Hanc tamen cognitionem ante Lutherum natum, vniuersa prædicabat ecclesia: & nos modo absque Lutherani dogmatis adminiculo, manifestam fecimus humanæ naturæ calamitatem: quæ tamen diligentibus Deum, sicut cætera omnia, cedit in bonum: quoniam virtus ut olim securitate defecit, ita nunc in infirmitate perficitur. Duo testimonia citat Philippus ex Augustino, quorum posterius loquitur de concupiscentia

sc̄entia peccati originalis, aduersus Pelagianos, qua de nos, &
 quatenus post baptisma remaneat, modo tractauimus: Prius
 vero quo dicit peccatum esse extinctum, non ut non sit, sed
 ut non imputetur, idem est ac si diceret. Extinctum est quod
 erat (ut ita loquar) imputabile, scilicet culpa: inest quod non
 imputabile, nempe pœna: quæ tamen interdū, nisi cauemus,
 pellicit in culpam. Quod si aliter Philippus (ut est in inter-
 pretandis autoribus vafer) Augustinum conetur exponere,
 qui poterit non dissentire ab Apostolo, qui prædicat Chri-
 stum per lauacrum regenerationis mundauisse sibi populu-
 acceptabilem? Quomodo aut̄ diceretur acceptabilis, si quicq̄ Tit. 3.
 in eo esset reliquū culpæ? Quomodo mundus, si peccati for-
 des, etiam si non imputarentur, mansissent in eo? Porro ver-
 ba Lutheri quæ damnata sunt a Leone pontifice, non hunc
 sensum faciebant, quem præ se ferunt verba Philippi, sed ali-
 ud non ferendum omnino, quo aperiebatur via ad errorem,
 qui liberum arbitrium adimit homini. Quis enim nescit Phi-
 lippi modestiam Lutheranum temperasse furorem, ita ut
 non sine tanto Thesæo potuerit ille insanos exantlare labo-
 res? Mihi sane idem videtur esse Philippus Luthero, quod
 L. Torquatus apud Ciceronem est Epicuro, cuius dogma
 fordidum alioquin & obscurum, verbis illustrat, & ingenij
 dexteritate facit esse perspicuum. Hærent tamen & variant
 vtrique, illi in boni & mali voluptatis & doloris nominibus,
 isti in peccati, meriti, fidei, quæ nomina illis sunt totius do-
 ctrinæ & (quod aiunt) & idcirco opus est illis, quid his vo-
 cibus tandem intelligere velint: nunquam satis explicare, ne

E capi-

F. ALFONSVS VIRVESIVS.

capiantur: Nam interdum ita de fide, cui pietatis summam dederunt, loquuntur, ut cerdones & fabri: quam fidem in proclivi sit habere perditissimis quibusque nepotibus, imo quam nemo non habeat inter Christianos, interdum vero tum pudore, tum ratione victi, fidem quandam comminiscuntur: quam nec Paulus quidem intelligat, tantum abest, ut illam habere possint opiliones & agricolæ. Verum ut ad originalis peccati causam redeamus, non libet modo verba quæ damnata sunt excutere, ac denuo refellere, cum satis superque confutata sint, & explosa, per egregium antistitem Iohannem episcopum Roffensem. Nunc sufficiet Philippo qui vestram confessionem interpretatus est & tutatus, ita respondisse, ut cognoscat nobis quæ bene docet, non improbari, tantum offendit nouitate verborum, quam Apostolus etiam damnat. Quorsum (rogo) attinet, ab illis differre voce cū quibus tibi conuenit in re: Nam quantumuis confessionis verba, quæ de Lutheri doctrina exprompta sunt, excusat: inficiari tamen neutquam valet, quin illorum nouitas, noua dogmata atque adeo noua scandala in ecclesiam aduexerit. Quæ omnia facilius vitasset Philippus, aut certe sedasset, si quo studio sensum, quem præ se ferunt conatus est euertere, & mutare, ipsa quoque verba, quod facillimum erat, mutare vellet, & catholicas sententias receptis ecclesiæ verbis explicare. Sed hoc esset cedere theologis rectiora monentibus. Nunc ad cæteros articulos accedamus.

Philippica III. De fidei & operum iustificatione.

Quar-



Vartum, quintum & sextum articulos confessio-
nis vestræ Philippus simul colligit in apologia, q̄
bus addere posset & vigesimum, qm̄ eādem rem
continet, nempe iustificationis nostræ causas &
originem. In illorum expositione multa dicit, quæ nobis ma-
gnopere probantur, verum ne quis illud obijceret *oùd̄ ep̄ πρός*
πτ̄ο vetus proverbum scholasticos theologos fingit nescire
quid sit fides, quid iustitia, quid meritum, quid gratia, & cœ-
terā id genus: fingit nescire quibus operibus obtemperetur
legi, sed existimare sola externa operatione quicquid in lege
præscriptum effici. Fingit illos credere, quod proprijs viri-
bus sine gratia possint deum super omnia diligere, fingit de-
nique iustitia rationis reputare se iustos sine gratia corā deo.
Vbi non possum mihi temperare, quin illum stomacho tan-
tisper commoto conueniam: Obsecro bone vir qui fieri po-
tuit, ut theologi qui confessionem expenderunt, ista doce-
rent, aut crederent, cum subscriperint duodecimmo ar-
ticulo confessionis, in quo dicitur quod humana voluntas
non habeat vim sine spiritu sancto efficiendæ iustitiae Dei,
seu iustitiae spiritualis: Forte dices te per aduersarios (hoc
enim verbo vteris) intelligere non tantum illos, sed & o-
mnes gymnasticos theologos. At vnde scis (rogo) quid
gymnastici theologi credant: Ex illorum fortasse li-
bris. Atqui oportebat in re tanti momenti, illorum etiam
verba referri. Alioquin quis tibi, sanus modo sit, fidem
adhibeat, nullis testibus, aut testimonij tam sacrilega
crimina tuis fratribus impingenti: Anne dubitas illos

Fidelio Phili-
ippi in
theologos

Humana
voluntas
nihil po-
test sine sp̄
ritu san-
cto.

E ij quales

F. ALFONSVS VIRVESIVS

quales quales Christianos tamen esse, & Euangeliū, vt nunqu domi sui legerint, in templis saltem audiuisse? Quod si audierunt, & Latine vtcunqz sciunt, qui possunt ignorare multoties Christum obiurgasse pharisaeos & scribas, quod ad externam duntaxat operum perfectionem existimarent se legere teneri? Fortasse tam stupidos illos facies, vt nec ista vnquam audiuisse, vel si audierint minime intellexisse credas? Quippe quibus deest sp̄ritus ille Lutheri, sine quo hactenus nemo intellexit scripturas. Attamen si ita est, qua de causa (vide utte dictorum inconstantia prodas) tantum laboris insument ad probandum, quod illos fingis astruere posse scilicet hominem, solius naturae viribus Deum super omnia diligere? Nam huiusmodi dilectio non est opus internum, nempe solius voluntatis, quaē est intimus animi affectus? Quid igitur opus est huiuscmodi dilectione ijs qui, vt tu dicis, existimant se ad externa tantum & ciuilia opera legere teneri? Vides in quas te salebras scribendi præcipitatio & ignorantia eorum de quib⁹ differis, cōnciat. Nihil enim deteriorius suspicari est animus, quanquam non video qui potueris imprudentia labi, qui dicas te non temere sed consulto & aliorum adhibito iudicio hanc apologiam instituisse. Cæterum Philippi lapsibus prætermissis, vestram o germani clamo, postulo, obsecro, oro, ploro, atque imploro fidem, non leuissima de re, vt quondam ille, sed vt in grauissima pietatis causa & totius humanae salutis summa vos & quos & integros ac liberos præbeatis, memineritis antiquæ vestræ ingenuitatis, Christianæ libertatis, quā tantopere prædicare

dicare soletis & extollere, in quam si vocauit vos Christus,
 nolite fieri servi hominū, Lutherus homo est, Philippus ho-
 mo est, quandiu vos libertatis prætextu fascinant, nō domi-
 num excutitis, sed dominos mutatis. Quanquam non illorū
 nunc agitur causa, sed veritatis, quam solam regnare, vincere
 & triumphare, de tenebrarum & erroris principe decet, qui ^{Iohann. 3}
 mendax est, & pater mendacij, nec ille tantum, sed & omnis ^{Pfamili... 111}
 homo mendax. Quamobrem quantum autoritatis homini
 bus, qbus non est a Christo concessum tribuitur, tātum diui
 næ veritati decedit, quæ sola nec falli potest, nec fallere. Non
 tam autoritas in disputando, ait Cicero, quam rationis mo-
 menta querenda sunt. Quod si de rebus humanis ac cæteris
 philosophiæ placitis differenti, non est maior habenda fides,
 quam pondus argumentationis exegerit, quantominus fi-
 dendum est homini de rebus diuinis differenti, nisi illius de
 quo loquitur nos coegerit testimonio? Deum nemo ^{Iohann. 2} vidit
 vnquam, sed vnigenitus qui est in sinu patris ipse annuncia-
 bit nobis. Et quemadmodum nemo scit hominū quæ sunt
 in homine, ita & q̄ Dei sunt nemo scit nisi spiritus Dei. Ap. ^{1. Cor. 2}
 plaudit interim (vt reor) Philippus, vt qui scripturæ sacræ
 testimonij quibus vsus est, maxime fidat, ad confirmandū,
 hominē non operibus, sed sola fide iustificari. Hoc enim dis-
 criminis est inter Lutheranam & Catholicā sententiam, qđ
 Lutherus & eius interpres Philippus sola fide nullis meritis,
 nullis operibus, hominē iustificari cōtendunt, hoc est, quod
 habere fidem, est hominem esse iustum, et vita eterna dignū,
 adeoque bona opera ab hominibus quidem fieri iustis, non

E iii fa-

Discrimē
Luther-
na docen-
ta & Ca-
tholica.

F. ALFONSVS VIRVESIVS

facere homines iustos, nullam iustitiae esse partem, nullum ius homini ad felicitatem tribuere, ut quod nullius sint meriti apud Deum, qui ut sola fide iustificat sine operibus, ita sola gratia sine meritis saluat credentem. Ecclesia vero fatetur nullis nos meritis aut operibus precedentibus, quibus iustitiam meritis simus, iustificari: sed solius esse fidei, iustificationem ut causam, vel tempore vel natura precedentem, hominem vero non sola fide iustum fieri, sed etiam diuine legis obseruatione, charitate praesertim, quod vniuersa bona opera gignit, & complectitur, ita quod iustitia hominis non sola sit fides, sed etiam charitas, quam quidem iustitiam nemo potest, ullis precedentibus operibus promereri, sed gratis per Christum homini datur, tametsi contingat, hominem se ad eius susceptionem disponere quibusdam operibus precedentibus, eisdem tamen non sine Christi gratia perpetratis, ut omnia demum referenda sunt gratiae, a qua habemus, quod bonis operibus gloriam mereamur. Haec summa est totius controvrsiae, haec totius disputationis huius, & aliquot sequentium, argumentum, in quo sibi non disceptare videtur Philippus, sed triumphare, ita gestit, effertur, extollitur, quod loca quaedam habeat pro sua doctrina, quae specie prima verborum imperitos & scripturarum sanctorum praecipue rudes mouere possint, ad existimandum se sola fide, quod carnales maxime cupiunt & libentissime credunt, fore beatos. Sed priusquam ad huiusmodi locorum veram intelligentiam accedamus, fidei & operum discrimen, vel perfunctione nobis est attingendum.

Ecclesiæ cōfessio de fidei & operum discrimen.

Fides interdum annumeratur operibus, Christus exponet
quod

quod praeceperat: Operamini non cibum qui perit, sed qui ^{Iohan. 6} permanet in vitam æternam, ait. Hoc est opus Dei, ut cre-
datis in eum, quem ille misit. Vnde qui dicunt, nos non me-
ritis nostris aut operibus iustificari, sed fide, mea quidem
sententia suas voces ignorant, nisi quatenus fidem ab ope-
ribus separent, apertioribus verbis exponant, quandoqui-
dem fides ipsa, tametsi Dei nobis dono contingat, ut opus
nostrum est, ita meritum esse nostrum negari nequit, nisi
ab eo qui omne prorsus meritum nobis ademerit: Quis au-
tem adimat, nisi qui mercedem toties a Christo promissam
ostentatam, oblatam non intellexerit? Verum non in hoc
fensi nunc opus accipimus, nisi quatenus a fide distingui-
tur, ita ut idem sit nobis fides, quod philosophis est theoria,
opus vero quod illis est praxis: quarum altera est in intelle-
ctu, altera in affectu, nempe voluntate, cuius aut motu, aut
imperio operamur. Nam si utrumque (quod Philippus
contendit) voluntati dederimus, intellectui, fide subtracta,
quid superest: quo in huius mundi caligine illustretur, adeo
dirigatur, & perficiatur? Qua de re inferius. Primo itaque
& propriissime opus erit charitas, & post illam cæteræ affe-
ctiones, quæ obtemperat charitati. Testantur hoc Pauli ver- ^{Rom. 2}
ba, dicentis: quosdam qui legem non habuerat, ipsos sibi suis
se legem, ostendentes opus legis scriptum in cordibus suis,
Porro legis opus charitas est, ut & finē esse legis, alibi Paulus ^{1. Tim. 1}
exponit: hec cum vere inest, opere inesse dicitur. Diligamus, ^{1. Iohann.}
inquit Iohannes apostolus, non verbo & lingua, sed opere et
veritate. Est tertium genus bonorum operum, nam de illis
dun-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

duntaxat loquimur, quæ prorsus opera sunt externa, ut ieiunium, ut eleemosyna, & cætera quibus aut iuuamus proximum, aut carnis moderamur affectus, aut pietatem & obedientiam extima quapiam exercitatione præstamus. Horū rectitudo a charitate pendet, quam legis finem dicit apostolus: finis vero in moralibus (quod sapienter animaduersum est a philosophis) eandem mouendi vim habet: quam principium in naturalibus: vnde & charitas cæterorum omnium ministerio vtitur, dum iustificat, id quod inferius latius explicabitur. Sane quoties charitatem iustificare dicimus, haud est accipienda tanquam causa efficiens humanæ iustitiae. Est enim Christus causa prima efficiës. Et iustificabit ipse iustus seruos meos multos. Sunt & causæ aliæ efficiëtes, sed secundariæ, diuina gratia, & humana interdum voluntas. Quibus, tametsi alia ratione, adiicienda sunt sacramenta. De nulla istarum causarum modo disquirimus, sed de causa formali, hoc est de ea re vel ijs rebus, quas dum habemus iusti sumus, quandiu non habemus iniusti. Sicut cum queritur quid calefaciat, non adæquate respondetur per causam efficientem, nempe ignem, nam possunt & alia multa calefacere, sed per formalem quæ est calor: Quo in genere quæstionis hæc exempli gratia proponatur. Quid scilicet sit illud quo Paulus est homo: Vere respondebitur. Humanitas, sed non complete, superest enim adhuc querendū, qua in re aut quibus in rebus humanitatis sita sit ratio, huc enim spectabat prior quæstio. Quod si responderis animalitate, & rationalitate (nempe quod homo animal sit rationa-

Quæ cha-
ritas fit
causa iusti-
tiae.
Iffate 53

Causa for-
malis &
efficiës dif-
ferunt.

le)

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 21.

le) & vere & complete respondisti, sed pene superfluum, nam satis erat dixisse rationalitatem, quod homo ratione differat a brutis, quibus cum habet commune esse animal, & rationalitas animalitatem præsupponit, sine qua non potest esse nec intelligi quidem. Ad eundem igitur modum cum quæritur, quid sit illud quo Paulus est iustus, non satis est respondisse, iustitia. Est nanque vitiosa responsio, quæ ambiguitatis, qua quæsitum est, causas non tollit. Est ergo respondendum explicatione rerum in quibus sita est ipsa iustitia, hæ sunt fides & charitas, quas qui habet iustus est, qui non habet iniustus: itaque fide & charitate si dixeris, non modo perfecte respōdisti, sed propemodum superflue. Charitas enim est, non fides, qua iusti differunt ab iniquis, quos saepe contingit habere fidem. Declarat hoc Paulus, dicens: 2. Cor. 13, Si habuero fidem ita ut montes transferam, charitatem autē non habuero nihil sum. Charitas ergo fidem perficit, cui aduenit ut species generi, ut vita corpori, ut forma materiæ, aut si mauis, vltimæ dispositioni, idcirco non potest sine illa, vel quæ illi succedat euidenti cognitione inueniri, magis quam rationalitas (quod modo diximus) sine animalitate aut vita sine vidente. Et quoniam non de fide, sed de charitate & eius operibus, quam Philippus a iustificatione secludit, proposita est nobis difficultas, hoc illi damus, quod fides iustificet, sed non sola: hoc vero quod charitas & eius opera, quibus lex adimpletur, si non sola, certe precipue ac maxime hominem iustum efficiat, imo ipsa sit plena & perfecta iustitia, id superest nobis per sacras literas adstruendum. Nisi abun-

F da-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Matth. 5 dauerit (inquit Christus) iustitia vestra plusquam scribarū & phariseorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Hic non de ciuili aut quavis alia iustitia incipit nos instruere, sed de ea quæ pertinet ad ingressum regni cœlorū, cuius abundantiam non fidei, sed legis operibus tribuit: modo legitime seruentur: quod scribarum & phariseorum hypocrisis nunquam est assequuta: Notus est locus & eius exempla quibus Christus veram iustitiam exponit, & a pharisaica discernit, ideo non est opus recenseri prolixius. Addit tamen inferius: Attendite ne iustitiam vestram faciat coram hominibus ut videamini ab eis. Quam iustitiam inquies? Nempe elemosynas, ieunia, preces, & id genus alia, quæ ibidem enumerauntur. Hanc tamen ideo nostram appellari dicit Philippus, quod non sit iustitia fidei, sed legis, quam Apostolus nō probat. Quid ego audio? Apostolo Christi nō probatur, quod Christus ipse tantopere nobis commendat, & cauet ut legitime fiat: Probantur (inquit) a Christo & eius apostolis bona opera, estque in illis sita ratio quædam humanæ iustitiae, que tamen iustificare hominem non valet, sed sola fidei iustitia, de qua scriptum est: Credidit Abram Deo, et reputatum est ei ad iustitiam. Et illud: Iustus ex fide sua viuit. Et illud Apostoli: Arbitramur hominem iustificari per fidem sine operibus legis. Congerant hic, si velint, totius scripturæ testimonia, quibus fidei iustitia tribuitur, nam de eis postea videbimus: vt cunque tamen se habeat fides ad iustitiam, id tamen ab illis quæro, sitne fidei iustitia eadem ipsa quam Christus exigit pharisaica superiorem, pro qua regni cœlorum ingressus.

Gene. 15
Rom. 4

Abac. 5
Rom. 3

ingressum est pollicitus, an ab illa diuersa. Quod si eandē es-
 se dixerint, cū hanc efficiant opera illa quae Christus de ea-
 dem differens enumerauit, necesse est illos fateri quod res
 est, hominem scilicet fide simul & operibus effici iustum,
 nec alteram sine alteris ei sufficere ad iustitiam. Si vero ne-
 gent, habeant illi sibi sua commenta iustitiae, mihi sufficit il-
 la iustitia, pro qua Christus Iesus vitam promisit æternam,
 & quam iudicaturus exiget, cuius etiam desertoribus mor-
 tem comminatur æternam. Si vis, inquit, ad vitam ingre-
 di serua mandata: Et alibi, enumeratis decalogi præceptis: Marth. 19
 Hoc fac, inquit, & viues. Et pauperum pronunciat esse re- Lucæ 10
 gnum coelorum, in quod diuites difficile sint ingressuri. Vn Matth. 5
 de oritur & illud: Facite vobis amicos de mammona iniqui- Lucæ 16
 tatis, vt cum defeceritis in via, recipiant vos in æterna taber-
 nacula. Alioquin nec fornicarij, nec idolis seruientes, neque 1. Cor. 6
 adulteri, nec molles, nec masculorum concubitores, neque
 fures, neque auari, neque ebriosi, nec maledici, neque rapa-
 ces, vt Apostolus ait, etiam si fidem habuerint qua montes 1. Cor. 13
 trāsferant, regnum Dei nō possidebūt. Huius rei causam præ-
 dixerat, qd scilicet iniqui regnum Dei non sint adepturi. Iniquitas & æquitas, quid sic.
 quitas est ergo legis transgressio & eiusdem obseruatio æqui-
 tas. Iam æquitatem quis vnq segregauit a iustitia: Denique Hier. 22
 Hieremias Dei oculos apertos esse prodit, super omnes vias Rom. 2
 filiorum Adam, vt reddat vnicuiq secundū vias suas, & se-
 cundū fructum adiumentū eius. Et Christū redditurum Mat. 20
 vnicuiq secundū opera sua pronūciat Apost. qd idipsum
 Christus ipse pollicitus fuerat. Adde quod iudicij formā &

F ij iudi-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

iudicandorum discrimin exponens & merita ,nunquam si
Matth. 23 dei:sed operum semper meminit,Pro quibus,Venite,inquit,
benedicti patris mei percipite regnum , quod paratum est
vobis ab initio mundi . Hos eosdem , quorum enumerauit
opera (tametsi non sine fide , quam in pronominibus mihi
& meis significasse videtur) iustos appellat, dicens : Ibunt
iusti in vitam æternam . Eat ergo Lutherus , eat Philippus ,
Matt. 25 & aliam sibi fingant iustitiam ignauam , nulla exigentem o-
pera , nec ferentem quidem præ zelotipia , nobis sufficit illa ,
cuius commercio pro paupertate regnum,pro luctu gaudi-
um,pro mansuetudine dominium,pro cordis munditia di-
uinam fruitionē , deniq; pro eleemosynis , ieunijs , precibus ,
Matth. 6 modo legitime fiant,pater meus qui videt in abscondito,red-
det mihi . Nisi forte dubitamus de Christi verbis,qui hęc o-
mnia quæ de scripturis sanctis protulimus,cū frequenter ali-
as tum Mat. V. & VI. cap,prodit & promittit . Age tamen
quo res facilius intelligi queat,iustitiam ipsam de qua loqui-
Iustitia E-
uangelica-
ca. mur,certis limitibus diffiniamus . Quid est Euangelica iusti-
tia,nisi æqua proportio meritorum ad præmia? Dicent hāc
esse mercenariam,non liberam , nec Euangeliō dignam iusti-
tiam:Atqui mercenariam non faciunt opera nec merces,sed
Merces. animus operantis , nec est a mercede prorsus alienum , quod
ipsi docent de fide , quæ vt promissis inititur,ita rerum quæ
promissa sunt , auiditate & expectatione maxime incitatur .
Sed bene se res habet , qd mercedis affectus nunq; Euāgeliō
damnatur,quin illum in nobis frequētissimis ostentatiōibus
pollicitationibus & pactionibus identidē excitat . Pactus est
pater.

pater ille familias cū operarijs, se, quod iustum foret, illis esse
daturum: & finito opere. Voca, inquit, operarios & redde il-
lis mercedem. Rursus dicent, nullo modo posse inueniri ad-
æquationem humani operis ad diuinam retributionē, cum
finiti ad infinitū nulla sit proportio. Nos vero haud ita con-
ferimus humana merita diuinę mercedē, vt opera nostra per
sele cuiusvis ponderis, aut precijs esse credamus, aut si sunt, nō
modo finiti, verum & perexigui fecimus: infinitam autem
vim quandam & efficaciam communicatam illis existima-
mus a Christo, cui sumus insiti per fidem, & a quo per chari-
tatem tamdiu agimur, quandiu recte quicquam operamur:
Nec enim fidem excludimus a iustificatione, quē admodum
illi charitatem & eius opera: sed vtricq; virtuti iustitiam no-
stram acceptam ferimus, vt scriptura, quæ nunc hac nunc il-
la hominem iustificari pronunciat, singulis suis locis verissi-
ma constet. Vnde, sicut superius diximus, etiam si ethnicus
aut paganus quispiam eadem opera æque perfecta faceret,
atq; fiunt ab egregijs fide & pietate catholicis, haud propter-
ea vita illi deberetur æterna, quæ tamen Christiano, modo fi-
dei & charitati non desit, iure conuentionis Euangelicæ de-
betur. Siquidem bona opera, præter hoc quod a fide profici-
scuntur & charitate, sunt velut chirographum, quod nisi fi-
dei autoritate firmetur, nullius est ponderis apud Deum, qui
sola gratuita sponsione fide debitor, eandemq; ratam habet,
Christi Iesu nomine per fidem intercedente, cuius meritis iu-
ste redditur, quicquid misericorditer fuit homini promis-
sum, vt misericordiam & iudicium simul cantare, non mi-
^{Matth. 20}
^{psalm. 10}

F iij nus

F. ALFONSVS VIRVESIVS

nus frequēs sit quam familiare prophetis. Iuste, inquam, redit
ditur, quod fuerat vltro promissum, si fidem & charitatem
habeas erga promittentem, quia coronam vītē promisit Deus
diligentibus se, & est etiam inefficax promissio, nisi adsit
in exigendo conditio, quæ intercesserat in promittendo. Ita
que quicquid in nomine Christi per fidem petierimus, non
nisi charitate intercedente sumus accepturi, quoniam fides
per dilectionem, ait Paulus, operatur. Et si habuerimus fidē
qua vel montes valeamus auellere, nihil nobis sine charitate
prodest. Iam quæ pronūciatur nihil sine charitate prodesse,
qui poterit, obsecro, sine illa iustificare. Quo res per se quidē
non admodum difficilis dilucidior fiat & intellectu facilior,
operæ preцium erit similitudinem afferre non prorsus in-
eptam: Fingamus esse regnum aliquod, cuius princeps gra-
tuito largiatur vniuersa ciuium vſibus necessaria, ita tamen
vt ne ciues segnicie torpescant, non eis arma, sed ferrum aut
calibem: non panes, sed frumentum, non deniqz pecuniam,
sed æs duntaxat ex quo possint fieri, donet: ita vt non minus
proudus sit in suis ciuibus omnium rerum commercio &
sedulitate exercendis, quam munificus in ditādis. Hinc si fru-
stulum aeris mercatori pro re quapiam, quæ in eius taberna
prostet venalis, obtuleris: iure te derideat, atque respondeat,
suas merces non lapidibus aut metallo venire, sed pecunijs:
quod si tantundem aeris principis sigillo publico percussum
produixeris, faciet tibi pro rata collatione valoris, mercandi
copia, quicquid volueris: Nihil est in rebus humanis quod
diuinas vsquequaque possit imitari, & ad exemplar, quod
aiunt,

Iacob. 1.

Galat. 5.
1. Cor. 11.

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 24.

aimt, exprimere: quando nec mente quidem eas homo va-
let, quandiu mortal is est, assequi: tantum abest, vt vllis aut
verbis aut rerum similitudinibus queant explicari. In hac ta-
men, quam modo descripsimus, similitudine, relucet vtcun-
que species quædam Christianæ reip. cuius caput & prin-
ceps est Christus, qui dedit quosdam quidem apostolos,
quosdam autem, vt Paulus ait, prophetas, alios vero euani-
gelistas, alios autem pastores & doctores, ad consummatio-
nem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corpo-
ris Christi. Secundum cuius mensuram vnicuique nostrum
data est gratia. Hanc oportet non inesse nobis rudem & iner-
tem, sed sedulam & officiosam, quo possimus eiusdem Pauli ^{1. Cor. 15}
verba dicere: Gratia Dei sum, id quod sum, gratia tamen ei-
us in me vacua non fuit. Alioquin princeps ille paterfamili-
as, qui suos domesticos non fert, nec socordia, nec segnicie tor-
pere, cum usurpis exiget, quod in ecclesiæ usus & commercia
distribuerat. Nam seruus desidiosus & iners audit. Serue ^{Luce 11}
nequam, quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, &
ego veniens cum usurpis utique exigitsem illam. Quantum
ergo, vt similitudinis vim ostendamus, discriminis est in hu-
mana repub. inter informem materiam, vilem alioquin, &
eandem in numeros conflatam, tantum in Christiana Hier-
archia interest inter opera illa, quæ moraliter bona dicun-
tur, & eadem fidei & gratiæ charactere signata. Illa prin-
ceps non agnoscit, nec eius promis: quia sine fide impos-
sibile est placere Deo. Hæc vero probat & eorum quo ^{Hebr. 11}
que commercio ampliora promittit, quoniam qui fidelis
est.

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Matth. 25 est in modico, supra multa constituitur. Adde etiam, si vis, in collatione, quod sicut in humana rep. nihil tibi prodesset principis sigillum per tabernas ostentando circumferre absq; metallo, cui impressum efficit numos, nec si metallum sine principiis charactere ostentes, quicq; proficias: ita in Christi Hier-

**Fides quid
valeat sine
operibus
& opera
sine fide.**
Matth. 13 archia æque propemodum inutilis est fides sine operibus, atque opera sine fide, vtracq; verum simul preciosi numismatis instar habent, quo euangelica nobis comparanda est margarita, hoc est, æterna felicitas, cuius commercio Christus simile predicat regnum cœlorum. Et in Apocalypsi suadet nobis emere ab eo aurum ignitum, quod est diuinæ fruitionis amore flagrantem sapientiam, qualis in æterna felicitate possidetur a iustis, operibus & fide mereri. In huiusmodi commercio sita est ratio iustitiae nostræ, quæ Dei misericordiam minime secludit, quinimo eidem prorsus innititur, & in ea

**Iustitia
nostræ nō
secludunt
misericor
diam Dei.**
Apoc. 3 perpetuo versatur, quippe quod fateamur, Dei esse gratuita munera bona quæcunque, siue naturæ sint, siue gratiæ, quæ possidet homo, quibus si legitime fuerit usus, & etiam munus hoc dei esse crediderit, ampliora sibi multo comparabit. Nam exiguis bonis, cuiusmodi sunt quantumuis perfecta nostra opera, ingentia merebitur præmia, atq; adeo re ipsa vere experietur esse, quod de Christiana iustitia proposuimus, qd scilicet non a sola fide aut a solis operibus pendeat, sed ab utrisque per Christum Iesum, cuius & pollicitis fidimus credentes, & meritis innitimus operantes, vt misericordiam illi & iudicium (quod ait Propheta) cum peruerterit ad nos in via immaculata cantare possimus. Porro ea quo modo usi-

Psalm. 100

mus

mus collatio (ne interim aduersarij nasum adducto supercilie producant) haud omnino commentum est nostrum, sed robur & virtutē accipit a Christi parabolis & doctrina, qui decem millium talentorum debitorem facit eum qui decalo-
 gum fuerat peccando transgressus. Et numismatis symbolo
 vtens, admonet reddenda esse quæ sunt Cæsaris Cæsari, &
 quæ sunt Dei Deo: Hoc est, utriq; iuxta sui characteris notā
 pendendum esse tributum. Quingentorū præterea denario: ^{Math. 11}
 rum debito plura, quinquaginta vero pauciora peccata. ^{Lucas 7} Lu-
 cas significauit. Cum itaq; quas res iustitiam seruando perfici-
 emus, earundem debitores transgrediendo siamus, appareat
 iustitiam nostram hoc esse, ut per bona opera inscripta fide,
 charitate signata, mercedem comparemus illam, quam Christus ^{Math. 5}
 stus strenue pietatem colentibus pollicetur dicens: Gaudete
 & exultate, qm̄ merces vestra copiosa est in cœlis. Cuius obsecro rei merces: Non fidei tm̄, sed paupertatis, mansuetudinis, luctus, piæ æmulationis, misericordie, puritatis, patientiae,
 & quæ omnia complectitur charitas: nam charitas patiens
 est, benigna, modesta, comis, ceteraq; omnia (vt est in Galatis ^{1. Cor. 11} ^{Galat. 5}
 Pauli videre) præstans, quibus demū enarratis Christus co-
 piōsum pollicitus est mercedem. Quod si aduersarij hanc iu-
 stitiam, quod cōmutatoria videatur et mercenaria, oīno non
 probant, proferant nobis aliā, quæ citra honore laborem pos-
 sit homini contingere. Iustitia fidei nos obtundent: Atq; nos
 fidem a iustitia non excludimus, sed nomen iustitiae, si nō sit
 prorsus inane, oportet ut paritatem quandā secū afferat, ade-
 quationemq; rei alterius ad alteram significet. Dicant igitur

G mihi

Fidem a
iustitia
non exclu-
dimus.

F. ALFONSVS VIRVESIVS

mihi quæ sint illa duo, quorū alterū alteri iustitia coaequatur,
vt iusti siamus, iustum vna Deum erga nos sentiamus: Satis
scio, nihil eos posse proferre, nisi meritum & præmiū, quore
æquatio specie quidem prima videtur iniqua (nēpe qd meri-
tum res humana sit, adeoq; finita, præmiū vero diuina & æ-
terna) nisi merita nostra infinitatem quandam (vt paulo an-
te diximus) sortirentur a Christo, cuius membra fide sumus,
in quo viuimus charitate, vt bonorū operum fructus, non iā
palmitis expendantur mensura, sed vitis æstimentur immen-
sitate: Qui manet in me & ego in eo, ait Christus, hic fert fru-
ctum multum. Hoc (dicendum est em̄ saepius quod subinde
negatur) non sola fides nobis prestat, sed etiam charitas: Qm̄
qui manet in charitate in Deo manet & Deus in eo. Fortasse
tamen Philippus, vt est cæteris acutior, commercij iustitiam,
quod politica videatur & civilis diuturna contentione per-
tæsus, alteram nobis proponet, qua non merita nostra, quæ
nulla esse vult, ad præmium, sed mens ipsa referatur ad Deū,
sitq; in hac relatione iustitiae adæquatio quadam quasi con-
tinentis ad contētum: In hoc enim, vt Augustinus ait, homo
factus est ad imaginem & similitudinem Dei, vt eius capax
sit, & particeps esse possit. Hæc est originalis iustitia, inquiet,
quam primorū parētum scelere amissam, Christus nobis de-
mum vscq; adeo perfecte restituit: vt non modo adæquatio
fiat animæ ad Christum, verū & intima vnio, ac pene dixe-
rim identitas: quoniam qui adhæret dñō, unus sp̄ritus est.
Hanc adhesionem, secundum quam, vt idem Apostolus ait,
in eandem imaginē transformamur a claritate in claritatem,
tanq;

1. Cor. 6

2. Cor. 3

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 26.

tanq; a domini spiritu. Sola fide Philippus fieri cōtendet, vel propter Apostoli verba, quibus dicit Christum habitare per fidem in cordibus nostris. Cæterum, vt donemus ei hanc esse iustitiam, qua animus vt habitaculum deo tanq; habitatori confertur, qui probat, illi alteri collationi, quam inter humana opera & diuinam esse mercedem ostendimus, non in esse iustitiam, cū illā tam multis sanctar; scripturarum locis astruxerimus. Sit præterea illa Dei capacitas & adhæsio nostra omnino iustitia, nulla sane alia, si vult, iusti siamus: num statim dabimus ei, hanc a sola fide pendere, nec vlo prorsus modo illi opus esse charita: c. Prædicat Paulus habitare Chri-
 stum per fidem in cordibus nostris: Num per solam fidem:
 Mihi ita videtur, inquires. Atqui Iohannes ex aduerso prædi-
 cat, habitare per charitatē. Si diligimus inuicem: Deus, inqt,
 in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. In hoc
 cognoscimus, qm̄ in eo manemus, & ipse in nobis, &c. Quid
 ergo dicemus, pugnant aduersum se inuicē Paulus & Iohan-
 nes. Pugnant omnino, si per exclusionem illos exponas. Sed
 si Paulus non excludat charitatem ab animo, quem Christus
 inhabitat, nec Iohannes fidem, idē prorsus vterq; sentit, idem
 prædicat, idem docet, nempe ad hoc vt Christus humanam
 habitat mentem, opus esse fide & charitate, atq; adeo si hæc
 inhabitatio iustificatio nostra est, neutrā sine altera posse iu-
 stificare. Quid quod Philippus nihil horum etiam si maxi-
 me velit, inficiari valet, nisi penitus sibi contradicat? Verba
 enim eius sic habent: Porro iustitia in scripturis cōtinet non
 tantum secundam tabulam decalogi, sed primam quoque,

G ij quæ

Verba Pha-
lippi.

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Gene. 1.

quæ præcipit de timore Dei , de fide , de amore Dei . Et pā-
rum infra: Id testatur, inquit, scriptura, cum dicit: hominem
ad imaginem & similitudinem Dei conditum, Quod quid
est aliud, nisi in homine hanc sapientiam & iustitiam effigia-
tam esse, quæ Deum apprehenderet, &c. Hic iustitiam , quā
imaginis propemodum amissæ restitutionem esse, verissime
docet, non tantum ad fidem retulit, sed ad cætera etiam pie-
tatis & iustitiae opera, quæ vtracq; legis tabula præcipiuntur,
quorum amorem Dei timorem & fiduciam diserte nomi-
nat. Quo magis admiror, cum semel in hanc veritatem inci-
derit, siue eam disputanti, & per varia scripturarum loca dis-
currenti, res ipsa suggesserit: qui potuerit aduci, vt si non sen-
tentiae varietate specie saltem verbis, & contentionis libidi-
ne ab illa recesserit. Defendit em̄ mordicus, & pedibus mani-
busq; conatur confirmare Lutheri dogma quo nos sola fide
iustificari cōminiscitur, itavt non semel charitatem diserte ac
suo nomine a iustificatione secluserit. Quod si iustitia nostra
Dei quodammodo complexus est, & apprehensio, vt Philip-
pus modo significauit, qua apprehensione mens vnta Deo
immanēsq; illi & eundem manentem in se habens configu-
ratur ei, & in pristinam imaginis dignitatem restituitur, qua
fronte negabit hanc iustitiam , charitate maxime fieri, cum
præter legis tabulas, quas ipse pro veritate produxit. Chri-
stus Iesus dicat: Si quis diligit me, sermonem meum serua-
bit, & pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & man-
sionem apud eū faciemus : Vides ut similitudinis ratio quā
inter contentum & eum qui continet, necesse est intercedere,
fide

Iohann. 14.

ADVERSUS LVTH. DOGMATA. Fol. 27.

fide inchoata charitate perficiatur, quæ vere hominem iustificat, hoc est, Deo, cuius participationi conditus est, quodammodo coaequat, ita ut Iohannes apostolus fidentissime prædicet, quod qui manet in charitate, in Deo manet & Deus in eo: Philippus cum iustificationis nomine parum sibi cõstare, & a seipso vincī sibi videatur, specialem facit difficultatem de peccatorum remissione, dicens: nō posse nobis operibus nostris contingere sed fide, Veruntamen hæc difficultas nō indiget, opinor, noua lucubratione, cum remitti nobis peccata nihil aliud sit, atque iustificari, ideoque eisdem omnino rebus & iustitiam Christi induimus, et nostras iniqtates exuimus: quemadmodum eadem qualitate & eidem principijs naturalibus illam gignentibus & frigus remittitur, & auge scit calor: Nisi forte nouo commēto velit Philippus esse medium aliquem hominis statum: in quo nec iustus sit nec iniustus. Sed nihil est quod minus illum dicturum existimēt: Scit enim semel nos ex iniustis effici iustos, quemadmodum & aer eadem alteratione qua lumen recipit, tenebras depo nit. Fit igitur homo iustus ex iniusto, atque adeo eisdem rebus quibus iniqutatem depellit, iustitia donatur, nempe fide & charitate, ut non sit opus, iustificatione exposita, remissionis peccatorum demū causas inquirere. Quod id ipsum, & si perspicuis hactenus demonstratū est testimonij, aliud tamen apertissimum non grauabor adiçere: Verba sunt Christi Iesu de peccatrice foemina iam iustificata: Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum: Quo in loco non fidei tantum, sed dilectione quæ opus est, & cæterorū

G. iii. omni-

Iustus quā
fit ex ini-
sto.

Lxxv. 7.

F. ALFONSVS VIRVESIVS

omnium operū princeps, huic sc̄eminae sunt dimissa pecca-
ta: nec intima tantum dilectione hunc sibi fauorem prome-
ruit, verum & alij quibusdā, tum internis, tum externis ope-
ribus: Nam fleuit primum, sciens quod cor cōtritum & hu-
miliatum Deus non despiciet; procidit ad Christi pedes, ex-
time professa pudoris affectum, quem intime sentiebat, nec
tamen animum in tam ingentis angustiæ acerbitate despon-
dit, sed fiducia diuīne mansuetudinis, cuius specimen multis
argumentis dederat Christus, a tanti mœroris consternatio-
ne excepta, ausa est Iesu pedes attingere, profluuo lachryma-
rum abluere, abstergere capillicio, & vnguento fouere. Inua-
serat nimirum fortissimus ille gigas voluntatis arcem, quæ
cæteris affectiōibus celiōr eminet, atq; adeo imperat, & iam
vniuersa hostis vasa abducebantur in prædam: ut quemad-
modum serui erant iniquitati ad iniquitatem, de cætero iu-
stitiæ ad sanctificationem inferuiren. Quod et si infirmum
adhuc Apostolus censeat, & quasi Euangelici roboris incho-
ationem: gradum tamen huic felicissime fecit peccatri ad
omnium delictorum veniam promerendam, quam simul
atq; diligere incœpit, cœpit etiam possidere. Non ergo sine
fide dimittuntur peccata, quādoquidem fides tua te saluam
fecit: demum Christus mulieri dixit. Verum nec sola dimit-
tuntur fide, quinimo tota dimittendi ratio confertur in cha-
ritatem, quod ipsa verborum Christi phrasis & ordo, etiam
si aduertere nolis ostentat. Accusanti enim pharisæo quod a
peccatrice se pateretur attingi. Quinimo non iam peccatrix
est, cui peccatorum debitum condonatur (ait Christus) id-
que

que non leui diuinæ sententiæ mutatione, sed gratissimis causis, nempe pudore, lachrymis, obsequio, & quæ omnium maxima est dilectione: nam dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.

Philippica V. De Philippi rationibus pro solius fidei iustificatione.

NON vos existimo viri Germani, tam præfractis ad resistendum veritati esse mentibus, quin animos vestros, quas attulimus ex sacris literis rationes commouerint. Sed obstabunt interim aliæ validiores, ut vobis videntur, a Luthero, cæterisque complicibus eius, ac nunc demum a Philippo luculentius instructæ, quibus necesse est, ut nostra iam sententia tum expositum confirmata respondeamus: Quia in re haud opinor illū usque adeo esse morosum, ut hic velit inutiles questionesingerere quibus disquiritur: precedat ne charitas peccatorum remissionem, an remissio peccatorum charitatē præueniat. Nam si propterea dixerit, peccata nobis non dilectionē et pie-tate remitti, quod dimissio nature saltē ordine prior esse debeat charitatis infusione. Si hoc, inquam, dixerit, obijciam illi Lutheranæ fidei dogma, qua fides nihilo magis potest remissiōnem peccatorū præcedere q̄ charitas. Cum em̄ iuxta Lutheri cōmentum nulla fides peccatū mortale vna secum inesse aīo ferat, eadē Philippus argumento, quod de charitate fecerit, cogetur ad confitendū, non posse nobis fide, quā peccatorū remissio præcedit, eadē peccata dimitti, nisi, contra quā ratio ipsa nos admonet, daremus causam suo effectu esse posteriorem:

F. ALFONSVS VIRVESIVS

orem: Philosophorum sunt huiuscmodi quæstiones , q̄ an-
cipiū difficultate vrgentur ad disquirendum , vtra sit prior
in generationibus, præcedentis formæ, quam vocant termino-
num a quo, destructio, an succedētis introductio, quæ termi-
nus ad quem appellatur: Nam si forma quæ facescit nō cor-
rumpitur formaliter nisi per successurā , oportet hanc prius
gigni q̄ excludatur illa, rursum vero cum hęc non possit nisi
insit materiæ subsistere, necesse est, quando vtrancq; materia
(quod omnes philosophi consentiunt) haud capit, præcedē-
tem prius corrupti quam hęc inducatur. Philosophorum,
inquam, hęc sunt anxietudines, & inextricabiles labirinthi, q̄
bus intellectum non tam illuminant, quam tenebris offun-
dunt. Philippus theologus est, haud sane de sophistis vel tri-
ualibus magistris nostris, quorum plenus est mundus, sed
de ijs qui ab ipso scripturarum sanctarę alueo, non ab homi-
num cisternis dissipatis (quod ait Propheta) cœlestis philo-
sophiæ oracula mundo propinan: idcirco sophismata om-
nia missa facit, lucidissime proponit, & perq̄ solerter argu-
mētatur. Imprudētissime, inqt, scribitur ab aduersariis quod
homines rei æternæ iræ mereantur remissionem peccatorū
per actum elicitorum dilectionis, cum impossibile sit diligere
Deum, nisi prius fide apprehendatur remissio peccatorum.
Nō enim potest cor, vere sentiens Deum irasci, diligere Deū,
nisi ostendatur placatus, donec terret, et videtur nos abiçere
in æternam mortem, non potest se erigere natura humana,
vt diligat iratum, iudicātem, & punientem: Facile est otiosis,
singere ista somnia de dilectione, quod reus peccati mortalis
possit

Hiere. 3

Philippi-
ca proposi-
tio.

possit Deum diligere super omnia, quia non sentiunt, quid sit ira aut iudicium Dei. At in agone conscientiae & in acie experitur conscientia vanitatem illarum speculationum philosophicarum. Paulus ait: Lex iram operatur. Non dicit per ^{Rom. 4} legem mereri homines remissionem peccatorum. Lex enim semper accusat conscientias, & perterrefacit. Non igitur iustificat, quia conscientia perterfacta lege, fugit iudicium Dei. Errant igitur qui per legem, per opera sua mereri se remissionem peccatorum confidunt, &c. En doctoris vestri verba Germani, quae ut libere dicam, plus habent fumi quam ignis, non enim causam elucidant, sed magis confundunt, & obscurant: tentabo tamen utcunq; quod dicere ille conatur, in lucem quo possum illi respondere proferre: Duo nobis, ut video, obiectūtur <sup>Duo Phi-
lippica ob-
iecta.</sup> a Philippo, nam cetera quae recensuimus, quaeque prætermisimus pleraque omnia, magnifica sunt & speciosa verba, quibus instar Helici sententias inuoluit. Alterum ergo eorum quae damnat & arguit est, quod asseramus hominem reum peccati mortalis Deum super omnia posse diligere: alterum, quod operibus legis existimemus nos peccatorum mereri remissionem. Prius si negemus oporteret illum nouam ædere apolagiā, ad probandum hoc & id genus alia, que in hac tam facile dicit, quam difficile probaret: Neque enim quod unus aut alter theologus comminiscitur, statim est omnibus imputandum, aut catholicis omnibus, quasi communis sit omnium doctrina, obtrectandum. Quanquam si de potestate absolute loquamur, nemini debet esse dubium, quin reus peccati mortalis possit Deum super omnia diligere. Quid enim obstat? Id-

H ipsum

F. ALFONSVS VIR VESIVS

ipsum peccatum. At fac illum ita esse preteriti reum, ut tamē nunc demum non sit actu peccātū. Dices hoc esse impossibile. Quid ego audio? Nunquā potest non peccare, qui semel peccauit? Nunq̄ vacabit, nunquam cessabit, semper aliquid faciet, & quodcunq; fecerit, dixerit, cogitauerit, erit peccatū: etiam si cogitet se male vixisse, atq; ei esse de cætero aliter vivendum? Quid si comedat, cum ei maxime fuerit opus? Dices fortassis illum peccare, qd abutatur Dei muneribus, alegendō eum qui indignus est vita, nedū victu. Sinat ergo se mori fame, ne comedendo peccet, licet enim omittere, quod committendo peccamus. Dices illum nō peccare opere comedendo, sed cogitatione, ad ea forte attendendo, quæ non decet, vel omitendo cogitare, quæ debet: Atqui fieri potest, ut tanta illum fames vrgeat, atque adeo multum esuriat, ut non possit tunc temporis, nisi de reficienda vita cogitare. Ad hunc modū possem de eleemosynis quererere, quas multi peccati mortalis rei liberaliter conferunt, ea tantum ratione ut subueniant indigentij, idque propter Christum, alioquin minime daturi: Nunquid etiam in hoc peccant? Melius ergo erit, ab hismodi operibus omnino cessare. Quis hoc dicat? Quis admittat hypothesim, vnde hæc & id genus alia non fera colliguntur? Potest igitur reus peccati mortalis non peccare mortaliter: tum quid quæso obstat ei, quo minus possit Deū super omnia diligere? Reatus ille peccati mortalis, qui quandiu peccatū a Deo nō dimittitur, semper adest, etiā p̄ttereunte peccato. Atqui reatus ille, & quicquid admisso peccato remanet in animo, aut habitus est, aut relatio, quæ nec agit.

agit quicquam, nec impedimento est agere molienti: habitus vero etsi impedit, & retardet ab operibus e regione diversis, non tam prorsus impedit, quin si maior conatus adhibetur, contrarijs operibus resistamus habitui. Habitus nanque habitui tantum, actus vero actui repugnat: Quare nemini dubium esse debet, quin auarus possit vel semel, reluctante etiam ingenio, liberaliter largiri, & ignauus fortiter dimicare, præsertim si adsit causa quæ auaritiam pro tempore aut ignauiam supereret. Ecquænam causa, inquires, inesse queat homini peccatori, qua supereret habitum illum vicientem, eneruantem, & consternantem voluntatem humam, cum ne libera quidē & integra suis viribus possit Deū super omnia diligere? Qua causa? Recte interrogas: Gratia, haud illa sane quæ nos efficit gratos, sed q̄ gratis a Deo collata adiuuat infirmitatem nostram ad quædam opera, ad quæ vires humanæ nec integræ quidem valerent: An est qui nesciat, Christianus modo sit, duplēcē esse gratiam, alteram gratum facientem, qua peccata nobis dimittuntur, alteram quam gratis datam appellamus? Harū prior amicitia quædam est, qua Deo reconciliāmur, idcirco reatum peccati mortalīs prorsus excludit ab anima: posterior minime, cū facultas tñ sit gratis homini collata, ad faciendum ea, quæ alioqui persecisse nequiret: de qua gratia apostolus haud infrequentius loquitur, q̄ de priore. Iam quis dubitet, earum alteram si ne altera Deū nobis posse dare, cū posteriorē sine priore saepissime dederit: Nisi forte dicamus, posse Deū hominis peccato etiā immanētis intellectum illustrare prophetico lumi-

Gratia
gratum fa
ciēs, & gra
tis data
quid sit.

H ij ne,

P. ALFONSVS VIRVESIVS

ne, ad intuenda & contemplanda ea quæ nunquia suis viribus
attigisset, & non posse accendere voluntatem, ad amandum
quæ suis viribus non potuisset amare. Imo ego credo, quo-
ties peccator orat, ieunat, indigentibus subuenit, aut quicquia
huiuscemodi facit. Christi gratiam illi adesse, non quæ Deo
gratum omnino reddit, sed quæ gratis duntaxat, immeren-
tem iuuet, & ad alteram, quæ vere gratia est, gradum illi facia-
at: Nemo enim potest dicere dominus Iesus (vt Paulus ait)
nisi in spiritu sancto, hoc est, nisi insit ei gratia hæc: de qua
ibidem Apostolus differit. Posset ergo diligere Deum ea-
dem, velit tantummodo Christus, quæ desunt vires animo
suppeditare: quando nihil aliud obstat quibus Deum super
omnia diligit. An quia non fit negabimus fieri posse: philo-
sophica sunt hæc, que de potentia siue Dei, siue nostra, nunquia
ad actum processura disputamus: et fortassis inutilia: non ta-
men possunt non incidere differentibus, aut non responde-
ri proteruis. Philippo videntur somnia otiose conficta, idcir-
Philippi-
ca argu-
menta. co grauioribus argumentis negotium nobis exhibet, allegas
experienciam, quam conscientia in agone & in acie experitur.
Si experimentis agendum est, innumerabiles possum produ-
cere testes pios iuxta atque catholicos, quia nihil sunt hactenus ex-
perti, eorū quæ Lutherus & Philippus de conscientiae terro-
ribus & pacatione, eis in iustificatione succēdente, docent: Fa-
tentur viri sancti experiri se vicissitudines quasdam diuinæ
consolationis, nunc aduentantis anime, nunc eidē sese subtra-
hentis. Quales describuntur in canticis Salomonis. Sed hæc
omnia nō vt iustificēt, siunt, quin potius iustificatis et amicis
Dei.

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 31.

Dei eueniunt: Caeterum terrores illi conscientiæ communes sunt bonis & malis, & frequentius accidunt melioribus. Scriptura sancta beatum prædicat hominem, qui semper est pauidus: Si simplex, inquit, fuero: hoc ipsum ignorabit anima mea. E conuerso aut conscientiæ pacatio non modo in malis verum & in deploratissimis quibusque mentibus hos terrores, si quando illis accidunt, solet excipere: Sunt impij qui ista securi sunt, quasi iustorum facta habeant. Quamobrem experientijs prætermissis, ex quibus unoquocq; proprium proferente aut configente experimentum, interminabilis ostretur contentio, ad scripturarum sanctorum trutinam Philippri rationes expendamus. Impossibile est, inquit, Deum diligere, nisi fide apprehendatur remissio peccatorum. Hoc est primum medium quod assumit ad improbandum doctrinam theologorum, de charitate & eius effectu, qui est remissio peccatorum: quod tamen medium non probat per scripturas, sed vult sibi simpliciter proponenti credi, nisi forte præcedentis suppositionis probatio est id quod sequitur: Non enim potest cor vere sentiens Deum irasci, diligere deum, nisi ostendatur placatus, &c. Sed ne hoc quidem probat per scripturas tantum confidit experimentis. Possemus nos quidem iure conuentionis argumentationem redargutione repellere. Nam si Deum iratum non potest homo diligere, quod charitatis est, nec irato se committere audebit, aut comminanti se credere: quod fidei esse dicunt. Quia ratione igitur charitate non remittuntur peccata, quia non potest contingere peccatori, eadem nec fide remittentur, cui nullus est

Prouer. 28Iob, 1.Eccle. 2.Alterum
Philippi
argumentum.

H iii locus

F. ALFONSVS VIRVESIVS

fokus inter peccata. Videlis ut eisdem semper difficultatibus
 quas nobis facit, teneatur Philippus. Maioris em̄ multo diffi-
 cultatis est, irato fidere & cōminanti, quam diligere offenden-
 tem in nobis, quod iure succenseat. Adde quod Philippus,
 cum dicit: nō potest se erigere natura, vt diligat iratum, signi-
 ficat naturam erigere se posse: vt placatum diligat, quo quid
 potest imprudentius dici, aut credi? Erigit se, qui ceciderat,
 aut quoquo modo iacebat, natura aut, nec cōmunis omnium
 hominum posteaq̄ tota corruit nec vniuersc̄p̄ nostrum si
 semel peccando ceciderit, non se potest erigere, etiam si milli-
 es diuinæ misericordiæ ostentatione inuitetur, nisi ab eodem
Platm. 14;
 qui nos inuitat, vna subleuetur. Dominus enim soluit com-
 peditos, illuminat cæcos, erigit elisos, diligit iustos. Natura
 ergo nostra sine speciali Dei gratia, illa quam superius attigi-
 mus, nec si grandissima fide sibi millies persuadeat Deū pla-
 catum, eum super omnia diligere poterit, quoniam sine me,
 inquit Christus, nihil potestis facere: Si vero gratia illa sal-
 tem præueniens adsit, quæ mentem erigat, poterit diligere e-
 tiam iratum, quemadmodum filius diligit bonum ac benefi-
 cum patrem, sibi merito succensem. Instabit Philippus et
 dicet: Quomodo potest diligere, quem timet iudicantem,
 declinat comminantem, fugit exterrentem? Hæc omnia auer-
 sionem efficiunt, cui necessario repugnat conuersio, quæ di-
 lectione fieri consuevit. Horsum, ni fallor, procedere potest,
Collectio
vrḡs pro
Philippo.
 vniuersa Philippi collectio, quæ non scripturis innititur,
 sed philosophica collatione affectionum, quæ secum in ani-
 mo vicissim pugnare: videntur, & aliæ alijs impedimen-

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 32.

to esse, ne extent. Sed si physice agendum est, facile respon-
 debimus, pugnare fortasse motus illos & affectiones sed non
 semper. Nam quod sine cunctatione dicendum est, dilec-
 tionis odium, timori fiducia, desiderium fugæ, aut si malis
 fastiditioni opponitur, & ita resistit, ut eidem animo de ea-
 dem omnino re non possint inesse: pugnant tamen (est) Dilectio
 motus illi timoris & terroris cum dilectione: verum ea le-
 ge, ut ab eodem prorsus obiecto proficiuntur, & quod
 addi non inepte solet, sub eadem ratione. Alioquin ut non
 pugnant sectionis timor, & amor chirurgi, ita nec amor
 boni iudicis & poenæ metus vsque adeo pugnabunt, ut se
 vicissim excludant ab animo. Sed hæc philosophica &
 propemodum sophistica missa faciamus, accedat scriptu-
 rarum lumen, qua pellatur omnis ambiguitas. Frequens
 est apud prophetas, apud apostolos, apud ipsum etiam Chri-
 stum exhortatio ad conuersionem peccatorum, in qua non
 illis proponitur Deus placatus aut propitius, sed iratus &
 comminabundus. Clamauit Ionas & dixit: Adhuc quadra-
 ginta dies, & Niniue subuertetur, & crediderunt in domi-
 no, & prædicauerunt iejunium, & vestiti sunt saccis, &c.
 Exclamat Isaïas: Væ genti peccatri, populo graui iniqui-
 tate, semini nequam, filijs sceleratis, dereliquerunt dominum,
 blasphemauerunt sanctum Israel, ab alienati sunt retrorsum.
 Super quo percutiam vos ultra, addentes prævaricatio-
 nem, & cætera. Instant tamen sancti Dei præcones, ut con-
 uertamur ad Deum, tametsi interminantem & iratum: quia
 si fuerint, inquit, peccata vestra ut coccinum, quasi nix de-
 alba-

Philippus
inepte con-
fert affec-
tiones.

Dilectio
& timor
qualiter
pugnant.

Isaie 10
Ionæ 3

F. ALFONSVS VIRVESIVS

albabuntur, & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Et repente loquar aduersus gētem, ait dominus per Prophetam, & aduersus regnum: vt eradicem, & destruam, & disperdam illud. Mox tamen addit: Si poenitentiam fece-
rit gens illa a malo suo, quod loquutus sum aduersus eam, a-
gam & ego poenitentiam super malo, quod cogitaui vt fa-
cerem ei. Et iratus est dominus super patres vestros iracun-
dia, & dices ad eos: Hęc dicit dominus exercituum, conuer-
timini ad me, & ego conuertar ad vos. His omnibus locis &
altis huiuscmodi, qui passim etiam nō querentibus in sacris
literis occurrunt, ad Deum, qui nobis iratus ex terrenis, & a-
cerbissima quæque interminans proponitur, conuerti præ-
cipimur, Quod si (vt Philippus ait) est impossibile, frustra
non potentibus facere, tantopere suaderetur vt faciant. Iam
conuerti humanæ voluntati, quid aliud est, quam quæ prius
neglexerat, eadem ipsa diligere: Quamobrem vt auersio Dei
contemptus & neglectus fuerat, ita conuersio eiusdem dile-
ctio est. Conuersa est itaq; Niniue ad Deum, qui minabun-
dus eius euersionem prædicari præceperat, nec solum con-
uersa est animo (vt & hoc attingamus) sed prædicauit ieiu-
nium, facos induit, vt videre esset populum vniuersum, im-
pietate damnata, quasi nouæ vitæ candidatū & diuinæ mi-
sericordiæ petitorem agere: Et vedit Deus opera eorum (ait
Propheta) quia conuersi sunt de via sua mala, & misertus
est, &c. Non satis illi fuerat, vidisse fidem, cum crediderunt,
nisi & opera videret, vt misereretur: quia conuersionem ad-
huc expectabat, quę fide inchoata aliorū cum operę tum affe-
ctuum

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 33.

Etuum mutatione erat consummanda. Nam & huc spectas,
quod Israel admonetur, vt conuertatur, si velit ad se Deum
conuertere. Hoc est vt amet, si velit amari. Quod si obiecerit
fortasse Philippus illud: Nō quasi nos dilexerimus eum, sed ^{Ezech. 8}
^{Zach. 1} ^{1. Iohann. 4} quia ipse prior dilexit nos: Omnia hæc patent in cōuersione
peccatoris, nam prius amatur ab illo, qui admonet, satagit,
prospicit, vrget, vt conuertatur: alioqui non vocaret, nisi dili-
geret, cuius vocationi diligendo etiam respondemus, quia di-
ligendo conuertimur. Estq; conuersio hæc nostra, eius qui
nos amauerat redamatio, & qui nos vocauerat inuocatio, vt
ignoscat peccare iam desinentibus, qui peccantes dignatus
fuerat non modo vocare, verum & reuocare. Hic amor con-
tingere potest etiam peccati mortalis reo, cuiusmodi sunt o-
mnes, qui a deo vocantur, vt resipiscant, sed mox vt sic amat,
desinit esse reus. Nec obstat ei, quod sciens se æterna morte
damnatum, vere sentit Deum sibi iratum, terrentem & com-
minantem, qualem propheta proposuit Niniuitis. Nam si-
mul potest illum considerare placabilem, mansuetum, pium,
propiciabilem, misericordem, præstabilem super malitiam,
quæ consideratio mouere potest affectum, ad amandum, &
fidendum ei, qui tam facilis est ad ignoscendum. Id quod si-
gnificare videntur cōuertentium se Niniuitar; verba: Quis
scit, inquiunt, si conuertatur & ignoscat Deus? Simul ergo ti-
mebit iratum, & placabilem diligit, verebitur vna iudicij sæ-
ueritatem, & cōdonandi facilitatem amplectetur. Adeſt em̄
ei gratia illa præueniens, quæ huiusmodi conscientijs nunq;
nō adeſt, modo ſibi quifq; nō defit, donec cōuersione hac vo-

I luntas

F. ALFONSVS VIRVESIVS

LXXXV.
Iuntas prouehatur ad charitatem illā, qua peccata demū vniuersa fugentur, audiatis dimissa sibi pectā multa qm̄ dilexit multum. His gradibus conuersa est Niniue, atq; eisdem projecta est illa peccatrix fœmina quæ merita est, vt non modo interne, verum externe huiusmodi sententiā de se a Christo prolatam audiret: id quod in proclivi est intelligere vnicuiq; conuersionis eius progressum & incremēta cōsideranti. Timēhat em̄ & amabat, quæ flebat: & accedebat, verebatur saueritatem iudicij, quæ retro stabat secus pedes sed clementiæ conceperat spem, q̄ non cessabat officijs sibi promereri Christum, vt tandem patronum experiretur, quem timuerat iudicem, quod & assequuta est. Volens em̄ Christus illam ostendere non iā peccatricem esse, sed iustum, vniuersa commemorat, quibus a propria iniqtate ad Christi iustitiam consequēdam peruerenerat: atq; interim tacite pharisaeum quasi per reconuentionem Christus accusat, & pectōrem ostendit, quod nihil eorum fecisset, sine quibus nemo peccatorū remissionem adipiscitur. Omnes igitur eodē, quo felix illa mulier assequuta est, ordine, pectōrum remissionem assequimur, timendo scilicet & fidendo, tremendo & amando. Quæ vicissitudines affectionum, imo nō vicissitudines, sed sympathiæ, quōque ant vni animæ accidere, & animæ quæ peccatorū condēnationem nondū est assequuta. Sed ijs mediatis assequitur, tametsi gratis propter Christum, qui oīa hæc decreuit prius donare, quā peccata cōdonet, vt minoribus donis mereamur maiora: quomodo, inquam, vni cōscientiæ eidemq; peccato nondum exutæ tam multi, tā varij, tam diuersi, & (vt videntur)

Peccatorū
remissionē
eo ordine
assequi-
mur oīa
quo Ma-
gdelena,

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 34.

tur) aduersi affectus possint inesse, nouit ille qui per Hieremi^{Hier. 17} am dicit: se prauum cor hominis, & inperscrutabile cognoscere, scrutans cor, & probans renes, qui dat vnicuiqz iuxta viam suam, & iuxta fructum adiunctionum suare. Nobis vero satis est ostendisse, quae quotidie poenitentes experimur, Christo Iesu seruatori nostro, Luthero etiam inuito, probati. Quod id ipsum per scripturas obiter & perfunctorie demonstrauimus, multa emin alia sunt, que consulto, ne prolixior essem pratermissi. Ea vero quae sumus hactenus persequuti, non modo probat, quod conscientia peccati mortalis rea poscit, Christi gratia praeuenta, dilectione Dei super oia inchoare, ver*è* quod inchoatione hac prouochatur ad perfectiore charitatis gradum, qui animam iustificas peccatum prorsus excludat. Superest tamen aliud argumentum, quo rursus haec oia oppugnantur. Lex, inquit, iram operatur, ait Paulus: non ergo per legem merentur homines peccatorum remissionem. Et rursus eandem feriens incudem, lex semper accusat conscientias, & perterrefacit, non ergo iustificat. Tandem propositu colligens ait: Errant igitur, quod per legem, per opera sua, mereri se remissionem proctor confidunt. Totius argumentationis basis est Pauli testimoniu: id ipsum vero tametsi de litera legis interpretetur Augustinus: & nos intelligi posse non negemus, non tamen de morali lege decalogo contenta, sed de Mosaiica pronunciat Paulus: hoc apertius est quartum caput epistolae ad Romanos, vnde petita sunt verba, legenti, modo vel latine intelligat, quam ut indigeat admonitione. Ibi enim Paulus succenset fiduciæ Iudeorum, quam habebant

Tertium
Philippi
argumen-
tum.
Roma. 4

I ij de

F. ALFONSVS VIRVESIVS

de cæremonijs. Summam omnium cæremoniarum legalium quæ fuerat circuncisio, atq; adeo totam illam legem confert cum fide Abraæ. Cæterum nos non de lege illa cuius in doles cœpit in Abraam patriarcha, quando circensis est cum tota domo sua promulgata est autē per Moysen, loquimur cum de iustificatione differimus: sed de geminæ charitatis lege, eademq; non litera duntaxat tradita, sed spiritu inscripta fidelibus, a cuius duobus pceptis (vt Christus ait) vniuersa lex pendet & prophetæ. Nam de litera legis etiam moralis (vt semel pluribus scripturarum locis respondeam) confitemur quod non iustificet, nec iustificare quidē possit, aut potuerit: Non enim lex charitatem quam præcipit confert, sed vetat cupiditatem, quam nobis non adimit virtute, quin' auget quodammodo prohibitione. Idcirco Paulus legem dicit infirmari per carnem, cui vt subueniret Deus, filium suum mittens in similitudine carnis peccati: de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleatur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Hic vides legem iustificare, si impleatur in nobis, quam si transgrediaris condemnat. Quod vero impleatur, nō valet ipsa præstare sine fide illius, cuius meritis innixi multa perficimus: quæ per solam legem efficere non poteramus: Infirmitur enim per carnem in infidelibus, cum tandem in credentibus modo velint periculum facere, spiritale robur adipiscatur a Christo. In hoc itaque versatur tota Pauli controuersia aduersus Iudæos, quos vbique maxime tamē in epistolis ad Galatas & ad Romanos, ad fidem non modo allicit,

Matth. 22
Lex mora
lis non iu
stificat.

Roma. 8:

A D V E R S V S L V T H . D O G M A T A . F o l . 35.

allicit, verum & validissimis cogit argumentis ostendens le-
gem Mosaicam, quatenus cærimonialis erat, mortuam esse:
quatenus vero moralis, inualidam & imbecillem, nisi adsit
ei fides, quæ illi vim conferat ad iustificandum: vnde cum
vifus sibi effet hanc legem plus nimio lacessisse, ita obijcit si-
bi. Legem ergo dstruimus per fidem: Sequitur tamen mox
correctio. Absit, sed legem statuimus. Quomodo vero per fi-
dem statuitur lex, nisi hoc quod adjiciuntur eidem vires, si-
ne quibus seruari nunquam potuit: seruata autem, seruato-
res suos seruat, & iustificat, sicut neglecta desertores cōdem-
nat: Nam ipsa ex se ē indifferentis est ad iustificandum, aut
condemnandum, secundum quod vel seruatur vel contem-
nitur: nisi quod cum omnes obliget, infideles damnare qui-
dem potest, non autem seruare, etiam si seruaretur ab eis: fide-
les vero transgressores damnat, nisi resipiscant, & ad eādem
reuertantur, obedientes autem iustificat per Christum, cuius
gratia adimpletur in illis qui non secundum carnem ambu-
lant, sed secūdum spiritum. Videtis igitur o Germani, ut no-
bis qui per fidem & legis obseruationem, hoc est, fide & cha-
ritate dicimus hominem iustificari, eidemque peccata dimit-
ti, quod idem est, vniuersa scriptura concordet: Illis vero qui
per solam fidem hæc fieri docent, nec minima quidem scri-
pturæ pars constare queat, id quod hactenus monstratum est
& apertius infra monstrabitur. Nunc ad primam Philippi
collectionem: Lex, inquit, iram operatur, nō ergo iustificat:
De lege Mosaica, de qua Paulus ibi loquitur, & antecedens
fator, et consequens, tametsi collectio nō sit admodum apta,

I ij non

F. ALFONSVS VIRVESIVS

non nego. De lege charitatis, qua de suscepta nobis est con-
trouersia, dico quod neglecta operatur iram: seruata vero
iustificat, & a peccatis emundat, quia charitas operit multitu-
dinem peccatorum. Et foeminæ illi quæ se in honeste optau-
erat nobilitare peccatis, dimissa pronuntiantur peccata multa,
qm̄ studio commutato, & alio translatis affectibus, dilexit
multū: De beneficentia aut, quæ nō verbo & lingua, sed ope-
re & veritate charitas exhibetur: scriptum est quod talibus
hostijs promere amur Deum. Et rursus de eleemosyna quæ
omnis beneficentia complectitur, & charitatis opus solenni
consuetudine appellatur. Ignem ardente extinguit aqua,
& eleemosyna resistit peccatis. Cui concordat illud Christi:
Date eleemosynam & ecce omnia mūda sunt vobis. Ecquis
ergo neget charitatem iustificare, quæ operit, quæ remittit
peccata, quæ Deum nobis reddit propicium, quæ peccatum
extinguit, atque nos ab eodem emundat? Sed dixerit quis-
piā: Quid igitur (si charitas iustificat) relinquimus fidei, qd
gratiæ, quid Christo, cuius vnius meritis et gratia, quotquot
fuere sancti, seruatos sese prædicant, & qui modo sunt catho-
lici, seruatum iri confidunt? Multum profecto. Quid vero
multum? Imo hæc omnia Christo Iesu accepta referimus,
sine cuius gratia charitatem nemo posset habere: sine cuius
meritis, habita etiam & præstita, si singatur, non sufficere ad
consequutionem æternæ vitæ: quoniam cum fecerimus om-
nia quæ præcepta sunt nobis, serui sumus inutiles, nisi ope-
ra nostra siant in Christo, a quo, velut a radice fructus, ingen-
tem vim & quasi valorem infinitum accipiūt, in illis dunta-

1. Pet. 4

Ecclesiastes 11

xat,

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 36.

xat, qui sibi alias & suis operibus diffisi, quicquid boni se se
aut esse, aut fecisse videri possunt: id totum in Christi vnius
fauore, gratia, & beneficio ponunt. In hac persuasione, non
agnita modo sed penitus mente recepta, et animo insita, vni-
uersa fidei ratio versatur, que adiuncta operibus iustificat, ut
ostensum est paulo ante. Etenim finis legis est Christus ad ^{Rom. 10.}
iustitiam omni credenti. Hoc est: Lex non iustificat, nisi per
Christum, qui est eius finis, non in quo deficit, sed in quo
perficitur, & adimpletur. Hactenus de prima Philippi ar-
gumentatione: Proxima assumit, legem accusare semper, & ^{Tentij ar-}
perterrefacere conscientias, quod tamen in scripturis non ha- ^{gumeni al-}
betur quin potius David aliunde animo consternatus ad le- ^{tera colla-}
gis memoriam erigitur, & vires resumit: Nisi quod lex, in ^{Psal. 118.}
quit, tua meditatio mea est, tum forte periisse in humilita-
te mea: in aeternum non obliuiscar iustificationes tuas, &c.
Quam modo legem appellavit, eandem mox iustificatio-
nem esse declarat, alioquin non erigeret nisi iustificaret, quod
tamen perficere non potest sine Christo. Hoc idem aperti-
us ostendit: Si iniquitates obseruaueris domine, domine ^{Psal. 119.}
quis sustinebit: quia apud te propiciatio est & propter le-
gem tuam sustinui te domine. Sustinuit anima mea in ver-
bo eius, &c. Videtis legem non accusare conscientiam, nec ter-
rere, quin potius leuare, atque reficere, modo ad sit propiciatio:
hoc est, Christus, quem propiciacionem pro peccatis nostris
esse prædicat Iohannes: Affuturum autem se in lege meditata
tibus, versantibus, laborantibus pollicitus est frequenter in scri-
pturis, non modo ut adiuuet operantes, verum ut deficientes
^{I. Johanna.}
^{reficiat.}

F. ALFONSVS VIRVESIVS

reficiat, labates erigat, quoniam apud dominum gressus ho-
minis dirigetur, & viam eius volet, cum ceciderit non colli-
detur, quia dominus supponit manum suam. Et alibi: Proui-
debam, inquit, dominum in conspectu meo semper, quoniā
a dextris est mihi ne commouear. Et ut hæc de obseruantia-
bus legem, ita de contemnentibus econtrario. Non est Deus
in conspectu eius, inquinatæ sunt viæ illius in omni tempo-
re. Isaias vero ad oēs, enumeratis operibus quibus legi Dei
est obtemperandum: Tunc inuocabis, inquit, & dominus
exaudiet, clamabis & dicet: Ecce adsum, q̄a misericors sum
dominus Deus tuus. Non igitur misericordiam Dei erga
nos prouocat sola fides, sed opera illa quæ recensuerat, queq;
subiungit. Si abstuleris de medio tui catenam, & desieris ex-
tendere digitum, & loqui quod non prodest cum effuderis
esurienti animam tuam, et animam afflictam repleueris, &c.

Iudæis nō His ergo & alijs huiuscmodi promissionibus cōfisa mens,
prodest lex. tametsi fragilitatis fuæ conscientia sustinet in verbo domini pro-
pter legem eius & propiciationem, quorum alterum sine al-
tero nihil efficit. Nam Iudæis non prodest lex, quā sine Chri-
stiano mali mé-
bra arida. sto seruare minime possunt, nec deficientes habent vnde refi-
ciantur: mali vero Christiani, etiam si habeant Christum, cui
insiti sunt per fidem, sine legis obseruatione, hoc est, sine chari-
tate, fiunt ut membra arida & inutilia, & quasi palmites non
ferentes fructum, quos pater agricola tandem succidet, & in
ignem mittet & ardebunt. Vtrosque hoc loco præstingit
scriptura. Illis non prodest lex, quia non manent in Christo
in quo si quis non manserit, mittetur foras, his non prodest
Chri-

Christus etiam per fidem agnitus, quia omnem palmitē in eo non ferentem fructum sustollit pater, qui fructum afferētem purgat, ut fructum plus afferat. Hunc lex non accusat, non perterrefacit, quin potius nisi lex domini esset meditatio eius, perisset quod propheta dixerat, in humilitate sua. Cæterum quia apud Deum propiciatio est, & propter legē eius sustinet dominum: Sustinet, inquam, in verbo eius, illo nempe, quo, ut paulo ante diximus, identidem pollicetur a futurum se gnauiter laborantibus, cum ut adiuuet, tum ut (iuxta alium Prophetam) quicquid humana fuerit imbecil Ezech. 34. litate confractum alliget: quod infirmum fuerit consolider, quod pingue & forte custodiat: & ita (quod ait Paulus) nihil damnationis sit ijs, qui sunt in Christo Iesu per fidem, qui non secundum carnem ambulant, sed secundum spiritum per charitatem, quorum virtutū neutra sine altera prodest. Ec quoniam magna misericordia domini est & propiciatio Eccl. 17 illius conuententibus ad se, ut sapiens ait: hoc est, a legis transgressione ad eiusdem obseruationem respicientibus, idcirco prouide vtrunque posuit Propheta. Quia apud te, inquit, propiciatio est, & propter legem tuam sustinui te domine. Admonent me & locus & verba Davidis, ut Philip Philippi- picam simplicitatem in citandis scripturis attingam. Citat fides in producen- enim hunc psalmum pro fide, sed fide non admodum in dis scriptu- tegra, nec veritus est verbum Dei, de quo subinde se iactat, tam graui afficere iniuria, ut bona illud sui parte, & sine qua non potest intelligi, mutilaret. Huc, inquit, pertinent (nempe ad fidem & peccatorum remissionem) illæ crebræ repe-

K titi-

F. ALFONSVS VIR VESIVS

titiones misericordiæ & fidei in psalmis & prophetis, ut hic:
Si iniurias obseruaueris domine, domine quis sustinebit.
Hic confitetur peccata, nec allegat merita sua. Addit:
Quia apud te propiciatio est. Hic erigit se fiducia misericordiæ Dei: Et citat promissionem. Sustinuit anima mea in verbo eius, sperauit anima mea in domino, id est, quia promisi remissionem peccatorum, hac tua promissione sustentor. Adeste animis obsecro viri Germani, & Philippi non modo doctoris vestri verum & patroni verba, quibus verstram tuetur confessionem si placet expēdamus. Productis propheticis aliquot verbis. Hic, inquit, confitetur peccata nec allegat merita sua. Quid si mox alleget in verbis quæ tu prætermittis, quanquam bona opera nemo fere sanctorum merita sua unquam appellauit, sed Dei munera, tunc præser tim, cum misericordiam implorat, ubi potius illi commemoranda est, qua vndic⁹ septi & propemodum obruti sumus miseris. Sed rursus Philippū audiamus. Addit: Quia apud te propiciatio est. Hic erigit se fiducia misericordiæ. An non pudet, ita mutila, truncata, sine ullo sensu, prophetica verba dimittere? Quid sibi vult hoc: Quia apud te propiciatio est, nisi aliud addas? Unde scis conscientias his verbis erectum iri? Vbi est verbum fiduciæ aut erectionis? Vis credo subintelligi. Quid si aliquis scripturarū omnino rudis addat: Desperauit pro rorsus adipisci, quod a me tam longe depositum abdidisti? Nam & Job difficultem inuentu sapientiam esse dicit, quod illam Deus apud se repositam habeat. Num huiusmodi animam erigere, truncus ille verborum fiducia misericordiæ

Scriptura
tricat Phi
lippus.

lib. 12

A D V E R S V S L V T H . D O G M A T A . Fol . 38.

cordiæ valebit : Existimasti fortasse neminem fore, qui ne-
sciret quibus Propheta verbis fiduciæ clauerit erectionem ;
Atqui ijdem quotquot prophetæ verba meminerint, ani-
maduertent vna, te arte ac dolo malo legis mentionem : qua
se David erectum prædicat, prætermissee, decreuisseque po-
tius ad propheticum connuere lumen : quā Lutheri dogma
semel suscepturn deserere. Ne tu illi strenuum prestat te mi-
litem, quando nec spiritus sancti oraculo , in quod tute nemi-
ne admonente incideras, cedere voluisti : David enim deser-
te pronunciat, se misericordiæ fiducia propter legem domi-
ni & propiciationem , quæ apud illum est sustentari, qua in
re, quia superius exposita est, non est nunc opus diutius im-
morari, quin posteaquam scripturæ sacræ testimonia , quæ
Philippus produxit in apologia examinare cœpimus , præ-
stabit & illa quæ in confessiōe vestra citātur, ordine repetere.

Philippica VI. De testimonijis in confessione pro
iustitia fidei contentis.

PRINCIPIO , quandoquidem in confessio-
ne vestra Germani, ita vocem agnoscimus Iacob,
vt subesse non ignoremus manus Esau , est ope-
rarium animaduertere, quod Philippus non
ecclesiæ communem doctrinam, sed iustitiam rationis in a-
polo gia sibi proponit oppugnandam, vt dum vos a nostra
confutacione defendit, eo videatur euicisse , quod aduersa-
rium sibi facit imbecillem & inermem , in quo nos omnes
superatos esse vult credi : nec desunt illi (si diuis placet)

K ij qui

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Ratio qd. qui credant. Quasi nos ratione sola hominem iustificari, unquam arbitratim simus, cuius nec umbra quidem dogmatis usq; inuenitur apud theologos. Ut tuntur quidem rationis nomine, a Latinorum omnium optimis quibusque recepto, sed eo naturae tantum lumen significant, malignum sane illud & inefficax, nisi gratia subleuetur: quo tamen lumine semper animus gliscit, & gestit ad meliora, id quod Aristoteles dixit, ad optima deprecari, haud tamen Aristotelis verbis innitimus, sed Pauli doctrina, qui mentem in se agnoscit diuinæ legi vtro consentientem & inservientem, quam etiam ad Galatas spiritum a carne per omnia dissentientem appellat. Nemo est enim quantolibet peccatorum pondere prægrauatus, qui non intima quadam animi energia reuocetur a turpitudine: a qua tamen haud nostrarum est virium prorsus recedere, nisi adsit Christi gratia, quæ rationem frustra conantem & adnitentem erigat & perficiat. Illud igitur, quicquid est, animi nostri, cui turpitudo, etiam cum maxime delectat, non probatur, quodque vel in medijs facinoribus ad honestum prouocat, solicitat, conspirat, id ipsum Paulo dicitur mens, a theologia vero nunc mens, nunc ratio nuncupatur, quam sub vtroque nomine Cicero describit, cuius verba sunt: Humanus animus decerptus ex mente diuina cum alio nullo nisi cum ipso Deo, si hoc fas est dictu, comparari potest. Hic igitur si excultus, & si eius acies ita curata est, ut ne cæcetur erroribus: sit perfecta mens, id est, absoluta ratio, quæ est idem quod virtus. Explicauit Cicero quicq; natura prestare potestimo quod a Deo.

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 39.

a Deo naturæ praestitum est etiam lapsæ, tametsi cultus hic animi & curatio non est naturæ, sed gratiæ: non dubito ramen, quin apostolus Paulus eius verba reciperet, quando alia haud dissimilia ex Arato probat, & citat: ex quibus colligit, non debere nos Dei munus tam ingens & sublime fictitijs submittere numinibus, sed vni & viuenti Deo, cuius non vero modo figmentum ut cæteræ res, verum & genus quodā modo sumus. Philippus igitur aduersus hanc siue rationem siue mentem siue naturæ vim acriter insurgens, vt sit quod nemine repugnante possit expugnare, singit sibi monstra q̄ vincat, & magnum (quod proverbum habet) emortuo hosti vulnus infligit. Nos vero hasce oīnes Philippicas in umbras & inania, impressiones excursiones, ouationes etiam si velit, & triumphos, æquis sane oculis spectamus, quinimo quod in solecentem naturam tanta felicitate protriuerit, atq; prostrauerit, victoriam illi gratulamur, nulla nos tantæ gloriæ inuidentia vrit: Magis nunc vestræ acies Germani & testimoniorum structæ copiæ sollicitos reddunt, haud enim V= Confessio
nis Ger-
manicæ lo-
ca profi-
de.
num aut alterum frustratim locum pro fidei iustificatione aduersus opera nostra profertis, sed primo statim congressu tota Pauli ad Romanos epistola producitur, quæ nos III. præsertim & IIII. cap. velut genuino ariete prosternat. Sed nos quarto capiti paulo ante respondimus, & nunc demum respondemus, non ibi de lege morali quæ & naturalis est, agit: sed de lege cæremoniali, quæ peculiariter solis est data Iudæis, de qua tertio etiam cap. incipit differere. Declarant hoc Ambrosij verba, quibus illud: Arbitramur iustificari hominem

K iij per

Ambro-
sius de duo-
bus, & 4.
capit. Pau-
li ad Ro-
manos.

F. ALFONSVS VIRVESIVS

per fidem sine operibus, exponit in hunc modum: Gentilem dicit hominem pro certe haberi, quod iustificetur credens, nulla faciens opera legis, id est, sine circuncisione, aut neomenijs aut veneratiōe sabbati: Et paulo superius illud exponēs: Nunc vero sine lege iustitia Dei manifesta est, testimonium habens a lege & prophetis. Apertum est, inquit, quia iustitia Dei sine lege apparuit: sed sine lege sabbati & circuncisionis & neomeniæ & vindictæ, nō tñ sine sacramento diuinitatis

Lex distinguitur in tres partes. Dei, &c. Distinxerat Ambrosius superiori periodo legem in tres partes, quarum prima de sacramēto diuinitatis sit, proxima quæ congruat legi naturæ, tertia quam Paulus vocat legē factorum, id est, sabbata neomeniæ circuncisio, &c. Harum partium prima Dei timorem fiduciam, dilectionem & cætera continet, quæ Philippus retulit ad priorem legis tabulam, secunda pars continet quicquid posteriore legis tabula inter dicitur, tertia vero quicquid cæremoniarum Moysē docente obseruatum est a Iudais. Quoties igitur Paulus legē a iustificatione secludit, Ambrosius de hoc tertio legis genere cōstanter interpretatur, quod et legem factorum, Paulum sequutus appellavit, ut reliquas duas partes ad legem fidei referret: Bimembris est ēm̄ Pauli diuisio, cum legem factorum separat a lege fidei, alioqui inefficax esset collectio, qua iustificationem legi factorum negat, ut transferat in legem fidei. Dicitur autem lex fidei non ipsa fides, sed ea rerum doctrina atq; præscriptio, quarum obseruationi promissa est æterna felicitas, hæ sunt non fides tantum (ut demonstrauimus hactenus, & sumus etiam inferius confirmaturi) verum & chari-

Rom. 3.

Lex fidei quid.

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 4^o.

tas, hoc est, Dei & proximi dilectio. Iam ut promissionē non ampleximur nisi fide, ita quod promissum est nisi ihs rebus quibus promittitur assequi non valemus: Hæc de Ambrosij doctrina & interpretationibus prolixius, quod hic præ cæteris patribus a Philippo & Lutheranis ferme omnibus pro sua doctrina citatur, tametsi scio Augustinum aliter legē sa-
ctorum a lege fidei distinguere: nempe ut lex factorum decalo-
gi sit litera, per quam peccatum agnoscitur, lex vero fidei vis
perficiendi decalogum, per peccatum vitatur, vtriusq[ue] legis
autor est Deus, qui & decalogū dedit per Moysen, quo pec-
catum agnoscamus, & gratiam per Christum qua vitemus:
Nobis tamen nihil obest hæc diuersitas expositionum nec
est perinde magna: Nam & Ambrosius hanc expositionem
quam Augustinus de spiritu & litera copiosissime tractat,
aliquoties in his Pauli commentarijs attingit. Quanquam
ad intelligendum quæ sit Pauli sententia, dum legem vtroq[ue]
capite tertio videlicet & quarto separata iustificatione, non
est opus interprete, sed prudente lectore. Cum enim Paulus
capite tertio dixisset nos per fidem sine operibus legis esse iu-
stificandos, vt ostenderet cuius legis opera excludebat adiun-
xit: Nunquid Iudæorum tantum Deus? Imo & gentium,
ac si dicat: Si operibus legis opus esset ad iustitiam, solos Iu-
dæos Deus iustificare decreuisset, quibus solis dedit legē cir-
cuncisionis & ceremoniarum. Hic nihil obscure videtis quæ
de lege Paulus differat, cum legem a iustificatione secludit,
nempe de lege non naturali, tametsi nec illa sine gratia iustifi-
cet, quæ communis est cunctis hominibus, sed de Mosaica,

Alio-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Alioquin nullius esset ponderis collectio : qua infert homines non iustificari operibus legis, ex eo quod Deus non solo-
rum sit Iudæorum, hoc est, non solos velit iustificare Iudeos, verum & gentes quæ alteri legi, morali scilicet, sunt naturali-
ter obnoxiae, tametsi nec ea iustificare valeat sine fide. Pendet
enī hæc, quam Ambrosius fecit medium legem a prima ut
primæ virtus pendet a gratia, gratia vero a Christi Iesu meri-
tis, ut omnia demum illi accepta referantur, qui factus est no-
bis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, ut que-
admodum scriptum est, qui gloriatur, in domino glorietur:
Ut hanc igitur legem, quæ fide non eleuatur, sed robur nan-
ciscitur & vim, quæcque haud vni tantum populo, sed vniuer-
sis est gentibus imposita, non separat a iustificatione, aduersæ
partis hypothesis, quam sibi proposuerat interrogatione,
correxit, dicens: Imo & gentium: Quarum, inquies, gētium?
Nempe illarum, quæ legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, q
ostendūt opus legis scriptum in cordibus suis. Duaq; etiam
hic legum meminit Apostolus, quarum alteram dicit gentes
non habuisse alteram naturaliter fecisse, non quia solius na-
turæ viribus legem implebant, sed quia nullo Deus externo
pædagogo usus fuerat ad illos, ut ad Iudeos usus est Mose,
sed natura duce, recta sequebantur, quæ tamen assequi non
valebant nisi per gratiam, experti illud: Dabo legem meam
in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam, quod
etsi de Christi aduentu secundum carnem sit copiosius pro-
missum, per eundem tamen est ab initio præstitum electis,
quos pater benedixit in omni benedictione in cœlestibus in
Chri-

I. Cor. 1

Rom. 2

Hier. 31

Christo, sicut elegit illos in ipso ante mundi constitutionem.
 Ex his em̄ fuere oēs quos Apostolus pronunciat habuisse o-^{Ephes. 1}
 pus legis scriptum in cordibus suis, quo iustificabantur, non
 humana iustitia aut politica, sed iustitia illa quā exiget Chri-
 stus, in die inquit, cum iudicabit Deus occulta hominum se-
 cundum Euangeliū meū p̄ Christū Iesū: Ab hoc i-^{Romans. 3}
 tacq; secundo capite Paulus de duabus incipit differere legi-
 bus, ostendens neutram iustificare posse, alteram hoc est, cæ-
 remonialē quia inutilis est, alteram quod impossibilis præsti-
 tu, nisi ad sit fides, quæ priorem infirmat, posteriorem confir-
 mat: & sibi peculiariter vendicat, efficiens ut eius iustificatio
 impleatur in ijs, qui non secundum carnem ambulant, sed se-
 cundum spiritum, in q̄bus eo lex fidei appellatur, quod pro-
 missiones contineat, quibus fides excitat & innititur, quod dqc;
 non possit sine fide præstare, sine qua impossibile est placere
 Deo. Hæc est nimirū lex, qua humana excluditur gloriatio,
 quandoquidem ea ostenditur homini quā imbecillis fuerit
 & infirmus, cui tanto leuamine opus fuit ad perficiendum
 quod quādiu nō fecisset, tamdiu ab hominis dignitate & na-
 tura quodāmodo deficiebat. Nam Deū timere, & eius obser-
 uare mandata esse hominē pronunciat Ecclesiastes. Exclusa ^{Ecclesiastes 2}
 est, inquit Paulus, gloriatio tua: per quam legē Factorū Nō.
 Sed per legē fidei. Legem factorū vocat cæmoniarum p-
 scriptionem, quia cum externa tantum opera præcepisset, effi-
 ciebatur etiam a filijs diffidētiæ, legē vero fidei moralē vocat,
 quia non pōt nisi a fidelibus perfici iuxta id quod superius
 citauimus, quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur

L per

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Rom. 8 per carnem, misit Deus filium suum, &c. vt iustificatio legis
Deus non impleretur in nobis. Non ergo iustificat Deus per legem illā
iustificat per legem factorum, alioqui Iudeos tantum (vt Paulus legitime infert)
iustificaret, & tantum Iudeorum esset Deus, sed per hanc le-
gem fidei, hoc est, quæ sine fide praestari non potest, atq; adeo
nec sola iustificare, id quod apostolus Paulus superius expo-
suerat obijcens Iudeis legis transgressionem ex Psal. XIII.,
quem gētibus vniuersis specialiter tñ Iudeis quibus scriptus
est, tribuit. Ob id nanc; non potuerunt per legem sine fide iu-
stificari, quia non valuerunt eam sine fide seruare: accedente
vero fide, iustificatio legis (vt idē ait, impletur in illis, qui non
secundum carnem ambulant, quod suggerit concupiscentia,
sed secundum spiritum, quod lex ipsa præscribit. Scimus e-
nim quia lex spiritualis est, ideo iustificare non potest, nisi eos
Roma. 1 quibus dicitur: Vos aut in carne non estis, sed in spiritu, si ta-
men spiritus Christi habitat in vobis. Apostolus ergo Pau-
lus tertio capite ad Romanos, quod vestra confessio citat (nā
quarto de sola lege Mosaica loquitur) hoc agit, vt doceat Iu-
dæos nunquam fuisse iustificatos per solam legē etiam mo-
ralem, quia nunquam sola contulit vt virtus fieret, sed vt ag-
Rom. 3, & nosceretur peccatum: qua tamen, si seruare potuissent iustifi-
carentur, vt iustificati sunt, qui per fidem Christi etiam inter
illos seruarent, fide supplente quod operi defuit & ita vtroq;
Lex nullū iustificat. iustificante. Confirmat hoc etiam Apostolus collectione
quam facit ex Psalm. XIII. ad probandum quod lex nun-
quam Iudeos iustificauerit, quo in loco nullum legis defe-
ctum proposuit ad colligendum, sed communem omnium
homī-

hominum, Iudæorum tamen præcipue præuaricationem,
 quod si lex, etiam seruata, nō iustificaret, haud opus erat Pau-
 lo ad suadendum Iudæis, vt fidei iustitiam quærerent, legis
 transgressionem illis opponere, sed infirmitatem quam ha-
 beret etiam seruata: vt ab ea quæ seruare nō poterat, cum ma-
 xime seruaretur, desciscerent ad fidem Christi. Atqui non
 hoc Apostolus cupiebat, sed vt viribus suis, quibus legem
 adimplere non poterat, diffisi ad fidei gratiam conuersi, cum
 admissæ præuaricationis condonatione, tum nouo spiritus
 robore, iustificationem legis adipisceretur in Christo: quam
 in ipsa lege non valuerant. Sane quod multis est in expro-
 branda lege: Iudæorum arrogantiam retundit, quoniam le-
 gis fiducia, quam sibi vnam sufficere credebant, maximo il-
 lis erat impedimento, ne Christi fidem amplecterentur. In-
 terim tamen nihilominus ad bona opera illos adhortatur,
 & a peccando compescit, pronuncians illos duntaxat a pec-
 catis iustificari, qui Christo commorientes ita destruunt
 corpus peccati, vt vltra peccato non seruant, Quo in lo-
 co est illud obseruatione dignissimum, quod ita Paulus Romæ. 6
 mortificationem nostram Christi morti connectit in iustifi-
 catione, quemadmodum Christus ipse sæpiissime cruces no-
 stras suæ cruci præcipit adiungi dicens: Qui vult post me Math. 16
 venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & se-
 quatur me. Et alias multa in hanc sententiam. Quid aliud
 est vnumquenq; nostrum crucem suam tollere post Chri-
 stum, quam ipsi fidei bona opera, quibus efficiendis detre-
 stante natura, & cupiditate etiam reluctantate, acerbissime

L ï cru-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

cruciamur, adiungere. Si sola fides sufficeret ad iustitiam, sufficeret & sola crux Christi, quae fidei nostræ mysterium continet, ut sanguinis eius testatur cōsecratio. Nunc cum etiam nostræ crucis postulentur, nullus relictus est ambiguitatilocus: quin opus sit etiam operibus nostris, ut iustificemur. Iā verba quæ in eodem capite tertio Paulus apostolus citat: Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam: non magis astrarunt iustitiam fidei, quæ operum. Quod id ipsum vel ex hoc efficitur perspicuum, quod eisdem verbis vtitur Iacobus, ad probandam iustitiam operum, quibus Paulus ad iustitiam fidei confirmandam, imo spiritus sanctus per utrumque Apostolum vtrancq; iustitiae rationem voluit eodem testimonio explicari, ut vel hoc appareat quod neutra sine altera iustificet. Verba Iacobi apostoli sunt: Vis autem scire o homo inanis, quoniam fides sine operibus ociosa est: Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? Videlis quoniam fides cooperabatur operibus illis, & ex operibus fides consummata est, & suppleta est scriptura dicens: Genes. XV. Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, & amicus Dei appellatus est: Hæc de Abraham testimonio & exemplo Iacobus, Post quæ additur collectio nam eandē causam agebat, qua de nos disputamus. Videlis quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum. Jacob. II. En apostolica definitio quæstionis vñçadeo aperta, ut nec excogitari quidem possit apertior. Et sunt (si diuis placet) qui cum hic Iacobi apostoli sententiae non cedant, quin

Gene. 15.

Iacobi. 2.

quin medium illi digitum propemodum ostendant, Christianos tamen & apostolicæ doctrinæ assertores sese audeat appellare, ita ut præ se cæteros pro fœsi hæreticis habeantur. Mihi sane religio esset, post tam evidens spiritus sancti testimonium, quo ab eodem sunt verba illa Geneseos explicata, a quo fuerant olim cunctis fidelibus in exemplum proposita, nouum illis addere commentum. Idcirco apostolicæ expositio-
nū inutiles, cum fecerimus omnia quæ præcepta sunt nobis,
quia Deus bonorum nostrorum non indiget, vt ex illis ali-
quod ei proueniat emolumen-^{Inutiles in quo fit mus.} tum. Si iuste egeris, quid do-
nabis ei, aut quid de manu tua accipiet? Dixi domino Deus
meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Sumus
etiam inutiles, quia nihil potest homo, ita mereri opere, vt
ideo reddatur, quod sola ratiōe boni operis deberetur. Quis
enim vñquam pro eius rei quam debuerat solutione, præ-
mium postulauit? Sumus autem oēs pietatis, atque adeo cuius-
uis boni operis quadātenus debitores. Idcirco Christus ad-
iungit. Quod debuimus facere fecimus. Est huius expositio-
nis tametsi per se nihil difficilis autor Ambrosius, cuius ver-^{Ambrofi.}
ba in commentarijs epistolæ ad Rom. cap. IIII. commentari-
orum vero X. hęc sunt: Absolutum est, ei qui legi factorum,
id est, Moysi subiectus est, aut naturali, non imputari meritū
ad mercedem, vt gloriam haberet apud Deum: debitor est
enim facere legem, quia necessitas imposta est per legem, vt

L. iii velit,

F. ALFONSVS VIRVESIVS

velit, nolit, faciat legem , ne damnetur, &c. Hæc Ambrosij sunt, quem idcirco allegamus, quod eius præcipue verbis et autoritate nos grauat Philippus : quanquam, vt ingenue dicam , non video qui constare possint Ambrosio, quæ mox de fide subiungit: Nam ad eundem modum possumus dicere fidem nostram esse inualidam , ad hoc , vt eius meritum imputetur ad mercedem , quod opus nostrum sit, idque maxime debitum : & quo Deus minime indiget : Atttingit Philippus hanc obiectionem , nihil est enim quod eius solertiam effugiat , occurrit tamen illi dicens: Fidem iustificare non propter se, sed propter veritatem promittentis,quia iuste exigitur promissum, si fides sit habita promissione,atque adeo fides sola facit, vt ego iuste repetam, quod tu mihi sponte promiseris . Hæc argumenti aut redargutionis summa est, & maxima fidei vis. Quod quidem argumentū Philippus Pauli apostoli esse dicit, idemq; varijs verbis subinde multiplicat & repetit, addens quod nec excogitari nec singi quicquam possit quo euerti queat . Ego vero idipsum vehementer probo : Cæterum ob eandem causam etiā contendō, charitatem & eius opera simul cum fide iustificare, q; mercedis iustificatio innitatur promissioi. Hoc Philippi verbum est, quod bene et sapienter ab eo dictū est dudū. Quare cū ratio debiti atq; a Deo iustitiae oriatur a promissioe, si ego tibi cras ad me venturo talentum auri mea sponte promiseo,nunq; auferes aurum,etiam si mihi fidem habueris,nisi constituto inter promittendum tempore aduenias , nec sola tibi fides,habendi auræ ius conferet, sed tempestiuus etiam aduentus,

tus , cuius interposita cōditione fuerat a me facta promissio . Nequit igitur homo , promissam mercedē assequi , nisi pro-
 mittendi causa & promissionis cōditio intercedat . Promissi-
 onis diuinæ causas continet fides , conditiones præstat chari-
 tas : Promisit em̄ Deus coronam vitæ diligentibus se . Et Pau-
 lus patientia nobis opus esse dicit , vt voluntatē Dei facientes
 reportemus promissionem . Nempe quod , vt alibi pronun-
 ciat , pietas promissiōes habeat , vitæ quæ nunc est & futuræ .
 Pietatē vero , tametsi res per se sit aperta , charitatem & eius o-
 pera eodē loco interpretatur Ambrosius . Demum quærēti ,
 quanam ratione æternā vitam assequi posset Christus ipse
 respondit : Si vis ad vitam ingredi , serua mandata . Hoc est
 em̄ in summa pietatem colere . His alijsque innumerabilibus
 pene locis , quæ passim scriptura ipsa vltro legentibus offert ,
 quibusque semper est opus adiunctum promissioni . Eccle-
 sia admonita sic orat : Ut mereamur assequi quod promit-
 tis , fac nos amare qd præcipis . Hæc precationē apud Norim-
 bergam doctrinæ vestræ urbem , ne interim a vobis possit
 contemni memini me dum sacris solennibus interessem , die
 dominico audiuisse . Cum igitur dilectio mādatorum Dei ,
 quæ summa legis obseruatio est , vobis etiam solenni preca-
 tione prædicantibus promissionem Dei assequatur , constat :
 eisdem promissionibus inniti bonorum operum merita , q-
 bus & fidei merita innituntur , adeoque hominē fide & cha-
 ritate , saltem quæ bonorum operum radix est , iustificari , hoc
 est , dignum fieri mercede , quæ sola misericordia nullis prece-
 dentibus meritis fuerat illi promissa . Citātur tamen Ambro-
 sij ver-

Iac. 1.
Heb. 10.

1. Tm. 6.

Math. 19.

Commu-
nis eccl-
esiæ preca-
tio.

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Ambroſi. ſi verba quædam , quibus dicit , conſtitutum eſſe a Deo vt
qui credit in Christum ſaluus ſit ſine opere, ſola fide gratis ac
cipiens remiſſionem peccatorū . Quid ni dicat Ambroſius,
quod in Paulo eisdem pene verbis, quibus ipſe uſus eſt lege-
rat, tametí excludione Paulus nunq̄ fuerit uſus: Ceterū quō
aut qua de lege quibusve operibus intelligendus ſit, declarat
hoc eius verba quæ ex commentarijs epift. ad Rom. paulo
ante citauimus. Quanquam eſt etiam alias veriſſimum con-
ſtitutum eſſe a Deo, vt qui credit in Christum ſaluus ſit ſine
opere, quia nullum opus noſtrum ante Dei conſtitutionem
& ſalutis promiſſionem meritum eſt, aut precessit, ſed gratis
nos Deus elegit, vocauit ad fidem, iuſtificauit per fidem, hoc
eſt, nullo alio noſtro merito præcedente iuſtificationem (qd
Ambroſius excludione ſignificauit) non tamen quod iuſtitia
noſtra ſive iuſtificatio ſola ſit fides, ſed etiam charitas, vt mul-
tis demonstratum eſt argumentis, quam iuſtitiam nemo po-
tuit mereri, ſed gratis illa donamur propter Christū, in quo
(vt Paulus ait) elegit nos pater ante mundi conſtitutionem,
atq; ideo antea quam huiusmodi dilectionem mereremur,
vt eſſemus sancti & immaculati in cōſpectu eius in charita-
te. Et infra: Gratificauit nos in dilecto filio ſuo, in quo ha-
bemus redemptionem per ſanguinem eius, & remiſſionem
peccatorum ſecundum diuitias gratiæ eius. Semper Apo-
ſtolus opera fidei adiungit. Nam etiā electi ſumus ſine ope-
ribus noſtris, ad hoc tamen elegit, vt operemur, & ſi promi-
ſit ſine operibus noſtris, non tamen promittit niſi operanti-
bus, modo poſſint actu, alioquin habitus ipſe virtutum: fi-
des,

ADVERSUS LVTH. DOGMATA. Fol. 4.

des, præsertim & charitas sufficit sacramento renatis. Elegit nos, inquit, ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate: quod idipsum etiam si præstiterimus, nihilo secius gratuito seruamur, quia nullus vñquam promissam tibi salutem promeruerat, sed omnibus Christus: in quo habemus redemptionem per sanguinem eius in re-^{Ephe. 1} missionem peccatorum secundum diuitias gratiæ eius. Gratiæ deputaretur salus, si tantum esset promissa gratuito, nūc autem diuitias gratiæ nobis proponit Apostolus, quoniam abundauit gratia, non modo in gratuita promissione, verum & in sanguinis Christi interuentione, quæ misericors promissio iustificat: idque misericorditer etiam, quando nec promissionem nec sanguinis, qua iustificaremur, interpositionem ullus fuerit vñquam promeritus. Sua etenim sponte, liberaliter & gratuito pater filium proposuit propriatorem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiae suæ. Quem si non proposuisset, misericordiam suam promittendo sane exhibuisset, nūc autem misericordia pro-^{Rom. 3}missionis & veritas exhibitionis obuiauerunt sibi, fidei nimur amplexu: charitatis autem est, quod iustitia & pax osculatæ sunt. Sed hæc omnia in Christo, quem cum peccatum non nosceret, pro nobis pater fecit peccatum, ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Haud itaq; proposito nostro de fide & operibus magis obstant Ambrosij verba, quam multa quæ prophetæ & apostoli differunt de gratuita per Christum iustificatione. Huic enim (vt Petrus ait) omnes ^{Psal. 14} prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorū

M acci-

F. ALFONSVS VIR VESIVS

accipere per nomen eius omnes, qui credunt in eum. Quod id ipsum quō intelligendum sit, quamq; ab operum exclusione, pro qua laborat Philippus, sit alienum, res ipsa, opportunitas, & occasio, qua prolatum est ab apostolo Petro, dubitare non permittit. Est enim hæc sententia de Cornelij centurionis conuersione profecta: Ecce, inquit Cornelius, vir stetit ante me in veste candida, & ait: Corneli exaudita est oratio tua, & eleemosynæ tuæ commemoratæ sunt in conspectu Dei, &c. Quibus Petrus adiecit: in veritate comperi, quia nō est personarum acceptor Deus, sed in omni gente quæ timet eum & operatur iustitiam acceptus est illi. Timere fidei est, tametsi nondum absolute significatio. Non ergo solis timen tibus, ut non solis creditibus Deus prædicatur acceptus, sed timentibus & operantibus iustitiam, hoc est, ea præstatis, quæ præstabat Cornelius, de quo ista dicuntur: Acceptus, inquit, est illis. Et addit promissiones huius acceptanceis & iustificationis. Quia verbum, inquit, misit Deus filijs Israel, annuncians pacem per Iesum Christum. Hic est omnium dominus: Verbum igitur quod missum est filijs Israel, hoc est, gratuita promissio diuinæ propiciacionis per Christum, ad omnes spectat, cum omnium ipse sit dominus: Ad omnes, inquam, qui timent Deum, & operantur iustitiam, qua per fidem & opera iustificantur, Dei nimirum promissioe a nobis fide suscepta, & operibus quasi in nostram facultatem ascerta. Mihi religio videretur, apostolo Petro, semetipsum rebus ipsis & exemplis explicanti, quicquam longioris expositionis adjicere, idcirco ad alia festinemus. Citantur & in vige simo

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 48.

simo cap. confessiois vestrae verba Christi: Ego sum via ve-
 ritas & vita, ex quibus adiecto etiam quod Christus est me-
 diator & propiciator, colligitis eum qui se confidit, operibus
 mereri gratiam, aspernari Christi meritum & gratiam, & que-
 rere sine Christo humanis viribus viam ad Deum: Nos ve-
 ro quantum humanis viribus, quantum nostris operibus
 tribuamus, & quā sine Christo nos seruatum iri credamus,
 nemini erit obscurum, modo quæ hactenus diximus, vel os-
 citanter legat. Iniquum est tamen, vno duntaxat nos vrgeri
 testimonio, cum de eadem re plura extent, quæ simul collata
 sese vicissim exponunt, & causæ totius difficultatem exclu-
 dunt. Quamobrem isti, quod pro fide a vobis adductū est,
 addamus & illud quod eisdem Christus dicit. Arcta est via Matth. 7
 quæ ducit ad vitam. Tropus nanc̄ viæ ita conuenit Chris-
 to, a quo vti rectissimo tramite nunquam est disce dēdum
 vt nihilominus competit legi mandatorum eius, cui debe-
 mus, eo vigilantius quo arctior est & difficilior, insistere. Nō Deut. 5
 declinabitis neq; ad dexterā neq; ad sinistram, sed per viam
 quam præcepit dominus Deus vester ambulabitis, vt viua-
 tis. Citatitur & illud Pauli ad Ephe. Gratia estis saluati per fi-Ephe. 2
 dem, & hoc non ex vobis: Dei em̄ donum est, non ex operi-
 bus. Et quod ad Rom. dicitur: Iustificati ergo ex fide pacem Rom. 5
 habeamus ad Deum. Quæ tamē nihil pugnant contra nos,
 qui gratiam confitemur, sine qua scimus nihil boni fieri a no-
 bis, cōfitemur etiā, vt mō exposuimus, nō propter nostra bo-
 na opera, sed gratis promissam nobis esse salutem propter
 Christū, cuius donū est nō solū promissio, verū & fides qua-

M ij credi-

Joh. 4
 Germani
 ca confes-
 sionis testi-
 monia &
 collectio.

F. ALFONSVS VIRVESIVS

credimus, gratia qua promissioni bonis operibus satisfacimus, & opera quibus fide intercedente iustificamur. Non enim ignavis, vt superius dictum est, & ociosis, sed operantibus, animo saltem si corporis viribus aut facultatibus nequeant, promissum est Christi regnum: Vnusquisq; igitur nostrum Christo haec omnia refert accepta, adeoq; cū Paulo dicit: Gratia Dei sum id quod sum, vtinam & cum eodē possimus dicere: & gratia eius in me vacua non fuit, sed gratia eius in me manet: Alioqui etiam si habuerimus fidē, quæ montes transferat, nihil nobis proderit. Plus itaq; multo nos Christo tribuimus, quam vestri doctores. Illi Christo æternam felicitatem ferunt acceptam, quam fide se consequuturos existimant, etiā sine operibus, quod quanta sit præsumptio, quanta temeritas viderint alij, nos vero, quod vocati sumus: quod electos nos esse confidimus, quod horum pignus, promissiones eius habemus, quod eius solius gratia datum sit nobis vt crederemus promittenti, quod per hanc fidem gradus est nobis factus ad charitatis perfectionem, quod charitatem consequuti sumus, qua essemus sancti & immaculati in conspectu eius, non propria mundicia, quam nec insans vnius diei habet, sed charitatis, quā ipse nobis contulit beneficio, denique quod fide & charitate iustificati sumus gratis per gratiam ipsius, sine quo nihil horum præstare possemus, nec præstitum quicquam ad beatę viuendū prodeßet. Omnia haec, inquam, Christi dona esse fatemur non ex nobis: Quis enim prior dedit illi vt retribueretur ei: Acceptis tamen hisce muneribus, cooperatores eius efficimur,

1. Cor. 11

1. Cor. 11

1. Cor. 11

Rom. 2

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 47.

mur, iuxta Pauli doctrinam, qui & præcipit nobis, cum
 metu & tremore nostram salutem operari, cum tamen mox
 adiçiat: Deus est enim qui operatur in vobis, & velle, & per-
 ficer pro bona voluntate. Huic nimirum magistro, qui fidē
 operibus connectere, qui vniuersa contemperare nouit, qui
 ita omnia in Dei gloriam vult cedere, ut nostris tamen ope-
 ribus æternæ vitæ consequitionem quadātenus tribuat, se-
 curius credimus, quam Lutheri aut Philippi doctrinæ, qui
 omnia nescio cui fidei, quam haetenus explicare non potue-
 runt, tribuentes, sine nostris operibus æternam felicitatem i-
 gnauis promittunt & desidiosis: Etenim quantumlibet vos
 illis in vestra confessione patrocinemini, & dicatis falso accu-
 sari, quod bona opera prohibeatis, quantumuis eorum ad-
 hortationes ad bene operandum literis & verbis extollatis,
 merito tamen audietis, quod de Epicuro prodidit Possido-
 nius: Re quidē tollere deos, oratione tantum relinquere, idq;
 inuidiæ detestandæ gratia. Nam quemadmodum Epicuro,
 numina describere ociosa, ignaua, nihil curantia, nihil agētia,
 nihil prouidentia, destruxisse potius fuit, quam astruxisse: ita
 vestris doctoribus, bona opa inutilia facere, nihil gratiæ, nihil
 acceptionis, nihil meriti apud Deum illis tribuere, re quidem
 prorsus contemnere est, licet ea, inuidiæ tantum detestandæ
 gratia, verbis & oratione cōmendent. Cuius per Deum ma-
 nus non continuo labascunt, cuius vis non emoritur, cuius
 non languescit animus, ut audierit nullam Deo esse curam
 humanorum operum, quicquid siue boni operis sit siue ma-
 li, homines perpetrauerint; & que contemnere modo pertinas

Philip.

F. dem Lu
 therus nec
 Philippus
 explicare
 non pos-
 sunt.

M ij citer

F. ALFONSVS VIRVE SIVS

citer credant, se fore seruandos, quando nō potest fallere, qui
pollicitus est ita credentibus Christus Iesus. Apage, inquies,
imo curat maxime Deus, quid homines faciāt. Hoc facile est
dictu. Sed quam rogo curam existimabimus esse Deo de no-
stris operibus, quādo nullis ea dignatus est afficere præmīs,
nulla mercede prosequi? Quid supereft, hac persuasione rece-
pta, nīsi vt illud ex Epicuri gymnasīs depromptum veretur
in ore cunctorum: Nemo memoriam habebit operę nostro-
rum: Coronemus nos rosis anteq; marcescant, nullū pratum
sit, quod non pertranseat luxuria nostra: vbiq; relinquamus
signa lātitiæ, qm hæc est pars nostra, & hæc est sors nostra,
&c. Dicetis fortasse, Philippum assuerare, fidei deberi æter-
na præmia, operibus temporalia. Præclarā vero distributio-
nem, si in hoc mundo tm in Christo sperātes sumus (ait Pau-
lus qui se non plus omnibus credidisse, sed plus oībus labo-
rassè predicat) miserabiliores sumus omnibus hoībus. Quid
obsecro Deus in hoc mundo potest dare ijs, quibus oīa con-
temnere, abdicare, despicere, persuader? Christus de æterna
felicitate cōsultus: Si vis, inquit, ad vitam ingredi serua man-
data. Mandator igitur obseruationi, non tēporale præmiū,
sed æterna retributio debetur. Cuius mercedis promissione
toties Christi & apostolorum eius doctrina nos excitat, non
ad credendum tantum, verum ad ea, quæ recta sunt & hone-
Discrimen
Lutheranæ
& Euange-
licæ do-
ctrinæ de
moribus
penes ani-
mi motus
obserua-
tum.
sta peragenda. Atqui doctores vestri non vscadeo carnales
sunt, vt pro mercede etiā æterna benefacere velint, existimāt
eīm nihil esse virtute præclarius, nihil amabilius, nec quicquā
esse tam excellens, quod mouere possit animum, quem ipsius hone-

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 48.

honesti species & pulchritudo non mouerit: Ad hæc tā perfectos se esse profitentur, ac cæteros omnes esse volunt, vt sa-
tis illis ad bene viuendum sit, voluntatem Dei nosse, absq; eo
quod mercedis ostentatione ducantur. Et ipsi quidem tales
se fingunt, & credi volunt. Ego vero vehementer admiror
quod perfectiores sint propheta, qui inclinavit cor suum ad
faciendas iustificationes dñi in æternum, propter retributio-
nē apostolis ac cæteris fidelibus, quos mercede tñ proposita
Christus continet in officio pietatis. Nolite, inquit, timere pu-
fillus grex, quia complacuit patri vestro, dare vobis regnum.
Ad hoc pertinet illud: Vnicuiq; virtuti beatitudinis decus
proponitur, præmium adjicitur, vt facilius ab illis, quos in
monte solus euangelicæ perfectionis culmen docebat Chri-
stus, expeterentur. Allicit eñ nomen beatitudinis, cuius rem
oës hoïes naturaliter appetunt, & præmior; tā larga promis-
sio, cuius vis animum erigit, ad capessendū tædium & labo-
rem, quē legis diuinæ custodia secum affert, vtpote quæ car-
nis cōmodis & voluptatibus iniquitatum oīm ac sceler; fo-
mētis aduersatur. Facile est ijs, qui cessationis & ignauiae cau-
sam suscepereunt, vtpote rerum cū humanarum tum diuina-
rum ignaris hæc omnia contemnere, (quāq; Philippum in
hæc paradoxa non tam ex animi sententia, quam necessitate
defendendi semel susceptum dogma incidisse reor) sed Chri-
stus, qui figmentum suum nouit euangelici cultus operarios
spe mercedis cōducit ad vineam: Paulus etiā apostolus præ-
miorum ostentatione discipulos suos allicit ad benefacien-
dū, dicens: Bonū facientes nō deficiamus, tempore enim suo
mete-

Psalm. us

Lucæ 11

Matth. 5

Matth. 20

Galar. 6

F. ALFONSVS VIRVESIVS

metemus non deficientes. Id quod momentaneum est & leue tribulationis nostræ supra modū in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis que videntur, sed quæ non videntur: Apostolus Christi. Apostolus vero: Christus ipse subleuandos, aliciendos, invitandos duxit primos ecclesiæ fideles, ex quibus martyrum examina prodierunt, pollicitis, ne propter ingētem laborem, quem absoluta pietas incutit capessentibus, a virtute deficerent. Et nostri temporis euangelistæ usq[ue] adeo illorum constantiam superarunt, ut mercedis nomen fastidian & fide tantum sibi debitam beatitudinem existimantes, cætera præstent gratuito: Sit ita sane, illi quos tantum non Christos fecistis, quos æquus amauit Iupiter, & ardens euexit ad æthera virtus, perfectiores sint prophetis, apostolis & martyribus: certe vulgus, ut a voluendo dicitur, natura inconstans est & infirmus, atq[ue] adeo affectibus cæcaq[ue] cupidine ducitur, nihil perniciosius doceri potest, quam quod sola illis sufficiat fides ad æternæ felicitatis consequutionem, quod bona opera nihili Deus in præmiorum collatione pendat, quod diuinæ legis obseruatio inutilis sit, & æternitatis expers: deniq[ue] quod nihil possint homines bonis operibus merer iapud Deum, cui etsi opera nostra placeant, illum tamen minime placant, aut promerentur nobis. Qui poterit animus, ingenitæ cupiditatis morbo & peccatorum pondere collisus, praua implicitus consuetudine, corpori demum, quod iuxta Sapietem, aggrauat animam, immersus. Postremo persuasionibus istis imbutus, ad virtutem excitari, expediri, roborari: Fide,

Incommo
da Luthe
rana do-
ctrina.

Sapien.,

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 49.

Fide, inquies, cuius fructus est virtus & spiritus sancto q ad-^{Roma.3}
iuuat infirmitatem nostram. Speciosa verba & dictu facillie-
ma. At qui spiritus sancti motibus non oēs obtemperant, legi
membrorum spiritui repugnante, & hominis voluntatem
in transuersum agente. Alioquin nemo semel iustificatus pec-
caret mortaliter. Et omnes fidem se habere credunt, & tamen
non omnes studiose viuunt. Quinimo quod ait Flaccus:

Quemuis e media erue turba:

Aut ob auaritiam aut misera ambitione laborat.

Hic nuptarum insanit amoribus, hic puellarum,

Hunc capit argenti splendor, stupet alius ære.

Hic mutat merces surgente a sole, ad eum quo

Vespertina tepet regio, quin per mala præceps

Fertur vti puluis collectus turbine, &c.

Quis hæc vitia in ethnicis olim taxata in Christianis aliquot
hodie non deprehendit? Vbi nō scinditur incertum studia
in contraria vulgus? Vbi non furit, ac sævit animis ignobile
vulgus? Vbi non scortatur, ludit, portat, & per singula flagi-
tiorum genera dissoltitur vulgus ignavum? Fortassis in
Germania: Omnes tamen etiam si media in fece vulgi sorde-
scant, fidem habere se iactant: Quid nī? Cum se Christianos
existiment: nihilqz nouerint de Stoica fide Lutheri, a quo tñ
didicerūt pertinaciter credere se felicitatē æternam assequi-
turos, etiamsi omnium scelerz libidine subinde fordescāt, et si
veluti canes ad vomitum idētidem reuertantur, modo nun-
quam illis desit ista fides, qua se credant incunctanter hæc o-
mnia adipisci per Christum, cuius tanta fuit erga genus hu-

N manum

F. ALFONSVS. VIRVESIVS

manum clementia, ut postque semel opus consummauit quod dedit illi pater, quo nobis meritus est beatitudinem, tam merendi cura, quam honor operum labore leuauerit in se credituros. Hæc est philosophia Lutheri, Quam vt verbis ac literis negare conetur, rere tamen, quas nunc inuoluistur, nunc euoluistur, summa extorquebit ab inuito: Nec potest dissimulare doctrinam, quam in Germanorum suorum cum verbis tum moribus cogetur agnoscere, quae & nobis etiam connuentibus passim protruditur experimento, & ipse non semel questus est, corruptiores se demum expertum esse Germanorum mores, posteaquam ei credere coeperunt, quam fuerant sub Rom. pontificis regno, quod vocat: Est tamen vna eademque maxima utilitas, quæ ab hac noua doctrina aut certe verborum nouitate exoritur, Quænam, inquies? Quod quanquam hæc doctrina contemnitur ab imperitis, tamen experiuntur piæ ac pauidæ conscientiæ plurimum eam consolationis afferre. Agnoscitis credo viri Germani cōfessionis vestræ verba, quibus addit Philippus in apologia. Proinde non patiantur se bonæ mentes depelli ab hac sententia, quod tantum si de accipiamus remissionem propter Christum. In hac habet certam & firmam consolationem aduersus peccati terrores, & aduersus æternam mortem, & aduersus oes portas inferorum. Miror quod non addidit, aduersus virtutum etiâ laudes, aduersus tedium resipiscendi, aduersus poenitentiæ do lores: Quid enim opus est omnibus istis, ubi sola fide peccatorum remissionem & iustificationem fueris assequutus? Quid aut ni afferat doctrina ista consolationem pijs conscientijs, quæ etiam

Vtilitas
Lutheranæ
doctrinae
atque Phi-
lippicæ.

etiam impijs blanditur & indulget: Nā quis non sibi in me-
dijs quoq; facinoribus applaudat,cum meminerit,nihil se fe-
licitatis amisisse in bonor; operum amissione,nihil admisisse
dispendi in malorum designatione,quando in promptu est
illi fides,qua contentissime credens se fore seruandum , felici-
tatem a Deo etiam extorquere possit ; Adde quod non solū
docentur bona opera ad beatitudinis consequitionem nihil
prodesse,vt contemptui sint scelestis & ignauis, verū & nul-
la esse in hominibus quantumlibet iustis bona opera , ausus
est asseuerare Lutherus,Eius est enim illa sententia : In omni
opere bono iustus peccat,cui additur & alia: Nullum esse(vi
delicet) peccatum veniale, sed omnia mortalia , nisi Deus de-
lectum quandam faceret in cōdonando: Quid igitur super-
est,hac persuasione recepta, nisi vt omnes , abiecta omni spe
cuiusq; boni operis faciendi,sese voluptatibus dedant, scele-
ribus immergant,& inter hæc turpissimus quisq; ganeo aut
sicarius æqualē se meritis Petro existimet & Paulo: quos pu-
tat nullum habuisse meritum, nec habere quidem potuisse,
quando omnia illorum facta , dicta , cogitata peccata erant,
non leuia sed capitalia : Et interim, si diuis placet , grandi su-
percilio & intolerabili arrogantia occinitur nobis , Luthe-
rum & eius dogmatis prædicatores, quorum hæ sunt præ-
cipuae de morib; hominum assertiones, doctrinam Euan-
gelicam labantem , imo & iam dudum ætate collapsam , ere-
xisse, quodque vtiliter docuerint de omnibus vitæ generi-
bus & officijs,quæ genera vitæ,quæ opera in qualibet voca-
tione Deo placeat. Quomodo vero placere possunt, q nunq;

N ij non

F. ALFONSVS. VIR VESIVS

non peccant. Quasi nesciamus quibus libris & concionibus
hæc docere se prædicant, in eisdem docuisse nullum homi-
nis opus esse Deo gratum, omnes sanctos fuisse impios, blas-
phemos, idololatras, etiam maxima cum pollere sanctitate vi-
debantur, & id genus alia, Quibus nihil pestilentius tradi, ni-
hil consternans piorum animis, impiorum vero extollendis &
indurandis accommodatius doceri potuit. Ite nunc & bonorum
operum doctrinam ad naufragium usque iactate, prædicate, ve-
strorum conciones, sermones extollite: quandiu ita docue-
rint, quemadmodum hactenus docuerunt, semper a me au-
dient. Re quidem vniuersa bona opera prorsus extinguere,
etiamsi oratione, idque ad vitandam duntaxat inuidiam, pro-
bare videantur. Verunt̄ non oīno est inutilis ista doctrina.

Altera v-
tibitas. Obscurat enim et extenuat humanam gloriam, qua nihil est
homini perniciosius, diuinā extollit qua nihil salubrius. Por-
ro aut̄ quasi non satis cōsternatur omnis gloria, quæ homini
possit obrepere, dum docetur, nihil humanas vires sine Deo
valere, necesse quidem, etiam cum maxime ad virtutem fue-
rit homo connixus, aut̄ quasi post hanc persuasionem quic-
quam homini supersit, de quo possit gloriam aucupari. Glo-
ria vero diuina quid est in quo magis eniteat, quam in homi-
ne usq; adeo prouehendo, ut natura conditus tam fragili &
imbecilli, gratuitis muneribus fiat quodammodo omnipo-
tentis. Omnia possum (ait Paulus) in eo qui me confortat.
Quinimo unus Lutherus Christi gloriæ omnino detrahe-
re mihi videtur, quem negat etiam in electis quicquam ope-
ris, quod non sit peccatum, efficere posse, aut si potest, velle.

Philip. 4.

Ex

ADVERSUS LVTH. DOGMATA. Fol. 51.

Ex his enim alterum sine controuersia colligitur ex illa sententia, quod in omni opere bono iustus peccat. Hæc incommoda, & si dissimulari nequeant, eo serenda fortassis ducet Philippus, quod ex illis vnum idemque maximum commodum videmur consequuti: Nam catholici admoniti (ut in confessione vestra dicitis) non perinde predicant inutilia opera ut olim. Præterea incipiunt fidei mentionem facere, de qua olim mirum erat silentium, &c. Nequeo Hispanus & Germaniam Tertia viii
littera.

hactenus nūquam ingressus scire, quid Germani concionatores, ante Lutheri dogmata exorta docuerint. Certe apud Hispanos, Gallos, & Italos nunquam fides & gratia diuisa est ab operibus bonis, quandoquidē sine vtraque bona non essent, non tamen dubito, quin multa sint admixta concionibus sacrīs a fidei simplicitate & Euangelicis moribus aliena, hæc tamen non a concionatoribus, sed a negociatoribus, qui nunquam in ecclesia defuerunt, ambulantes, ut Paulus inquit, in astutia humanæ sapientiæ, & verbum Dei adulterantes, hoc est, Christi doctrina ad propria commoda abundantes, & non Christo, sed sibi filios ex ea gignentes, a quibus etiam peculiariter coli gloriantur, dicentibus: Ego quidem 1. Cor. 11 sum Pauli: Ego autē Apollo: Ego vero Cephæ. Nec desunt etiam quidam alij, qui ex contentione Christum annunciat, Philip. 3 non sincere, existimantes, ut Paulus ait, pressuram se suscitare vinculis honorum. Eorum scilicet qui, cum omnia diligentibus Deum cedant in bonum, alienis erroribus admoniti medium tenere nituntur: Hoc est: ita veritatis Euangeliæ viam insistere, ut nec ad dexteram superstitionis, nec ad

N*iij* leuam

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Ieuam impietatis deflectant. Quamobrem libenter admitti-
mus, & æquanimiter ferimus, quod in confessione dicitur,
coepisse nos post Lutheri doctrinam docere fidem, & ab a-
nilibus fabulis destituisse. Verum, ut a nobis hoc factum
est, absq; totius ecclesiæ offensione, quis dubitet, eadem ratio-
ne a vobis sine totius orbis Christiani scando & commo-
tione fieri potuisse? Quanquam ego antea multo quam sci-
rem quid Lutherus prædicabat, aut quicq; eius preter nomē
& hæresis notam audirem, quæcunq; de fide et operibus, de
naturæ imbecillitate, & operæ dissidentia nunc scribo, docue-
ram multis annis in Hispania, idq; citra ecclesiæ scandalum,
aut offensionem, quæ doctrinam suā agnoscebat, probabat,
& vt fidelium mētibus olim impressam amplectebatur. Id-
ipsum tamen quod dicendum hic siet, non absq; insectatio-
ne improba quorundam, qui sua interesse putabant multa
quæ a me dicebantur præteriri, quædam secus exponi. Sed
Rom. 3: in his omnibus superamus, propter eum qui dilexit nos.

Philippica VII. Quæ ijs argumentationibus re-
spondet, quas ad confessionem in apologia adie-
cit Philippus.



Actenus exposuimus scripturarum loca, quæ in confessione vestra Germani citantur, & ita exposuimus, vt cæteris omnibus quæ possent afferrri, mea quidem sententia, satisfecisse vi-
deamur. Nulla enim alia producuntur in apologia, quæ sint efficaciora, sed eadem inculcantur atque identidem oc-
cinitur nobis fides: promissio, verbum Dei, quibus sane re-
bus

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 51.

bus nos omnia debere fateimur. Sed ut promissio & verbū
Dei non apprehendit sine fide, ita nec sine labore, cui promis-
sa est reges, nec sine bonis operibus, quibus promissa est mer-
ces, aut certe sine charitate, cui vitæ corona promittitur. Quin ^{Iac. 2}
imo ut contendit Philippus fidei vim oriri a promissiōibus
& verbo Dei, ita verbi Dei virtus a nostris quodammodo
pendet operibus: Nostris enim meritis, ut Ambrosius inquit ^{Ambroſi.}
ad Irenaeum, verbū Dei nobis aut viuit aut moritur: Nam
si bona studia atq; opera nostra sint, viuit, atque operatur in
nobis Dei verbum, si tenebrose cogitationes operationesq;
nostræ sint, occidit nobis sol iustitiae. Hæc Ambrosius. Pro-
missionis igitur verbum fide sane concipitur, non tñ sola fi-
de, sed charitate viuit per quā fides ipsa, iners alioquin et pro-
pemodum inutilis, ea q̄ promissa sunt operatur. Ut hæc ve-
ritatem, quā tota scriptura sacra a capite ad calcem vscq; præ-
dicat, obscurat Philippus, multis vtitur verborū inuolucris,
& solius fidei partes amplexus, depingit nobis modū, quo sit
sufficiens ad iustificandum, & spiritum sanctum promeren-
duim, q̄ modus et si illi & pīs omnibus, vt dicit, planus sit &
p̄spicuus, mihi certe hactenus non plene intelligitur. Insultat
præterea nobis, quod non, vt ille, spiritus sancti motus in
numerato habeamus. Dicit, nūquam posse nos dicere quo
modo spiritus sanctus detur, & quasi ab improbantibus mo-
dum quēm ipse descripsérat, alterum querit apertiorē: Cui
nōs si quæ superius de iustificatione et gratia dicta sunt, non
sufficiunt, breuius respondemus: Spiritus ubi vult spi- ^{Iohann.}
rat, & vocem eius audis, sed nescis unde veniat, aut quo
vadat,

F. ALFONSVS VIRVESIVS

3. Reg. 19 vadat, sic est omnis qui natus est de spiritu. Est enim sibilus
 auræ tenuis, qui, operientibus præ nimio præcedentis vitæ
 pudore vultum, aduenit, si tamen illam resipiscendo posue-
 rint. Hoc est enim euidentissimum signum aduentus eius.
 Porro cum adest, non tantum fidem, sed & charitatem effi-
 cit, ut vtracq; iustificet. Charitas enim Dei diffusa est in cor-
 dibus nostris per spiritum sanctū, qui datus est nobis. Iam
 charitas opus legis est, ut superius diximus, imo & legis sco-
 pus, quare non sola fide sed etiam charitatis lege spiritus san-
 ctus iustificat. Post dies illos dicit dñs dabo leges meas in vi-
 sceribus eorū et in corde eorum scribam eas, et ero eis in De-
 um, & ipsi erunt mihi in populum. Haec vero iustificatio no-
 vii testamenti est, quam Paulus ad Hebræos eodem testimo-
 nio usus distinguit a veteri, cuius dicit iustificationes fuisse
 culturæ, & sanctum sæculare, nempe tabernaculum, cande-
 bra, mensam propositiōis, &c. Philippus (ut verborum eius
 seriem in disputatione seruemus) quo verbis saltem ali-
 quid addat in apologia, cū rērē nihil prætermiserit cōfessio,
 ait peccatorē remissionē & iustificationem idem esse, probat
 testimonio Prophetæ: Beati quorū remissæ sunt iniquitates,
 &c. Quantā vim habeat probatio, iudicent alij: Nobis in re
 minime dubia nullis opus est testimonij. Ille sua probatiōe
 contentus irridet theologos, qui, vt dicit, disputant frigidissi-
 me, an sit vna dntaxat mutatio, an duæ: interim ipse, vt est
 callidus sed parum sibi constans, præcedenti periodo nulla
 fermis linea interposta dixerat, remissionem peccatorū præ-
 cedere iustificationem, quod quomodo possit esse, si sunt
 idem

Philippus
 ab eo
 dicit.

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 53.

idem viderint eius affectatores. Nos quid hac de resentia= Philip-
tus superius exposuimus; Ex hac itaq; vt ita loquar, identi- pri-
tate tanquam sibi concessa sic argumentatur: Remissio pec- ca argu-
catorum & iustificatio sunt idem, & sola fide sine charitate
& operibus bonis, quanuis sint fidei fructus, consequimur
peccatorum remissionem, ergo sola fide sine charitate & o-
peribus iustificamur: Et addit, intelligendo iustificationem,
ex iniusto fieri iustum. Quibus verbis declarat, nos non ita
sola fide iustificari, vt sola fides iustificationem præcesserit,
aut promoverit, sed ita vt iustificatio nostra sola sit fides, qua
sola ex iniustis iusti simus. Hoc nimirum est quod totius di- Totius di-
sputationis controversiam habet. Sunt in huius argumenta- spurationis
tionis antecedente duæ partes, quas maiorem & minorē dia- thema.
lecticis appellat nominibus. Maior est, peccatorum remissio
nem & iustificationem esse idem. Minor, peccata sola sine fi-
de charitate & quibus suis operibus bonis dimitti. Ex his le-
gitima collectione infert conclusionem, perinde veram atq;
fuit hypothesis: nempe, q; sola fide sine charitate & eius ope-
ribus iustificemur. Antecedentis priorem partem non pro-
bat, quia neminem dubitatur existimat, quanuis ipse maxi-
mam dubitandi causam paulo ante remissionem peccatorū
priorem faciens iustificatione prébuerit. Posteriorem ita ex-
ponit, & probat. Expositionē prius audite, nam bona fide e-
ius verba transferbam. In remissione, inquit, peccatorū, opor-
tet in cordibus vinci terrores peccati & mortis æternę. Sicut
Paulus testatur, dicens: Aculeus mortis peccatum est, peccata
vero peccati lex. Gratia aut̄ Deo, qui dat nobis victoriā per

Expositio
minoris.
1. Cor. 5

O domi-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

dominū nostrę Iesum Christum. Id est, peccatum perterrefacit conscientias, id sit per legem, q̄ ostēdit iram Dei aduersus peccatum, sed vincimus per Christum. Quōd Fide, cum erigimus nos fiduciae promissae misericordiae per Christū: Haec habetis expositionem minoris usq̄ adeo lucidam et perspicuā, ut non plus ex toto libro, atq; ex illa possitis intelligere. Vobis o germani non dubito quin facilius sit intellectu, ut pote versatis in eius & Lutheri doctrina, quibusq; notæ iam dum suere illorum phrases atq; periphrases. Mihi vero cum gymnasticus sim et sophista, apertior erat minor propositio, priusq; exponeretur. Siquidem de expositione hoc tantum intelligo (si quicq; habet intellectu dignū) quod cum lex damnat, & iram operetur, oportet nos aduersus illā fortiter insurgere, & concepta fiducia misericordiae Dei, quæ saluat, qd lex fuerit in nobis operata prorsus abiicere, hoc est, quod difficulter quidem & allucinando (q̄ mea est hæbetudo) potui ex verbis expositionis colligere. Quod si ver̄ est, nulli sunt iustificatores, ut ita loquar, q̄ adulteri, homicidæ, fures, sacrilegi, qui omnes egregie insurgunt aduersus legem, quin & plurimi eorum fiducia misericordiae Dei, & promissionum abutentes (nihil enim illis tam versatur in ore) firmissime credunt se fore seruandos: & erūt fortassis, sed si fidei adiecerint legis obseruationem, hoc est, Dei & proximi dilectionem, alioquin dæmones credunt & cōtremiscunt. Sed iam minoris expositione dimissa, ad probationē accedamus: nā hoc opus hic labor est, in quo summa totius cōtrouersiæ statuitur, Philippo asseuerante, solam fidē sufficere ad peccatorum remissi-

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 54.

remissionem nobis vero charitatem ut necessariam addentibus, vel propter id, quod Christus ait: Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Hac in re qui vicerit, causam obtinuit: Adeste igitur animis viri germani, adeste, inquam, omnes obsecro, quibus cordi est Christiana philosophia, & huc omnes ingenij neruos intendite, nam haecenus loquuti sunt principes & populi, qui Lutherano dogmati nomen dederunt, quorum nulla aut præuulgaris solet esse sapientia, nunc solus loquitur Philippus, & loquitur mysteria de arcanis Lutheri thesauris exprompta: nos vero nihil aduersus ea nouum, nihil reconditum, & nunc demus post tot seculorum volumina reuelatum proferemus: sed simplicem veritatem, sacris tantum literis innixam. Vtrorumque iudices oes viri boni, atque adeo ecclesiæ membra sunt. Duo bus medijs innititur tota Philippicæ argumentationis energia: alterum sumit a ratione mediatoris & propiciatoris, qui est Christus Iesus, alterum a ratione propiciacionis: quod tamen in idem recedit, nec est aliud quam prioris repetitio & explicatio, qua res non dilucidior, sed prolixior fiat. Idcirco nos una respōsione vtriusque vim declinabimus, nam meditationis rationem inferius repetemus. Et priori itaque medio, ut non solum se theologum, verè & dialecticum ostendat, argumentis primo colligit, deinde multis collectionem testimonijs confirmat. Collectionem ad hunc modum exorditur. Sic igitur probamus minorem: Ira Dei non potest placari si opponamus nostra opera, quia Christus propositus est propiciator, ut propter ipsum fiat nobis placatus pater:

O ij Chri-

Probatio
minoris.

Christus autem non apprehenditur tanquam mediator, nisi fide. Igitur sola fide consequimur remissionem peccatorū. Hæc summa collectiōis est, ipsius Philippi verbis proposita, ad cuius examen dialecticos omnes & rhetores appello, ut mecum expendant huius argumentationis vim, an scilicet quicquam efficiat eorum, quæ colligenda proposuerat, & an periodi finis apte reddat, quæ pollicita sunt principia. Di-
cet verborum has esse nugas, se ferio & de rebus grauissimis
argumentari, & ideo res potius quam verba esse metiendas.
Ego vero q̄ possum res nisi verbis intelligere, aut verba nisi
verbis refellere, nec aduersus tantum dialecticum qui per
gradus procedit, & maiorem se iungit a minori, quas dia-
lecticis nominibus appellat, scio nisi dialectice agere: Per di-
ialecticæ ergo certissimas regulas respondeo in argumento,
si ad aliquem ordinem redigatur, committi fallaciam conse-
quentis, nam vt dispositum est a Philippo, nulla responsione
videtur esse dignum. Cæterum esto quod in forma nō pec-
casset, animaduertamus an defecerit in materia, hoc est, vtrū
vera sint omnia, quæ proponuntur ad colligendum, quod si
non sunt, poterit conclusio esse falsa, etiam cum optime colle-
gerit in argumento. Ira Dei non potest, inquit, placari si op-
ponamus nostra opera, &c. Si nostra vocat ea, quæ nos sine
peculiari Christi gratia perpetramus, quæ sunt propriissime
nostra, verum est pronunciatum, si vero opera nostra in-
telligat, illa etiam quæ nos Christi gratia adiuti facimus, fal-
sum & vanum. Nam hæc possunt iræ Dei opponi, quādo-
quidem in illis, tametsi humana opera negare non possunt,

quatenus

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 55.

quatenus tamen bona sunt, opponitur Christus, in quo iusti manent, & quem tamdiu manentem in se habent, quandiu bonorum operum retulerint fructus. Qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere. Quemadmodum igitur si iudicis iræ opposueris diploma tua manu confectum, subscriptum, tamen principis manu & eius sigillo firmatum, non tuum, sed principis opus iudici opposuisti ita & viri iusti, non modo noui, verum & veteris testamenti, quibus fide & experimētis nota erat Christi tametsi venturi virtus, humana opera ausi sunt opponere iræ Dei, ut hic: Memento domine David & omnis mansuetudinis eius. Et hic: Memeto domine, inquit Ezechias, quod ambulauerim coram te in veritate & in corde perfecto, & quod placitum est coram te fecerim. Et Hiere. Attende domine ad me, & audi voces aduersariorum meorum. Nunquid redditur pro bono: malum, quia foderunt soueam animæ meæ? Recordare quod steterim in conspectu tuo, ut loquerer pro eis bonum, & ut auerterem indignationem tuā ab eis: Rursus David: Dixit ut disperderet eos, si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius, ut auerteret iram eius ne disperderet eos. Et multa id genus, quæ in sacris literis extant, quæ etsi mystice dicta sint de Christo, verissime tamen ijs, de quibus dicta sunt, euenerunt per Christum, ut ex illorum appareret historijs. Deniqz David, Nabuchodonosor, Niniuitæ, Petrus apostolus, Maria Magdalena, & alij multi quorum poenitentia describitur in sacris literis, lachrymas, eleemosynas, preces, ieiunia opponebant iræ Dei. Quid

O iii aut

Iohann. 13

Opera hu
mana op-
ponere pos-
tumus iræ
Dei.

Psalm. 12

4. Reg. 20

Hier. 18

Psalm. 103

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Cene. 19 aut̄ mirum si homines irato Deo humana opposuerint opera, cū ipse Deus Sodomæ & cæteris ciuitatibus iratus pollitus sit fore, vt vel propter decem iustos ciuitatem non euerteret? Quin & seruata est Segor ciuitas, ad quā Loth iustus configugerat, idc̄ propter Abraam. Cum em̄ subuerteret dñs (ait scriptura) ciuitates regionis illius recordatus est Abraæ, & liberauit Loth de subuersione vrbium, in quibus habitauerat: Vnam est igitur quod prior pars antecedentis proposuerat, non posse scilicet nos humana opera iræ Dei opponere, opposuerunt enim multi cum sua tum aliena: Est etiam falsum, quod in minore dicitur, nempe quod Christus non apprehenditur tanq̄ mediator, nisi per fidem. Mediatorem em̄ fides & desiderium apprehendunt, quod idipsum etiam exemplo monstremus. Si qua in rebus humanis controuersia transigenda est mediatore, oportet ut dissidentium vterque velit controuersiam finire, nec velit modo verum statuat, intra se quicq̄ reiçere eorum quę mediator & interpres iudicauerit alterutri necessaria ad litem dirimendam. Hæc omnia voluntatis opera sunt, quibus accedat necesse est fides, qua vterque fidat illi quem sibi delegerint mediatorem, & credant tam bonum esse iudicem, tam æquum & iustum, vt neutrum sit grauaturus. Hæc notissima sunt experimento, ex quibus constat quod mediatorem non sola fides apprehendit, sed fides & amor finiendi litem, & propositum vna exequēdi, quicquid mediator iudicauerit necessariū. Quod cum ita sit, facile colligitur iustificationem mediatoris, fide, & eorum qui iustificandi sunt operibus obtineri, & non sola fide,

Fidem &
amorem
apprehen-
dit media-
tor.

la fide, quod Philippus conatus est astruxisse. Dicet tamen ea quæ nos fidei addidimus necessaria esse vbi mediator non est per se sufficiens ad leniendum alterum illorum, quos reconciliat, nec ad placandum, vt ignoscat alteri, a quo est offensus. Christus autem mediator Dei & hominum a patre nobis propositus, non ab hominibus electus, potens est, in eo in quo passus est ipse & tentatus, & eis qui tentantur ^{Hebr. 2} auxiliari: idqz, vt ait Paulus, vt repropiciaret delicta populi. Idcirco non est opus ad huiusmodi reconciliationem operibus nostris aut electione. Verum ait. Non fuit opus nostris operibus, vt ipse pro nobis intercederet, aut mediator fieret & pontifex, quemadmodum opus est inter homines, vt quem mediatorem aut arbitrum opponere in causa volueris, bonis antea operibus præuenias, & illum promercaris officijs: nec est etiam opus vt illum prece aut prelio ad intercedendum inuites, quod fieri solet inter homines, nihil horum opus fuit nobis, vt Christus pro nobis non solum mediator, verum & propiciator intercederet: Quis enim prior dedit illi vt retribuatur ei? Quis sibi talem potuit promeruisse mediatorem? Quis illum vel prece vel affectu saltem interpellasset ad intercedendum pro nobis nisi Deus illum vltro proposuisset, vt ait Paulus, propiciatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiae suæ? Totum hoc, iuxta eundem Paulum, donum ^{Roma. 9} Dei est, non ex operibus, vt ne quis glorietur: ipsius enim sumus factura, creati in CHRISTO IESV in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus. ^{Ephes. 2} Puls.

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Ephe. 2 Pulchre Apostolus iustificationem nostram creationem ap-
pellauit: quia sicut nemo mereri potuit ut crearetur, nemo
præuenire valuit officio creatorem, ita nemo potuit mereri
ut iustificaretur, hoc est, nemo propiciatorem officio præue-
nire: sed ipse sua sponte propter nimiam charitatem, qua di-
Ephe. 2 lexit nos, dignatus est causam nostram agere apud patrem,
(cuius etiam voluntate fiebat) iuxta iuslurandum quod iu-
ravit ad Abraham patrem nostrum daturum se nobis. Nec
semel duntaxat Christus hoc fecit, absit enim, ut hoc tantum
crimen, quod Philippus aduersus nos comminiscitur, agno-
scamus. Semel quidem pro peccatis nostris mortuus est: at
Hebr. 9 quotidie interpellat pro nobis. Est enim propiciatio pro pec-
Rom. 8 catis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro to-
1. Iohann. 2 tiis mundi. Veruntamen cum eius reconciliatio conuersio
& iustificatio nostra sit, ut Philippus non negabit, non recon-
ciliat nisi conuertamur: tametsi gratiae sit eius quod contier-
timur: non reconciliat nisi volentes, quanvis ipse dederit ut
Cōuersio. Auercio. velimus. Iam conuerti nō tantum credere est, quoniam auer-
cio non tantum est incredulitas, sed (quod vos optime con-
fessi estis) peccatum, quo voluntas malorum non adiuuante
Deo auertit se ab eo. Ad eundem modum iustificatio nō est
tantum fides, sicut nec in iustitia tantum est infidelitas, sed o-
mnis iniquitas, quod & ipsa ratio nominis præ se fert. Inter-
cedit ergo mediator noster pro ihs quorum nulla opera præ-
cesserunt, ut reconciliarentur, quiq; non priores dilexerant,
ut redamarentur: sed eius intercessio facit, ut amemus; & hac
Cōciliatio maxime ratione reconciliatio dicitur. Conciliatio enim mu-
tuus

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 57.

tuus voluntatum solet esse complexus. Hæc nostra conuer-
sio' est: hæc nostra iustificatio, hoc est, ex iniustis fieri iustos, ex
inimicis amicos. An audebit Philippus iustificationem se-
iungere ab amicitia: aut erit qui neget, nihil aliud nobis esse
iustificari, quam ex inimicis amicos fieri? Porro amicitia non
fidei tantum, sed præcipue charitatis est, a qua, sola nominis
varietate, discernitur: quamobrem ut iustificatio sine amici-
tia ita sine charitate fieri nequit: charitatem vero affectus con-
tinet, opera præstant. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego Iohann. 15;
præcipio vobis. Et iterum, Si præcepta mea seruaueritis, ma- Ibidem,
nebitis in dilectione mea. Quod si Philippus velit, ut ea quæ
libera oratione digesta sunt, nos quoque dialectice colliga-
mus, & argumentationis nostræ (quod ipse fecit) maiorem
distinguamus a minore, facile (ut ille per identitatem remis-
sionis peccatorum & iustificationis conatus est iustificatio-
nem soli fidei ne quicquam tribuere) nos ab eo, quod iustifi-
catione & reconciliatio sunt idem, iustificationem sine charita-
te fieri non posse demonstrabimus. Sit autem hæc argumen-
torum dispositio. Iustificatio & reconciliatio sunt idem: &
reconciliatio non potest fieri sine dilectione: ergo nec iustifi-
catione. Maior nota est: minorem probo a diffinitione ad dif-
finitum. Est enim reconciliatio mutuae dilectionis restitutio,
ut conciliari cuiquam est illum mutuo diligere. Nunc rur-
sus colligo. Iustificatio non potest esse sine dilectione: & di-
lectio & charitas sunt idem: non ergo potest esse sine chari-
tate. Maior est præcedenti argumentatione probata: minor
simplici vocum significatione nota. Iam ut manifestius ap-

P pareat,

F. ALFONSVS VIRVESIVS

pareat nos oppositum Philippicæ assertionis demonstrasse: tertia nobis est repetenda collectio. Iustificatio non potest fieri sine charitate: ergo non sit sola fide, quod Philippus demonstrandum proposuerat: Hæc pueriliter Philippi dialectice data sint. Nunc ad ea quæ grauiori stylo ex sacris literis deduximus hoc addamus. Quod etsi potuit Christus pro ihs, qui iniusti fuerant intercedere, atq; adeo hac illos ratione beneficio prouenisse, non tamen potest iniustos, quandiu sunt iniusti, iustificare: sed oportet ut ille conferat iustitiam, ipsi vero aut operibus aut saltem affectu præuenientis gratiæ munera comitentur, et ita largiente Christo, ipsis vero, de adultis loquor, cooperantibus, ex iniustis iusti fiant. Alioqui cur non iustificet dormientes: si nihil agentes iustificare consuevit: iam iustitia, ne rursus contendat Philippus esse solam fidem: superius diximus quid significet, & habemus eius confessionem in apologia, quod continet vtramque legis tabulam. Quod si iustitia vtramque continet, aut quod proprius dixerim, vtracq; continetur, & non iustificamur nisi iustitia: qui poterit, nisi a seipso dissentiat, iustificationem ab vtracq; tabula separare? Quod tamen tandem facit, quandiu illam solidi fidei conatur tribuere: Dixerit tamen aliquis: nihil horum, tametsi videntur verissima, potest constare eum ihs, quæ passim ecclesia docet, & exercet: Nam pueri citra infantiam iustificantur non charitate, non dei & proximi dilectione, nullis denique meritis aut operibus, nisi sola baptismi susceptione, cui non videtur, quid cooperari possit puellus recens natus, nisi frigidæ, quod carnis est, reluctari. Latro etiam in

Iustitia
continet
vtramq; le-
gis tabu-
lam.

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 52.

in cruce sola videtur fide iustificatus, nullis (quod constet) decalogi operibus exhibitis : Huius obiectionis prius exemplum non magis aduersus nos, quam aduersus Philippum produci videtur : ut enim puer opera, ita nec fidem habere potest, qua iustificetur in sacramento : cui tamen sacramento suscepimus, nec Philippus nec Lutherus iustificationem negant, nec quisquam alius Christianorum, praeter minutulos quosdam haereticos diuinæ virtutis ignaros, qui fastidio nominis Lutherani hoc cæteris erroribus addiderunt, quo se noui dogmatis insolentia pauci a multis, a literatis idiotæ seiungerent : Non igitur habet hic Philippus fidem magis quam nos charitatem, cuius interuentu dicat, puerum in baptismi susceptione iustificari : Quod si ad communem ecclesiæ fidem recurrat, eodem iure & nos ad ecclesiæ communem charitatem & cæteras virtutes recurremus, quibus puerum ecclesia amplectitur, & Christo regenerandum sacramenti beneficio offert : in qua regeneratione non communis fides & charitas tantum intercedit, verum & proprijs harunce & aliarum virtutum munibibus infans donatur, ita ut nullo modo sine fide & charitate habitu saltem si non exhibitis actu, quisquam iustificetur : Infans ergo admotus sacræ mento habet charitatem & cæteras virtutes, quibus præstanda est lex : eo modo quo habet fidem, hoc est, habitu, quem vocamus infusum, & hoc ei sufficit, propter illam præventionem mediatoris, de qua modo diximus, qua præoccupat immerentes, ut eos Deo patri reddat gratos & charos, quod ut sine gratia ita

P. ij fine

F. ALFONSVS VIRVESIVS

sine charitate fieri nequit, quod ipsa nominum simplex intelligentia declarat. Hæc de priori obiectionis exemplo. Posteriori vero respondeo latronem haud sola fide iustificatum, sed etiam charitate & tolerantia instantium cruciatum, quos si nō pro Christo, cum Christo tamen est passus, ita ut quod hic patientiam nō amiserit, quam aliter amisit, non sola fides,
2.Cor. 13; verum & charitas esse videatur in causa, de qua Paulus prædicat, quod patiens sit & omnia ferens, hanc, præter eam quā habuit in Christum, exhibuit etiam proximo, pia illum obiurgatione corripiendo. Siue igitur argumentationibus, siue exemplis nobiscum agant aduersarij, nunquam euincent hominem sola fide iustificari, quia contra rationem est iustitiae, a qua sumitur iustificatio. Hæc ad Philippicas collectiones & argumenta satis sit respondisse. Nam cætera omnia, haud possum animum inducere, ut tam prolixe discussiam cum eiusdem sint farinæ cum præcedentibus, nec quicquam in eis multiplicat nisi verba. Quod si quid habent virium, a testimonijs habent scripturarum, quibus innituntur, ipsa vero testimonia plus multo valeret simpliciter proposita, quā in disputationis aciem per Philippum ordinata: Quod id ipsum nō ideo dico, ut artis usum in eo vituperem: est enim omnis humanæ ratiocinationis vis ad diuinam certitudinem collata inutilis prorsus & inualida, sed ne quis me existimet cætera argumenta metu declinare. Haud enim ut contendarem, aut gloriolæ quicquam humanæ captarem, hunc laborem suscepi, sed ut mihi & cæteris quibus opus est admonitio nostra, prodesset: Quare si quid me Philippus cogeret scri-

ADVERSVS LVT H. DOGMATA. Fol. 59.

scripturis aut solidis rationibus credere, quod antea ignorassem, ingenue illi, ita me Deus amet, ac libentissime crederem, sed nihil huiusmodi sum hactenus eius lectione libroru ex-
pertus: Testimonia igitur, praetermissis argumentis que pro sententia sua producit bona fide recensabo. Illorum plura sunt ex epistola ad Rom. cap. præcipue III. & IIII. quæ inte-
gra citat, sed nos illis paulo ante respondimus copiosius, ex-
ponentes quid Paulus his duobus capitibus, quid tota epi-
stola tractet. Quamobrem tam illa quam reliqua omnia qui
bus respōsum est, consulto, ne repetitio fastidium vobis affe-
rat, præteribo. Cætera sunt hæc:

Per ipsum habemus accessum ad patrem per fidem.

Rom. 5

Iustificati ex fide pacem habeamus erga Deum.

Rom. 10

Nos in Christo Iesu credimus, ut iustificemur ex fide Chri-
sti & non ex operibus legis.

Gala. 2

Dedit potestatem filios Dei fieri, ijs qui credunt in nomine Iohann. 3
eius, qui non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, nec ex
voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.

Sicut Moyses exaltauit serpentē in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in ipsum non pereat.

Iohann. 3

Nō misit Deus filiu suum in mundū, ut iudicet mundū, sed Ibidem.
ut saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eū nō iudicatur.

Notum igitur sit vobis, viri fratres, q̄ per hunc vobis remisio peccatorum annuntiatur, & ab omnibus quibus nō potueritis in lege iustificari, in hoc omnis qui credit iustificatur.

Acto. 13

Hic est lapis qui reprobatus est a nobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli, & non est in aliquo alio salus: Nec

Acto. 4

P iij enim

P. ALFONSVS VIRVESIVS

enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo
oportet nos saluos fieri.

A&to. 15

Abac. 5

Isaia 53

Fide purificans corda eorum.

Iustus ex fide sua viuet.

Notitia eius iustificauit multos.

Post hæc addit etiam testimonia quorundam procerum ecclesiæ, ne quid nouum docere videatur.

Ambroſi.

Rom. 3

Col. 2

Rom. 5

Iohann. 3

Ambrosius in epistola ad Irenæum : Subditus autem mundus eo per legem factus est, quia ex prescripto omnes conueniuntur, & ex operibus legis nemo iustificatur, id est, quia per legem peccatum agnoscitur, sed culpa non relaxatur. Videbatur lex nocuisse, quæ omnes fecerat peccatores, sed veniens dominus Iesus peccatum omnibus, quod nemo poterat evitare, donauit: & chirographū nostrum sui sanguinis effusione deleuit: Hoc est quod ait, superabundauit peccatum per legem, superabundauit autem gratia per Iesum: quia postquam totus mundus subditus factus est, totius mundi peccatum abstulit, sicut testificatus est Iohannes dicens : Ecce agnus Dei ecce qui tollit peccata mundi: & ideo nemo glorieatur in operibus, quia nemo factis suis iustificabitur, sed quia iustus est, donatum habet, quia post lauacrum iustificatus est. Fides ergo est, quæ liberat per sanguinem Christi, quia beatus ille cui peccatum remittitur, & venia donatur.

Augustin. Augustinus de spiritu & litera, Ideo quippe proponitur iustitia legis, quod qui fecerit eam, viuet in illa, ut cum quisque infirmitatem suam cognoverit, non per suas vires neque per literam ipsius legis, quod fieri non potest, sed per fidem con-

cilię

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 60.

elians iustificatorē, perueniat, & faciat, & viuat in ea : Opus Heb. 11
 enim quod qui fecerit, viuet in eo, non sit nisi iustificato. Iu-
 stificatio autem ex fide impletatur, &c. Et paulo post: Ex le Hebrae. 11
 ge timemus Deum: ex fide speramus Deum: sed timētibus
 poenam, absconditur gratia. Sub quo timore anima labo-
 rans, &c. Per fidem confugiat ad misericordiam Dei, ut det,
 quod iubet: Hæc ex patribus. Pollicetur autem se recitatu-
 rum esse paulo post alia quædam: sed, quod ait ille, Pollicitis
 diues quilibet esse potest: Post catalogum tam multorum
 testium miratur Philippus aduersarios suos tot locis scriptu-
 ræ nihil moueri, quæ aperte, inquit, tribuant iustificationem
 fidei, & quidem detrahunt operibus: & quasi perorans his
 verbis, post alia multa concludit. Hactenus satis copiose o-
 stendimus & testimonijs scripturæ et argumētis ex scriptu-
 ra sumptis, ut res magis fieret perspicua, quod sola fide con-
 sequimur remissionem peccatorum propter Christum, &
 quod sola fide iustificemur, &c.

Rom. 3

Nos vero, et si ad Philippi argumenta respondimus, testi-
 monia tamen non mouent solum, verum etenim promo-
 uent, ut fateamur, quod fide conferatur nobis peccatorum. Per fidem
in Christo
remissio
peccatorum.
Opera ex
parte no-
stra nulla
præcesserunt meri-
toria fidei
 remissio & iustificatio propter Christum: quodque fidem
 nihil operis boni præcessit in nobis, quo meremur eandem fide-
 dem, quæ donum Dei gratuitum est, & per eam peccatorū
 omnium remissionem accipere: hæc, inquit, fateamur, q[uod] om-
 nia ista scripturæ loca, aut eorum plura pronunciant: Quod
 vero sola nobis hoc fide contingat, non fatemur, quia nec
 ista nec alia testimonia dicunt: Nunquam enim scriptura
 chari-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

charitatem exclusit a iustificatione: nec vox exclusiva, etiam si fidei adderetur, (quæ tamen nunquam est addita) cætera omnia excluderet: quando non potest excludere gratiam. Sed cum operibus iustificari negamur, excluduntur cū præcedentia merita: tum iudaicæ legis opera, illa etiam, quibus sine fide videbatur obtemperari decalogo: ipsa vero iustificatione dum fit, vt non sine fide, ita nec sine charitate fieri potest. Iam aduersus testimonia quæ producta sunt a Philippo nunquam committam, vt alia, quod ordo disputationis

Spiritus s. contradi-
ci: scipm si
dicta Phi-
lippi fiat
vera.

videtur exigere, me producturum esse pollicear: impium enim esset, credere: sanctis spiritus oracula sibi vicissim esse cōtraria. Eadem autem, quæ citata sunt a Philippo, nobis sufficiunt, si recte intelligantur, & non illis inferatur, sed ab illis au-

Rom. 10 feratur vestra sententia: Siquidem Paulus dicens, corde creditur ad iustitiam, non soli fidei tribuit iustificationem, hoc est, non pronunciat, hoc duntaxat hominem esse iustum, qd

i Cor. 11 credit, etiam si tam solide vt possit etiam sua fide montes transferre: tantum dicit, opus esse fide, ad hoc vt iustifice- mur vera legis obseruatione, quæ sine fide nec seruari potest: nec seruata, quod Iudæi pertinacissime contendebant, iustifi- care. Hoc non magis est iustificationis summam soli fidei tribuere: quam si dixeris, armari aliquem ad victoriam, esse victoriæ summam in arma sola conferre. Fit autem Pauli in- tentio perspicua, ex eo quo addit: Ore autem confessio fit ad salutem: Oris confessionem non tantum eam quæ lingua profertur, sed quodlibet signum, quo pietatem exterius pro fitemur, appellavit. Inter quæ præstant proculdubio ver-

bis

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 61.

bis opera: quoniam qui dicit se nosse Deum, & mādata eius non custodit, mendax est. Expressius ergo & vt ita dixerim, ineffabilius opera fidem cōfidentur quam verba, tametsi oris confessio specialiter ad sacramenta referatur, quibus fidei adiunctis, gratia nobis aut datur primo, aut semel accepta prouehitur: qua gratia, si tamen ociosa desidia nostra non fuerit, æternam felicitatem assequimur: Illud igitur Pauli: Corde creditur ad iustitiam, fidei necessitatē significat, non tamen eius solius sufficientiam. Ad eundem modum, quod Iohannes I. dicitur: dedit potestatem filios Dei fieri, his qui credūt in nomine eius, aperte docet, fide nobis aditum fieri ad filiorum Dei adoptionem, non sola fide filios Dei esse, ac perinde nec sola fide iustificari. Non omnes iusti sunt filii Dei. Per fidem igitur potestas datur credentibus, vt filii fiant charitate, quæ sola, vt inquit Augustinus, diuidit inter filios regni & filios carceris.

Si Deus pater vester esset diligenteris utique me.

Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos: O Matth. 5 rate pro persequentibus & calumniantibus vos, vt sitis filii patris vestri, q[uod] in coelis est. Charitas ergo est qua filii Dei atque adeo iusti sumus, cuius rei potestatem, nullis praecedentibus meritis, sed fidei tamen priuilegio accepimus. Neque quicquam aliud verba Iohannis Euāgelistæ significant. Locis igitur istis que citantur a Philippo, ne per omnia nunc euagetur oratio, addenda sunt alia, vt utrīque collatis, facilius intelligantur alterutra. Non omnia hic, sed quædam ex multis subiiciemus.

De peccatorum remissione.

Q

Di-

F. ALFONSVS VIR VESIVS

- Luce 7.* Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.
- Luce 11.* Qd superest date eleemosynā, & ecce oīa mūda sunt vobis.
- i. Petri 4.* Charitas operit multitudinem peccatorum.
- Lucx 16.* Et ego dico vobis, facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.
- Dani. 4.* Peccata tua eleemosynis redime.
- Eccii 3.* Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna resistit peccato.
- Tob. 12.* Eleemosyna a morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire vitam æternam.
- De iustificatione quod non sola fide, sed etiam legis observatione, hoc est, charitate, a qua lex pendet & prophetæ, homini contingat,
- Match. 19.* Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.
- Psalm. 13.* Lex domini immaculata conuertens animas.
- Psalm. 113.* Legem pone mihi domine viam iustificationum tuarum.
- Eodem.* Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc forte perisssem in humilitate mea. In eternum nō obliuiscar iustificationes tuas, quia in ipsis vivificasti me.
- Rom. 2.* Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur.
- Eodem.* Si igitur præpucium iustitias legis custodiat, nonne præpucium illius in circuncisionem reputabitur, & iudicabit id quod ex natura est præpucium legem consummans, te qui per literam & circuncisionem præuaricator es legis?
- Rom. 3.* Legem non destruimus per fidem, sed magis statuimus.
- Quomodo?
- Gal. 5.* Quia fides per dilectionem operatur. Nempe iustificationē.
- Quod

A D V E R S V S L V T H . D O G M A T A . Fol . 62.

Quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnē ^{Rom. 8}
Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati,
& de peccato damnauit peccatum in carne, ut iustificatio le-
gis impleretur in nobis : qui nō secundum carnem ambula-
mus, sed secundum spiritum.

Gloria honor & pax omni operanti bonum. ^{Rom. 2}

Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charita ^{1. Cor. 13}
tem autem non habuero, nihil sum.

Quid proderit fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera ^{Jacobi 2}
ra autem non habeat? Nunquid poterit fides saluare eum?

Fides si non habeat opera, mortua est in semetipsa. ^{Eodem.}

Ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum. ^{Eodem.}

Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita fides sine o- ^{Eodem.}
peribus mortua est.

Qui facit iustitiam iustus est. ^{1. Iohann. 3}

Quanq̄ Iohannes non contentus iustitiam facienti tribuere,
crediens, si nihil habeat nisi fidem, negare, vñq̄ adeo charitatē
extollit ut in illam solam salutis humanę summam videatur
contulisse, quippe quod sicut Iudæi de sola diuīna lege, ita
Christianorum quidam iam cœpissent inter voluptates &
facinora de sola sibi fide blandiri. Quos Iacobus, Petrus et Io-
hannes quasi ex condicto integris epistolis insectantur: Nā
Petrus etiam apostolus epistola præsertim secunda multus
est in amouendo hoc errore, aduersus quem non suam tan-
tum ait esse doctrinam, quod fides sine charitate hominē ser-
uare non possit, verum & Paulū citat, cuius maxime verbis
perperā intellectis (quod nunc Lutherus facit et Philippus)

Q ij bo-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

bonorum operum contemptores videbantur abuti. Facturum me operæ premium existimo, si quo minori negotio hęc omnia comprehendantur, epistolæ secundæ principium & finem ipsius apostoli verbis protulero. Declarat se primo ad eos scribere, qui fidem Christi apostolica communione suscepérant, quos salutat & admonet accepisse a Deo ingentia munera, sed esse maiora multo promissa etiam usq; ad naturæ diuinæ consortium, ijs qui mundi huius cupiditates declinauerint. Atq; hoc exordio fidelium animis erectis, mox ¶ ad exhortationes & præcepta se confert: Vos, inquit, curam omnem subinferentes ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiā, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem: Hæc enim si vobis cum adsint, & superent, non vacuos, nec sine fructu vos constituent in domini nostri Iesu Christi cognitione: Cui enim non præsto sunt hęc, cæcus est, & manu tentans, obliuionem accipiens purgationis veterum suorum delictorum: Quapropter fratres magis satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis, &c. Hæc in epistole principio, ubi vacuum significat fructus, atq; adeo inutilem cognitionem Christi, q̄ fidei est, nisi, quas commendauerat, virtutes adsint, quibus superetur cupiditas, porro ut adsint, fides proculdibio est in causa, quippe quod primū gratiæ munus sit, cæterisq; virtutibus aditū aperiat, cū qbus profecto iustificat, sine eis vero iustitiae fructus expers omnino remanet: Nā charitati ac cæterarū virtutum

tum operibus tantum Apostolus tribuit, ut per ea non fidei ^{1. Pet. 3}, vocationem modo, verum & electionem nostram (quæ vocatis ad fidem sufficere videretur) robur & certitudinem ad ipsiſci pronunciet. Satagite, inquit, ut per bona opera, certam vestram vocationem & electionem faciat: Iam postrema eiusdem epistolæ verba videamus: Cum igitur hæc omnia ^{2. Petri 3}, dissoluenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conseruationibus & pietatibus expectantes & properantes in aduentum diei domini, per quæ cœli ardentes soluentur, & elemen-
ta, ignis ardore tabescunt: nouos vero cœlos & nouam terrā, & promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat. Propter quod charissimi hæc expectantes, satagite immaculati & inuolati ei inueniri in pace, & domini nostri Iesu Christi longanimitatem salutē arbitramini, sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis, sicut & in omnibus epistolis, loquens in ijs de his, in quibus sunt quædam difficultia intellectu, quæ indocti & instabiles depravant, sicut & cæteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem. Vos igitur fratres præscientes custodite, ne insipientium errore traducti, excidatis a propria firmitate: Crescite vero in gratia & in cognitione domini nostri et saluatoris Iesu Christi. Ipsi gloria & nunc & in diem æternitatis: Amen. Vsq; adeo Petrus vehementer increpauerat vitia, vsque adeo virtutes extulerat, ut veritus sit demum, ne (ut ægre se homines in medio sistunt) essent, qui eius doctrina crederent suis se meritis, suis viribus esse seruandos, quod quidem tuis virtutibus fidei præsertim & charitati sit mercedis no-

Q. iii mine

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Gratia ab mine promissum, gratiae tamen prærogativa (quam Christi operibus longanimitatem Petrus appellat) credendum est homini contingere. Nusquam enim ita separanda est ab operibus gratia ut sine illis, saltem interioribus, hominem seruare possit, aut quenq; facere beatum, quem prius non reddiderit bonum & iustum. Porro ut beatitudo non solius est intellectus, sed etiam voluntatis, ita bonitas & iustitia non solius est fidei, sed etiam charitatis. Quas virtutes apostolica doctrina non Petri solu-

Cur Paulus multus si: in commendanda fide. verum & Pauli epistolis semper coniungit. Etenim quod Paulus quaedam pro fidei virtute magnificentius differit aduersus Iudeos, necessitatis fuit illorum temporum, in quibus Iudei carnales & crassi vana legis nec obseruatæ nec intellectæ presumptio Christi gratiam & fidem, ut rem minime necessariam, aspernabantur. Dum igitur in eorum stolidam perfidiam Paulus inuehit, quaedam admiscet aduersus opera, quo fidei necessitatem ostendat: quæ sunt ut Petrus ait, difficultia intellectu, & quæ indocti & instabiles depravant, sicut & cæteras scripturas ad suam ipsorum perditionem. Prædicat certe non minus vere quam confidenter, neminem iustificari posse, nisi per fidem Iesu Christi, non quod sola iustificet fides, quam etiam si maxima fuerit, nihil esse hominem sine charitate pronunciat: sed quod fidei sit, non meritorum nostrorum, aptos nos reddere, ad hoc ut iustificatio legis impleatur in ijs, qui non

Rom. 8

secundum carnem ambulant, sed secundum spiritum. Iustificatio ergo legis est: fidei vero: quod legem præstare possimus, ut iustificemur. Denique nihil est in sacris literis frequentius, quam iustos appellari eos, qui per gratiam mediatoris adiuti, legem decalogi

ADVERSUS LVTH. DOGMATA. Fol. 64.

calogi seruauerūt. Huiusmodi iusti ex fide, aut in fide sua di-
cūtur viuere non qđ sola fides conferat vitā, quā sola non ha- ^{Iacob. 2.}
bet: sed quod nulla possit inueniri via, ad bene beateq; viuē-
dum, licet multoties multisq; sit laboribus quæsita, præter fi-
dem, cuius est ad charitatis viam perducere, alioquin qui nō
diligit, et iam si credat, manet in morte. Est huius expositionis
autor Augustinus de ciuitate dei ad Marcellinum lib. XIX. ^{August.}
cap. IIII. his verbis: Si ergo quæritur a nobis, quid ciuitas dei
de his singulis interrogata respondeat, ac primum de finibus
bonorum malorūq; quid sentiat, respondebit æternam vitā
esse summum bonū: æternā vero mortē summū malū, pro-
pter illā proinde adipiscendā istamq; vitandam recte nobis
esse viuendum: propter quod scriptum est: Iustus ex fide vi- ^{Abac. 55}
uit. Quoniā neq; bonum nostrum iā videmus, vnde opor-
tet ut credendo quæramus, necq; ipsum recte viuere nobis ex
nobis est, nisi credentes adiuuet & orantes, qui & ipsam fi-
dem dedit, qua nos ab illo adiuuandos esse credamus, & cæ-
tera. Illuminat igitur fides quo peruenire possimus ad vitā,
non ipsa est vita: neque ea sola viuimus, tametsi ex ea pro-
ficiamur ad vitam charitatis, vt a charitate profici-
mur ad vitam æternitatis, quos profectionis nostræ gra-
dus a litera incipiens, Ambrosius describit ad Irenæum. Lex ^{Ambrosius.}
pædagogus est, inquit, Pædagogus ad magistrum ducit,
magister noster solus est Christus. Pædagogus timetur, ma-
gister viam salutis ostendit. Timor ergo ad libertatem
perducit, libertas ad fidem, fides ad charitatem, chari-
tas acquirit adoptionem, adoptio hæreditatem. Possunt &
illa.

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Galat. 2

illa prophetæ verba, quæ citantur ab Apostolo, eundem sensum habere, quem habent alia eiusdem Pauli. Quod autem viuo in carne, in fide filij Dei viuo. Alioquin in tantis versabatur laboribus supra modum, ut ait, grauatus supra virtutem,

2. Cor. 1
Collectio ex collati-
one loco-
rum.

vt tæderet illum viuere. Collatis igitur, ut iam proferendi testimonia finem faciamus, virisq; locis, facile constat hanc esse totius scripturæ sententiam, quod non fide sola, ut Philippus vellet, nec solis operibus, ut credebant Iudæi, homo iustificetur, aut illi peccata remittantur, sed utræq; fide scilicet, et charitate, per quam fides operatur, hoc in nobis fiat, idq; per Christum, cuius dona sunt fides & charitas, & vniuersa bonorum operum proles, quæ oritur ex eis, cuius etiam meritis hæc omnia pacem nobis & veniam a patre conciliant, qui ad hoc filium proposuit propiciatorem pro nobis in sanguine ipsius, cum alioqui non iustificaretur in conspectu eius omnis viuens.

Rom. 3

Psalms. 142

Paulina
cautio in
excluden-
dis operi-
bus.

Galat. 2

Porro quoties apostolus Paulus de fide loquens, illa nos iustificari sine operibus, ait, semper addit legis, ut non charitatis opera excludat, quæ potius libertas videtur esse, quam lex, sed vel opera quædam externa, quibus humana præsumptio decalogi literam seruare se credit, vel Mosaicas illas obseruationes sabbathismos & sacrificia, sine q;bus procul dubio iustificabitur homo fidelis, infidelis vero nec cum illis quidē. Id minime dubium existimo fore cuius, vel mediocriter in apostolica doctrina versato. Bis enim hanc exclusionem addidit Paulus: vbi de lege Mosaica differit, inquam, Galatæ a pseudoapostolis seducti reciderant, cuius etiam extimam obseruationem in ciborum delectu & cæteris hu-
iusce-

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 65.

iuscemedi eodem capite Petro se exprobrasse cōmemorat.
Et ad Rom. vbi qua de lege fuerit loquutus verbis immedī-
ate sequentibus exponit dicens: An Iudæorum tantum De-
us,id quod & superius latius exposuimus: Quanquam ho-
minem sine operibus iustificari nō negamus, si de præceden-
tibus intelligatur, quibus iustificari meruerit. Hoc enim vt
alias dictum est, nullis operibus, nec fide quidem mereri vs-
quequaq; potuimus, sed gratis vt fide ita & iustitia dona-
mur: Iustificamur autem fide simul & operibus, quia hoc est
homini iustum esse, fidem habere, & charitatis opera saltem
interna. Iam ad patrum testimonia priusquam accedamus,
est operæprecium animaduertere Philippicam aequitatem
in disputando. Non vult humanæ sapientiæ præscriptione
teneri, mox vt illi patrum aut conciliorum etiam testimonia
opponuntur, clamat homines esse, prouocat ad verbum dei,
alterutrius testamenti testimonium requirit. Eo demum in-
saniae in libello de locis theologis prorumpit, vt omnes vete-
rum sententias quibus recentiores vtuntur irrideat, doctrinæ
explodat, Lutherana nimirum blasphemia fretus, qui ec-
clesiam a tempore concilij Niceni lapsam, a veritate semper
aberrasse, ausus est pronunciare: Nunc vero suæ causæ diffi-
sus Philippus, ad patres, qui Nicenam synodū sequuti sunt,
atq; adeo cum illi cum Luthero toties damnati, configuit. In-
ter hos tamen, cum permulti sint, multaque de hac materia,
vt pote qua nulla est maiore studio in ecclesia discussa, per-
tractauerunt, duos tantum citat, horumque singula tantum
loca producit, cætera reiecturus, vt credo. Nam & Augu-

R stinum

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Augst. Istimum in opere duntaxat de spiritu et litera regnare alias di-
Astrosius. xerat: cæteris in libris vbiq; fugere: Ambrosius usq; adeo n*il*
Sol. 2 hil iuuat Philippum, ut sententiam nostram luculēter expo-
nat: declarauit enim in commentarijs non uno loco, quam le-
gem & quæ opera excludat a iustificatione Paulus, legem v-
tique Sabbathi & Neomeniae & cæterorum huiuscmodi:
addimus etiā nos legē decalogi, quatenus literis est deforma-
ta lapideis, non quatenus spiritu reformatur in cordibus, quo
modo sacramentum diuinitatis continere dicit Ambrosius:
Eandem igitur legem & eadem opera ipse nunc excludit, &
nos plusculum, ut videri possemus, ausi, omnia a merito iu-
stificationis exclusimus. Quod vero per legem etiam mora-
lem peccatum agnoscebatur, sed culpa non relaxetur, nullies
Roma. 2 sumus confessi. Non enim lex iustificat, sed legis obseruatio,
nec obseruatio quidem sine Christo, si fingatur posse contin-
gere: Solius est Christi auferre peccata, relaxare debita, iusti-
tiam donare. Hæc quis neget? Quid vero aliud continent lo-
cū Ambrosij: Quid igitur discriminis est (dixerit quispiā)
inter Ambrosium & Philippum: Hoc nimirum, quod Phi-
lippus iustitiam, qua donamur a Christo, quaque ex iniustis
iustifimus, soli contendat inesse fidei, aut solam esse fidem, nā
cætera donat iustificatis fide, non ut per illa iustificet, quando
nihil est aliud iustum esse, quam credere: Ambrosius vero
id minime ferret, qui charitati adoptionis priuilegium, atq;
adeo iustificationis summam tribuit. An est aliud esse iu-
stum, quam esse filium, aut est aliud iustitiae munus, quam
ius adoptionis? Fides, inquit, perducit ad charitatem, cha-
ritas

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 66.

ritas acquirit adoptionem , adoptio hæreditatem : Rogo Roma. 8
 vos , o Germani , an fides illa quæ perducit ad charita-
 tem, sola sine charitate iustificet ? Annuitis , vt credo , ne do-
 ctoribus vestris deesse videamini . Erit igitur homo iustus,
 priusquam sit adoptione filius : erit iustus, cui hæreditatis æ-
 ternæ ius nondum est acquisitum . Hæc non modo impossibi-
 lia factu sunt, verum & cogitatu difficillima: nam intelligi
 non magis possunt quam fieri . Quid igitur est , quod fidei
 toties in iustificatione celebratæ relinquamus , si hæc omnia
 charitati tribuimus, aut cur eius mentio tam frequēs est Pau-
 lo & interpretibus eius ? Recte interrogas . Fidei relinquī-
 mus, ducere ad charitatem, ad iustitiam, ad adoptionem , at-
 que dare, quod Iohannes ait, credentibus potestatem vt filij Iohan. 1
 Dei siant, quod charitatis est . Est autem frequens fidei præ-
 dicatio , vt omnis gloriandi nobis occasio adimatur : dum Cur fidei
inuenio tā
frequens,
 consideramus , nullis nos præcedentibus meritis nullis no-
 stris operibus : sed sola Christi gratia per fidem, addo etiam ,
 per solam fidem ad iustitiam esse perductos . Iustitia vero
 non sola est fides, nec ei soli inest, alioquin iustitia perducere-
 mur ad iustitiam : sed est pietas , quæ fidem præcipue con-
 tinet & charitatem . Harum virtutum prior est fides , ma-
 ior charitas fidei vita, virtus, & energia: ideo Ambrosius fi-
 dem dixit ducere ad charitatem : Siquidem ita compara-
 tum est hominis naturæ , vt ab imperfecto (quod quidem
 sapienter animaduersum est etiam a philosophis) pro-
 grediatur ad perfectius : Perfectionis autem vinculum est
 charitas . Usque adeo vt & ipsam perficiat fidem , vt vna Colos.,

R ij cum

F. ALFONSVS VIRVESIVS

August.

Ad Augu-
stum.

Argumen-
tum ope-
ris de spi-
ritu & li-
tera.

a. Cor. 3:

cam

cum illa iustificet: Nullum est Dei donum, Augustinus inquit, dilectionis dono excellentius: Solum est quod diuidit inter filios regni æterni, & filios perditionis æternæ. Et hæc ad Ambrosium. Iam Augustinus haud minus noster est, quam Ambrosius, in ipso etiam opere, quod nunc citat, & alias vnice commendat Philippus: nam cætera, metuens illorum infinitis pene locis vrgeri: tempestiuis reiecerat criminacionibus. Nos vero, quo victoria sit illustrior, eius operis duntaxat verbis vt emur, cuius testimonio Philippus doctrinam suam visus est confirmare. Primo totius libri argumentum & scopus, est legis literæ, vt mortuæ, negare iustificationem: spiritui vero, hoc est, charitati tribuere, idcirco de spiritu & litera titulum fecit, quo intelligamus Pauli verba, Litera occidit, spiritus autem vivificat: ad legis decalogi literā & spiritum debere referri: vt cuius legis litera damnauerat humanum genus, & occiderat: eiusdem spiritum saluare, vivificare, & iustificare declaret. Hæc est geminæ charitatis lex, lapideæ illius & crassæ legis, qua sola gloriabantur Iudæi, velut animus & vita, quam spiritum vivificantem appellat Apostolus. Hæc de totius operis materia generatim: eadem vero aliquot singularibus eiusdem libri dictis sunt confirmanda. Declarat primum se non aduersus illos disputare, qui humanæ voluntati tribuunt iustificationis nostræ opus, sed aduersus eos, qui hoc humanarū esse virium, gratia contempta, præsumunt. Illis, inquit, acerrime ac vehementissime resistendum est, qui putant, sine adiutorio Dei per seipsum vim voluntatis humanæ vel iustitiam posse perficere, vel ad

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 67.

eam tenendam proficere: Et paulo inferius. Aiunt, ideo ista
sine ope diuina non fieri, quia & hominem Deus creauit cu
libero voluntatis arbitrio, & dando præcepta ipse docet que
admodum homini sit viuendum, & in eo utique adiuuat, qd
docendo aufert ignoratiā, vt sciat homo in operibus suis,
quid euitare, quid appetere debeat: quo per liberum arbitri
um naturaliter insitum viam demonstratam ingrediens, co
tinenter & iuste & pie viuendo, ad beatam eandemq; æter
nam vitam peruenire mereatur. Hæc secundi capitū sunt, q
bus ostendit non se velle operibus nostris iustificationē ad
imere, vt tribuat soli fidei: sed viribus negare, vt afferat gra
tiae: Interim dum resistendum censet ijs, qui humanæ volun
tati sine speciali Dei ope vim iustificandi tribuunt, significat
eandem voluntatem posse per diuinam opem iustificare: sed
apertius infra cap. V: Hoc, inquit, frustra dici satis elucebit
(proposuerat aduersæ partis obiectionem) cum & ipsam
humanam iustitiam operationi Dei tribuendam esse clarue
rit, quanvis non fiat sine hominis voluntate, & ideo eius per^{Mar. 10}
fectionem etiam in hac vita esse possibilem, negare non pos
sumus: quia omnia possibilia sunt Deo, siue quæ facit sola
sua voluntate, siue quæ, cooperantibus creaturæ suæ volun
tatibus, a se fieri posse constituit. Et capite VII. Prætendit ^{Pra. I. m. 33}
misericordiam suam scientibus eum, & iustitiam suam his
qui recto sunt corde: Neque enim quia sciunt, sed etiam vt
sciant eum, prætendit misericordiam suam, neque quia recti
sunt corde, sed etiam vt recti sint corde, prætendit iustitiam
suam, quia iustificat impium. Hæc cogitatio non affert su
R ij per

F. ALFONS VS VIRVESIVS

Quid iustitia Augu-
stino nēpe non sola
fides, sed bona vi-
ta.
Rom. 3. perbiām, quod viciū oritūr, cū sibi quisq; præfidit, seq;
sibi ad viuendum caput facit: Quo motu recedit ab illo fon-
te vitæ, cuius solius haustu iustitia bibitur, bona scilicet vi-
ta. Et cap. IX. Iustificati gratis per gratiam ipsius: Non ita-
que iustificati per legem, non iustificati per propriam volun-
tatem, sed iustificati gratis per gratiam ipsius: non quod sine
voluntate nostra fiat, sed voluntas ostēditur infirma per legē,

*Homo sit iustus legi tunc uten-
do lege.* vt sanet gratia voluntatem: & sana voluntas impleat legem,
non constituta sub lege, nec indigens lege. Et cap. X. Iusti-
ficati gratis per gratiam ipsius. In iustus ergo legitime lege
vtitur, vt iustus fiat, quod cum factus fuerit ea iam non vta-
tur tanq; vehiculo, cum peruerterit: vel potius, vt supradicta

Galat. 3. similitudine Apostoli vtar, tanquam pēdagogo, cum erudi-
tus fuerit. Et cap. XIII. Declarat eundem decalogum legē

Rom. 3. esse factor, quæ reum fecerat hominem: & legem fidei, que
seruat atque iustificat. Sed alterum fuit Iudæis, literam dun-
taxat sequentibus, alterum est fidelibus spiritus sancti gratiā
assequutis. Quod operum lex, inquit, minādo imperat: hoc
fidei lex credendo impetrat. Et infra. His igitur consideratis
pertractatisque pro viribus quas dñs donare dignatur: colli-
gimus non iustificari hominem præceptis bonæ vitæ, nisi
per fidem Iesu Christi: hoc est, nō lege operum, sed lege fidei,
non litera sed spiritu: non factorum meritis, sed gratuita gra-
tia. Et cap. XVI. Litera prohibens peccatum non iustificat

Rom. 7. hominē, sed potius occidit, augendo concupiscentiā & iniq-
itatē, præuaricationem cumulando: nisi liberet gratia per le-
gem fidei, quæ est in Christo Iesu: cum diffunditur charitas

in cor-

ADVERSVS LVT H. DOGMATA. Fol. 65.

in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Et cap. XVII. Ibi ergo lex (nempe in veteri testamento) extrinsecus posita est, qua iniusti terroretur. Hic (in novo scilicet) intrinsecus data est qua iustificantur. Nam non adulterabis: non homicidium facies: non concupisces: & si quod est aliud mandatum, quod utique in illis tabulis scriptum est, in hoc, inquit, sermone recapitulatur, in eo quod diliges proximum tuum tanquam te ipsum. Dilectio proximi malum non operatur: Pleni tudo autem legis charitas. Haec non in tabulis conscripta lapideis, sed diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Lex ergo Dei est charitas. Huic prudentia carnis non est subiecta, neque enim potest, sed ad hanc prudentiam carnis terrendam, cum in tabulis scribuntur opera charitatis, lex est opera, et litera occidens praeuaricatorem. Cum autem ipsa charitas diffunditur in cordibus credentium, lex est fidei & spiritus, iustificans dilectorem. Et cap. XVIII. Proinde quia lex, sicut alibi dicit, praeuaricationis gratia posita est, id est, litera ista extra hominem scripta: propterea eam & ministracionem mortis & ministracionem damnationis appellat: Hanc autem, id est, noui testamenti, ministracionem spiritus & ministracionem iustitiae dicit: qua per dominum spiritus operamur iustitiam, & a purificationis damnatione liberamur. Videor mihi, non ad confirmando quae superius dicta sunt a nobis contra Philippum, aliena testimonia producere, sed nostra ipsius verba quasi recapitulatione colligere. Proposuerat Philippus, sola nos fide iustificari: declarauit solius fidei iustificationem esse: ex iniustis iustos fieri, ut sola

F. ALFONSVS VIR VESIVS

vt sola sit fides nostra iustitia: execratus est eos, qui per legem
per opera sua iustificari se credunt. Opposuimus illi charis-
tatem, quæ vna cum fide iustificat, non iustitiam merendo,
sed per Christi gratiam, cuius donum ipsa est, secum affe-
rendo. Legem etiam illi opposuimus, non crassam illā vete-
rem atque lapideam, cui soli fidebant Iudæi, sed legem spiri-
tus nouam: qua, iniquitate in peccatorum remissione depul-
sa, iustitiam amplectimur, vt iusti simus. Si hæc eadem non
productis locis confirmat Augustinus: si non pro his osten-
dendis, suadendis, defendendis, summis ingenij viribus, vber-
rima scripturarum sanctorum copia, aptissima earundē in-
telligentia & expositione contendit, fateor me causa excidisse.
Ante hac iustitiam nostram charitatis legi tribuerat: ope-
ra legis ita sine fide iustificare negauerat, vt cum fide cōcede-
ret: peccatorum remissionem, quanq̄ idem sit, proprio nomi-
ne nōdum attigerat: hoc vero loco, quem modo citauimus,

Charitatis
est a dāna-
tione libe-
rare.

operari iustitiam, & a præuaricationis damnatione liberare,
quod remissio peccatorum est, charitatis legi tribuit, non ta-
bulis inscriptæ lapideis, sed cordibus spiritus sancto diffusæ.

Exodi 20.

Videamus tamen & alia quædam his non dissimilia, ne dic-
cam apertiora. Cap. XX. agēs de discriminē vtriusq; testa-
menti ex Hieremia. Vnde igitur illud vetus, inquit, hoc no-
uum, cū lex eadē impleatur per testamentū nouū: quia dixit
in veteri: Non concupisces. Quia ipsi, inquit, non persevera-
uerunt in testamēto nouo, et ego neglexi eos dicit dominus.
Non ergo rerum est hęc nouitas, sed animorum, quos vetus
testamentū non innouabat, nouū vero per gratiam noui ho-

minis

minis Christi Iesu usq[ue] adeo immutat, & afficit, vt eandem legem a lapidibus transferat in corda, quæ translatio iustificationis nostra est per fidem inchoata, sed lege charitatis, cuius est ipsa iustitia, consummata: Hoc est enim quod paulo ante dixerat cap. IX. iustitiam esse bonam vitam. Et hoc eodem cap: XX. Dabo leges meas in mente eorum, & in cordi Hiere. 11 bus eorum scribā eas. Vnde significauit, eos non forinsecus terrentem legem formidaturos, sed intrinsecus habitantem ipsam legis iustitiam dilecturos. Et cap. XXV. Cū igitur haec appareat distantia veteris & noui testamenti, quod lex ibi in tabulis, hic in cordibus scribitur, vt quod ibi forinsecus terret, hic delectet intrinsecus: ibi q[ui] fiat præuaricator per occidentem literā, hic dilector per viuificantē spiritum, non ideo dicendū est, q[uia] Deus adiuuet nos ad operandā iustitiā, atq[ue] operetur in nobis & velle & operari pro bona voluntate: Philip. 2 quia preceptis iustitiae forinsecus insonat sensibus nostris, sed quia intrinsecus incrementum dat, diffundendo charitatem Rom. 5 in cordibus nostris p[er] spiritum sanctū, q[uia] datus est nobis.

Et cap. XXIX. Declarat eandem esse iustificationē legis & fidei his verbis, Sic enim gentes quæ nō sectabantur iustitiā apprehenderunt iustitiam. Iustitiam autem quæ ex fide est, impetrando eam ex Deo, non ex seip̄lis præsumendo: Israel Rom. 9, vero persequens legē iustitiae in legem non peruenit. Quare: Quia non ex fide, sed tanquam ex operibus: id est, tanquam eam per semetip̄los operantes, nō in se credentes operari Deum. Et mox pauculis interiectis, & adhuc dubitamus, inquit, quæ sint opera legis, quibus homo non iustificatur, si ea tanq[ue]

S sua

F. ALFONSVS VIRVESIVS

sua crediderit sine adiutorio & dono Dei, quod est ex fide le
su Christi? Quid ego frustratim hæc aut illa verba quasi
vellicando produco? Nihil est in hoc toto opere frequētius
Augustino, quam charitatem & eius opera fidei in iustifica-
tione nostra coniungere: tantumq; abest ab eius intentione
hoc Lutheri dogma, quo iustitiæ summam refert in solam fi-
dem, ut etiam in earum rery collectione, quibus homo quasi
per gradus ad verā iustitiam ascendit: fidem nō iustitiæ pro-
ximā, sed quartā a iustitiæ dilectione posuerit. Cap. XXX.
Rom. 3. Necq; em lex impletur nisi libero arbitrio: sed per legē cogni-
tio peccati: per fidem impetratio gratiæ contra peccatum: per
gratiam sanatio animæ a vitio peccati: per animæ sanitatem:
libertas arbitrij: per libery arbitriū iustitiæ dilectio: per iusti-
tiæ dilectionē legis operatio. Si sola fides, quod Philippus
astruit iustificare potest, cur non Augustinus in exquiren-
da iustitia ad fidei gradum inuestigatiōis suæ cursum sistit?
Quid illi opus erat vñq; ad libery arbitrium et iustitiæ dilec-
tionem progredi? Quo in loco non ita distinguit iustitiæ dilec-
tionē a legis opere, vt intelligat, eandem iustitiæ dilectionē
nō esse legis opus & obseruationē. Quid est em qd ipsa lex
demū velit, atq; præcipiat, nisi vt iustitiam diligamus? Sed
hæc iustitiæ dilectio, quasi generalis quædam affectio est, ex
qua velut ex fonte, iustitiæ singularia opera iusta tēporis ne-
cessitatis aut decoris oportunitate procedunt: Quod quidē
obseruandū est in verbis Augustini, ne illum temere incon-
stantiae arguamus. Alioquin dixerat superius, iniustum lege
legitime vti, vt iustus fiat, & mox eodē ferme periodo eius es-
se dia-

se dixit legitime uti lege, qui iustus iam fuerit, quae duo dicta videntur in specie pugnare. Sed soluitur nodus intelligendo (quod loco quem modo citauimus dictum est) legis dilecti onem esse veram iustitiam, eandemque totius iustitiae radicem, quo supposito, nulla est pugnantia. Nam legitimus legis vi sus, qui iustum facit, dilectio iustitiae est, qua cõcepta facescit ipsa quodam modo lex, cuius coercione non est iam opus diligenti iustitiam, atque adeo huiusmodi dilectione iusto: sed rursus cum hac iustitiae dilectione seruat legem, iam iustus legitime vtitur lege, & ita fit, quod postremo loco citauimus, vt per iustitiae dilectionem fiat legis operatio. Necque hac solu no minis varietate vtitur Augustinus in exponenda iustitia, vt nunc charitatem, nunc omnia bona opera iustitiam appelle, verum & gratiam aliquando vocat iustitiam: cum tamē dixerit nō semel iustitiam ita fieri a Deo in nobis, ut tñ sine voluntate nostra non fiat. Est autem locus omnium manifestissimus q̄ gratiam vocavit iustitiam cap. XXVII. id quod tam diserte animaduertendum esse duximus: quod ab hoc iustitiae nomine proficiscatur, quod alicubi dicit, bona opera nō fieri nisi a iustificato. Iam enim ad locum accedimus, quē citauit Philippus, cuius citationem nō video qd illum iuuare queat, nisi hoc, ex quo videtur sibi posse colligere: bona opera non iustificare: sed ab his, qui iam iustificata sunt, fieri. Nō dubito tamen, quin prudens lector & integer iam dudum intellexerit, quam multa respōdere possimus: siunt enim bona opera ab eo qui iam charitate ac iustitiae dilectione, quod legis summa est, fuerit iustificatus: aut ab eo, qui gratia

S ij præ-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

præuentus, vim perficiendæ legis acceperit: Quod si Philip-
pus hac sententia, qua dictum est, bona opera a iustificatis
fieri, suam doctrinam confirmari credebat, miror, quod il-
lam ab altero apertiore loco non petierit, in quo non perfun-
ctorie attingitur, sed plusculis verbis explanatur: Nisi for-
te hoc ipsum veritus est, ne quo facilius Augustini percipe-
retur intentio, eo difficilius ipse suam doctrinam Augusti-
ni roboretur auctoritate, id quod productis verbis facile
quisque deprehendet. Sic intelligendum est, inquit, facto-
res legis iustificabuntur: ut sciamus, aliter eos non esse facto-
res legis, nisi iustificantur: ut non iustificatio factoribus acce-
dat, sed factores legis iustificatio præcedat. Quid est enim a-
liud iustificati, quam iusti facti: ab illo, scilicet, qui iustificat
impium, ut ex impio fiat iustus. Si enim ita loqueremur, ut
diceremus, homines liberabuntur, hoc vtique intelligeretur,
eis qui iam homines essent, accedere liberationem. Si autem
diceremus, homines creabuntur: non vtique intelligeretur
creari, qui iam homines erant: sed ipsa creatione homines
fieri. Ita si dictum esset, factores legis honorabuntur: re-
cte non acciperemus, nisi honorem illis, qui iam essent fa-
ctores legis, accedere: cum vero dictum est: factores legis
iustificabuntur: quid aliud dictum est, quam iusti iustifica-
buntur, factores enim legis vtq; iusti sunt. Ac per hoc tātu-
dem est, ac si diceretur, factores legis creabuntur: non quia e-
rant, sed ut sint, ut sic intelligerent etiā Iudæi legis auditores,
indigere se gratia iusti iustificatoris, ut possint esse factores.
Hæc Augustinus cap. XXVI, quo in loco hoc agit, ut ex-
ponat.

Exponit
sententiā
suam au-
gustinus.

Rom. 3.

ponat quomodo gratis iustificemur, cum alias dixerit Pater
factores legis esse iustificandos: Idcirco Augustinus præ-
cedenti periodo quæstionem exorsus ait. Nec enim contra
seipsum diceret (nempe Paulus) quod ait, factores legis iusti-
ficabuntur, tanquam per opera, non per gratiam iustificetur,
cum dicat, gratis iustificari hominem per fidem sine operi-
bus legis: nihilque aliud velit, intelligi, in eo quod dicit gratis,
nisi quia iustificationem opera non præcedunt, &c. Vtriusque
igitur loci intelligentiam ita attemperat Augustinus, ut
in summa dicat: ita homines operibus iustificari, ut non ta-
men propter opera iustificantur, sed gratis: Quæ expositio
nō adimit iustificationi opera nostra, sed merita, hoc est, præ-
cessione, quod est causæ efficientis, nō comitationem, quod
est causæ formalis. Si enim propter opera legis iustificaretur,
iam iustificatio accederet operantibus, essetque quasi merces
operis retributa, non immeritis gratuito data, quod verbis
Apostoli posterioribus aduersare. Si vero sine nostris pror-
sus operibus iustificaremur, quomodo verè esset, quod priora
verba habent, factores legis iustificari? Hanc vtriusque loci
contemperationem exemplo exponit, & confirmat, ad apo-
stolicam doctrinam per quam apposito. Ita enim dicuntur
factores legis iustificari, non ut diceretur honorari, quod es-
set conferre meritis præmia, sed ut homines dicuntur creari,
quia ut homo non potest esse homo sine creatione, ita iustus
non potest esse iustus sine legis obseruatiōe, saltem illa quam
appellauit iustitiae dilectionem, charitatem, spiritum legis vi-
tificantem, et si que sunt alia id genus nomina. Hoc est quod

Conciliat
Augusti-
nus verba
Pauli, que
pugnare
videretur
minus ar-
tentis.

S. ij. dixi-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

diximus, non opera nostra, aut vlla merita, præcedere iustificationem, vt propter ea iustificemur, quod esset causæ efficiens, sed comitari, quod est causæ formalis. Ab hac autem iustificatione quæ legis opere, nempe charitate ac dilectione iustitiae fit, proueniunt cætera opera, quæ dicuntur accedere iustificatis: Tolle hanc Augustini expositionem, & iam iustificatio nostra sine nobis, sine voluntate nostra, sine libero arbitrio fiet, quæ toties negauit Augustinus. Non igitur uno loco, vt Philippus citat, sed toto opere de spiritu & litera hoc agit Augustinus, vt doceat ex Paulo, ita nos non propter opera nostra iustificari, vt per ea tamē iustificemur, solius autem fidei iustificationem nec attingit quidem, nec meminit unquam, nec inter tam multas iustitiae acceptiones, quibus gratiam, legem, charitatem, opera bona iustitiam appellauit, obrepdit illi, vt fidem appellaret iustitiam. Nempe quod illa in sacris literis inueniebat, hoc nunquam inuenerat.

Philippica VIII. Qua solutiones argumentorum,
quibus Philippus respondet catholicis confutatur.

Poste aquam Philippus conatus est ne quicquam fidei solius iustificationem scripturæ testimonij stabilisse, nostrorum etiam argumentis respondet, illorum quoque responsiones interdum refellit, idq; multis adeo verbis, vt si omnia essent recensenda, sola transcriptio volumen huius disputationis in immensum augeret, sed nos assumpti operis modum sequentes ad criterium, quod aiunt, omnia secernemus, ne pulueris sui copia san-

sanctarum scripturarum luci tenebras offundat Philippus.
 Primo quasi breuiter ac simplicibus verbis sit singulis argu-
 mentis & locis responsurus hoc statuit, quod ambiguæ &
 periculosæ causæ multas & varias solutiones gignunt & ad-
 dit poëtae testimonium. Sed in bonis, inquit, & firmis causis
 vna atq; altera solutio sumpta ex fontibus, corrigit omnia
 quæ videntur offendere. Nos quidem hanc Philippi regulā
 seruauimus, qui oībus locis ab eo productis, simplicissime
 respondimus, iustificari quidem hominem fide, eidemque
 peccata remitti, quod illa testimonia dicunt, non tamen sola
 fide, quia illa non dicunt: Duobus vero locis, quæ opera le-
 gis excludunt a iustificatione, copiosius cum Ambrosij tum
 Augustini authoritate & expositione respondimus, respon-
 sionisq; veritatem ipsius Apostoli verbis perspicuam feci-
 mus. Atqui Philippus qui hanc respondēdi regulam nobis
 tradit, postquam de solius fidei iustificatiōe iusto penē libro
 disseruerat, aggressus nostrorum refellere argumenta, plusq;
 duodecim chartis de dilectione & legis impletione disse-
 rit, huc semper intentus, vt charitatem & legis opera a iustifi-
 catione secludat. Atq; hinc viam sibi maxime aperit, ad re-
 spondendum omnibus quæ potuerint obijci. Singulis ta-
 men postea scripturæ locis per multa capita, nisi mauult para-
 graphos appellari, respondet. Et quomodo respondet? Non
 per tropos aut distinctiōes, vt sophistæ, sed lucidissime osten-
 dendo, in quo argumenta deficiant, vel si testimonia sunt,
 quem sensum habeant loca, vnde petuntur: Vnū exemplum
 Argumentum cathe-
licum.
 proponam, vt ex eo cæterorum possit fieri cōiectura. Propo-
 nit

F. ALFONSVS VIRVESIVS

nit sibi hoc argumentum. Iustitiam necesse est in voluntate esse, ergo cum fides sit in intellectu, non iustificat. Certe non sola iustificat, ut argumentum optimè probat, si luculentius aliquanto proponatur, sed noluit, credo, homo suavis & elegans in scholastico (quod ipse vocat) argumento scholasticū seruare ordinem, ne aliqua barbarie latīnū contaminaret candorem. At solutionem videamus. Hoc argumentum, inquit, ideo recitamus ut tota res magis fiat perspicua. Prius tamen quam de tota re prolixius differat propter morosos quosdā technologicos, ut ipse verbulo græco nos vocat, dicit, argumento respondere se velle. Hic quis non aliquam argutam & prorsus irrefragabilem responsionem expectet, qua dialecticorum technæ vnico prosternantur ariete? Constat ex Ethnicis, inquit, iustitiam obedientiam appellari erga superiorem, quam is approbat, quare fides recte dicitur iustitia, nam obedientia erga Euangelium imputatur pro iustitia a Deo, ut obedientia erga legem tantum propterea placeat, quia credimus nobis Deum gratis propicium esse propter Christū. Nec enim legi satisfacimus. Quanquam hæc fides est in voluntate, est enim velle, & accipere promissionem, &c. Observebo bone vir, quo ruis, quo temetipsum tāto verborum profluui præcipitas? Statueras velle te respondere technologicis, quare non dialectice negasti, aut concessisti præmissas, quas illi vocant, quare non probasti, aut improbasti collectiō nem? Dicis fidem esse in voluntate, falsa ergo erat minor in argumento, vide quam facile posses respondere, si responderes velles, & non verborum turbine omnia cōfundere, ne veritatis

Responsio
Philippica

Altera solu-
tio argu-
menti.

Fidem esse
in volun-
tate afferit
Philippus.

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 73.

ritatis splendor queat in tam densa fumi caligine dignosci.
 Quid quod in causa Euangelicæ iustitiæ philosophoræ Ethica citas? Vbi est verbum Dei, præ quo cætera omnia fastidi= Philippus
destitutus
verbodei,
confugit
ad philo-
sophos.
 re soles, & contemnere? Si nos rerum diuinaræ perscrutatio= nem a philosophis ordiremur, qd tu nobis occineres? Qui= bus nominibus nos ornares? Nunquid iustitiæ diuinæ, totia= es in sacris literis prædicatae, desunt testimonia, vnde queat sciri quid sit, & intelligi? Quale vero est, quod diuinæ legis obedientiam ita distinguis ab obedientia Euangeli, quasi Eu= angelium non præcipiat nisi fidem, lex charitatem & ope= ra charitatis? In quo tibi Euangelium ipsum, nihil obscure contradicit. Hoc est præceptum meum (ait Christus) vt di= ligatis inuicem sicut dilexi vos. Meminit huius præcepti tam mult oties Iohannes, vt hoc vnum videatur fuisse eius episto= lœ argumentum. Hoc est mandatum, inquit eius, nempe dei, Confuta-
tio prioris
solutiōis.
Iohan. 15
 vt credamus in nomine filij eius Iesu Christi, & diligamus alterutrum, sicut dedit mandatum filius scilicet nobis, Eu= angelio igitur, nō credendo solum, verum & diligendo obedi= 1. Tim. 7
 tur, quia ita charitas finis est legis, vt Christi nihilominus sit peculiare præceptum: Probas præterea per philosophum (si diuis placet) fidem recte dici iustitiam, fac tibi esse cōcessum a nobis, quid ad summam nostræ disputationis, quæ erat, an ipsa sola esset nostra iustitia: Intellectus recte dicitur vita: So= lus ergo viuet aut solus viuificauit intellectus? Adhæc, obe= dentiam erga legem dicis tantum placere propter fidem, fa= temur, & teipso etiā si nolis, authore addimus, iustificare pro= pter fidem. Audebis ex hoc tuo axiomate colligere. Ergo

T non

F. ALFONSVS VIRVESIVS

non placet; Ergo non iustificat: Tantum colliges non solam iustificare, non solam placere, quod Iudei credebant. At nos viciissim ex tuis verbis colligemus, fidem non solam per se placere, sed per obedientiam legis, non se sola iustificare: sed per charitatem, per quam operatur. Vides quam multa peccaueris dum peccare nos in scholastico, quod appellas, argumento conaris ostendere. Iam fides, ut ad alteram argumenti solutionem descendamus, qui potest inesse voluntati, cum sit notitia certa non tamen evidens rerum diuinarum, ut a theologis omnibus describitur, & ab Apostolo, quem quidem sequuntur sunt, significatur: id & tu non potes inficias ire, qui non semel dixeris fidem esse notitiam, motus Isaiae verbis, quibus ait: notitia Christi multos esse iustificantos, nunc argumentatione coactus negas illam esse in intellectu, cui omnes notitiae insunt: Haud enim minoris est dementiae, spirituales cognitio-nes cuiuscunqz sint gradus & ordinis intellectui negare, quam oculis visiones. Si res tibi esset cum technologicis: obsecrerent tibi metu contradictionis, ut illi loquuntur, aut saltem contenti essent, adduxisse te in tam apertum inconueniens, ut contra omnium cum philosophorum tum theologorum sententiam dicas fidem esse in voluntate. Quid obsecro reliquum facis intellectui, vnde perfici queat, si fidem illi adi-mis? Vbi est illud Pauli: De ecclesia captiuante omnem intellectum in obsequium Christi: fide nimirum cogente credere quod non videtur? Et illud: de incredulis quod tenebris obscuratum habeant intellectum. An est aliud fides, quam sapientia illa, quae toties in scripturis sanctis appellatur

Galat. 5

Confusa-
rio posse-
riens.

Matte 45
& 50, & 53

2. Cor. 10

Eph. 4

tur panis intellectus, panis verbi, aqua sapientiae, lumen, veritas, & id genus alia, quae intellectu duntaxat percipiuntur. Hic est mentis oculus, quo videmus nunc per speculum in æni-^{1. Cor. 13} gmate, qui ex parte cognoscimus & ex parte prophetamus. Et aduersus haec & alia huiuscmodi notiora, quam ut opor teat confirmari, audet Philippus dicere, fidem esse in volun tate, idq; non semel. Quid iam non tribuet fidei? Quid mira mur, quod iustificationem & peccatorum remissionem illi tri buerit? Facile est ei, etiam honor operum remissionem tri buere. Quis illum argumento compescet, qui nihil moratur asserere, quod omnes negant: negare, quod omnes aiunt: Ne gat enim (ut ad aliam eius responsionem iam accedamus) bona opera utilia esse facientibus. Responderant (ut dicit) theolo gi, q Augustæ causam ecclesiæ sustinebant, illud quod Lucæ^{Lucæ 17} Christus ait: Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite serui sumus inutiles, intelligendum esse per Psalmogra phi verba. Dixi domino Deus meus es tu, quoniam honor^{Psalm. 16} meorū non eges: & ita nos, cū benefacimus, inutiles esse Deo, cui nihil commodi, nihil utilitatis, de nostris operibus pōt ac cedere: eadem tamen opera utilia esse nobis, quibus secundum opera se Christus retributurum esse promittit. Addi derunt etiā, in fidem quoq; posse competere, quod inutilis sit Deo, utilis vero nobis. Quid simplicius, quid breuius, quid verius dici potuit, quam bona opera inutilia esse Deo, facien tibus utilia? Et tamen hic exclamat Philippus: Videte, inqt, quam delectet aduersarios puerile studium sophistices. V binam latet sophisma: Non est sophisma sacras literas inter-

T ij - cipere,

F. ALFONSVS VIRVESIVS

cipere, euertere, atq; peruertere, & sophisma videtur exposi-
tio, per locorum collationem ab eadē scriptura sumpta: Vos
o Germani, vestrumq; appello candorem, vt conferatis hāc
nostrorum respcionem cum ea, quam paulo ante Philip-
pus primo dedit argumento, & iudicetis vtra simplicior, v-
tra breuior, vtra dilucidior sit, & a tergiuersandi studio om-
nino remotior. Est etiam operæ premium audire, quomodo
cæteris respondeat argumentis, qui respcionem nostram
queritur esse sophisticam. Cum videret se locis apertissimis
vrgeri, cumq; multis verborum inuolucris usus, non sibi vi-
sus esset satisfecisse, ad grammaticales tropos confugit, & di-
cit quædam esse accienda per synecdochen, illud scilicet
Lucæ 7 quod habetur apud Lucam: Dimissa sunt ei peccata multa,
Math. 10 quoniam dilexit multum. Et illud: Si vis ad vitam ingredi,
serua mandata. Item illud: Factores legis iustificabuntur.
Rom. 2
Thob. 4 Quædam vero per hyperbolēn, vt est illud: Eleemosyna ab
omni peccato & a morte liberat. Quanquam diffisus huic
respcioni addit: eleemosynam prodesse, sed non sine Chri-
sto, quasi nos quæ sine Christo fiant, eleemosynas a peccatis
liberare dicamus. Quod si serio hæc & huiuscmodi alia re-
spondet Philippus, & non eo potius vt fucum faciat imperi-
tis: miror hominem eruditum & in primis rhetoricum non
obseruare, quid illi cum aduersario in causa conueniat, quid
sit quod in litis siue disputationis veniat controversiam. Erat
enim optimi oratoris & peracuti dialectici, primum statue-
re, qua de re, aut quibus de rebus sibi suscipiendum esset cer-
tamen: vt pro eis tantum vel aduersus eas suos conatus,

argu-

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 75.

argumenta, rationes, verba etiam, si fieri posset, omnia dirige
ret: alioquin fieri non potest, quin more andabatarum cecus
irruens, nunc pectus nudum exponat hosti, nunc ictus quā
plures in cassum iaciat, & interdum se suo gladio iugulet, id
quod frequenter ussuuenit Philippo. Nam synecdoche tropus,
quid habet cum his locis, nisi dicere velit, Euangelicæ iustitiae
partem pro tota accipi, ut non sola charitate & obser-
uatione mandatorum Dei iustificemur, sed etiam fide, quæ
pars est iustitiae Christianæ, & ad vitæ æternæ consequentio-
nem apprime necessaria. Id nos libenter accipimus, & vltro
fatemur. Atque utinam tam facile Philippus nobiscum in
veritatis inuestigatione conueniret, quam sponte nos illi
vbi pro veritate loquitur cederemus: Fatemur enim nemini
nem iustificari sine fide, charitatemq; & eius opera non totā
esse iustitiam, sed partem tametsi præcipuam, fateatur idem
& ipse nobiscum, vt nolit tam insolenter, non modo nobis,
verum & sibi ipsi contradicere, iustitiae summam soli fidei tri-
buendo, quod synecdoche tropus non finit. Significat enim
aut totum a parte, aut partem a toto. Ita respondere, verba il-
la per synecdochēn esse dicta, est nihil obscure, charitatē iu-
stitiae partem esse fateri. Hæc autem expositio quomodo cō-
stare possit ei, qui totam iustitiam tribuit fidei, & charitatē a
iustificatione & peccatorum remissione prorsus excludit, vi-
derit Philippus: Iam cum quarto quoq; verbo tam multipli-
citer peccet, quis tamen enumeret, que crimina, quas blasphe-
mias, quas hereses, nobis inter respondendum impingat, qd
sine fide, sine gratia, sine Christo velimus hominem iustifica-

T in re,

F. ALFONSVS VIRVESIVS

re, quod ad hoc abutamur testimonijs, quæ non modo nos
non iuvant, verum pro suo dogmate maxime faciunt: Quod
Iacob. 3. genus est illud Iac. III. Videlis igitur quod ex operibus iu-
stificetur homo, et non ex fide tantum: Huius responsonem
mīro versat artificio, primo, quod facillimum est, paruifacit
argumentum, consilio ac ratione destitutus commune præsi-
dium occupat, nempe contumelias & maledicta, a quibus
exorditur. Sed est facilis, inquit, & plena responsio: si non
Philippi
responsio
ad Iacobum. assuant aduersarij suas opiniones de meritis operum, Iacobi
verba nihil habent incommodi. Sed ubi fit mētio operum,
aduersarij affingunt suas impias opiniones, quod per bona
opera mereamur remissionem peccatorum, quod bona ope-
ra sint propiciatio, ac precium, propter quod Deus nobis re-
concilietur, q̄ bona opera vincant terrores peccati, & mor-
tis, quod opera coram Deo propter suam bonitatem sint ac-
cepta, nec egeant misericordia, & propiciatore Christo. Ha-
rum nihil venit in mentem Iacobo, quæ tamen omnia nunc
defendunt aduersarij prætextu sententiæ Iacobi. Primum igitur
hoc expendendum est, quod hic locus magis contra ad-
uersarios facit, quam contra nos, &c. Immane, quantam im-
pietatem ostentat Philippus quam hactenus nesciebamus, la-
tere inter Christianos: At quid interim respondet ad Iacobi
verba, vt illa in aduersarios vibret, longum esset nunc om-
nia transcribere quæ comminiscitur, sic tamen inter differē-
dum colligit. Non igitur sentit Iacobis nos per bona opera
mereri remissionem peccatorum & gratiam. Praeclaram ve-
ro collectionem, quasi nos ad hoc citemus Iacobum, vt eius
auto-

autoritate credatur, posse homines mereri peccatorum remissionem & gratiam. De iustificatione & peccatorum remissione ita agimus, ut non operibus nostris aut meritis contingere nobis asseramus, neque nostrorum quisquam asseruit: Gratias iustificari nos credimus a Deo propter Christum, iustificationem vero non sola fide, sed etiam charitate & operibus bonis contineri defendimus, ita ut quanvis non propter charitatem & eius opera, charitate tamen & operibus eius, et non fide tantum iustificari nos asseramus. Ad hoc citatus est Iacobus, ab hoc erat eius autoritas auertenda, quod cum efficere non possit Philippus, ipse sibi comminiscitur, quod expugnet. Addit autem collectioni: Loquitur enim (Iacobus scilicet) de operibus iustificatorum, qui iam sunt reconciliati, & accepti & cōsequuti remissionem peccatorum. Quid ego audio? Iacobus dicit hominem operibus iustificari. Philippus opera illa non iustificare, sed ab eo qui iam dudum fuerat sola fide iustificatus fieri. Vt tri eorum credemus: Nam haec duo dicta proculdubio sibi vicissim aduersantur, nec possunt quoquomodo simul esse vera. Eiusdem est farinæ alia respōsio, quam paulo post comminiscitur. Oblitus nempe respondendi legem, qua dixerat in bonis & firmis causis vnam & alteram sufficere solutionem ex fontibus sumptā. Ex quibus fontibus: Ipsius nimirum causæ. Atqui huic argumento plures dat solutiones, quippe quod nulla sit sufficiens, & omnes extra causam. Sed hanc, de qua diximus, nunc demum audite. Iustificari, inquit, significat hic non ex impio iustū effici, sed vsu forensi iustū pronunciari, sicut hic:

Facto-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Factores legis iustificabuntur: Sicut igitur hec verba nihil habent incommodi: Factores legis iustificabuntur ita de Iacobi verbis sentimus. Iustificatur homo non solù ex fide, sed etiam ex operibus, q̄a certe iusti pronunciarentur homines, habentes fidem & bona opera: Quis non videat Philippum tanta varietate solutionum latitanti, similem & lucem fugienti, huc atq; illic discurrere, quo veritatem effugiant? Sed a quibus obsecro aut in quo iudicio pronunciantur iusti factores legis quos Paulus & Iacobus iustificari pronunciantur: Ab hominibus fortasse. Atqui apostoli Christi non de iustitia differebant humana: quinimo Paulus confidenter clamat: Mihi proximum est, ut a vobis iudicer, aut ab humano die, qui enim me iudicat, dominus est. A Christo ergo & in eius iudicio pronunciantur iusti legis factores, id quod locus ipse Pauli declarat, cuius verba sunt: Non enim auditores legis iusti sunt, apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Vides eodem loco iustificari non pro iustum pronunciari, sed pro esse iustum accipi, idque apud Deum, ne interim ad humanam iustitiam configias, ut soles, quando sola coniunctione aduersatiua interposita, quod negatur auditoribus legis, factoribus tribuitur nempe esse iustos: Apud Deum igitur & in diuino iudicio iusti pronunciantur & habentur, & sunt illi, qui non fidem habent solummodo, sed & opera, ut Iacobus contendit, quos factores legis Paulus appellat. Quod si verum est homines sola fide iustificari, quod Philippus afferit: falsum igitur erit aut iniquum Dei iudicium, quod factores legis iustificat, ut Paulus ait: & non sola

Rom. 2

Rom. 10

1. Cor. 4

sola fide iustificat hominem, hoc est, iustū pronunciat (dō-
nemus interim hoc Philippo) sine operibus: quod Iacobus,
Philippo etiam inuito defendit. Tādem in quarto paragra-
pho postq̄ tentauit simplicia Apostoli verba varijs commē-
tis inuoluere, ad consuetam modestiam reuersus: ita, inquit,
videmus in his sententijs nihil esse vitij, sed aduersarij depra-
uant eas, q̄ de suo affingunt impias opiniones, &c. Nobis ni-
hil certius est, quam apostolicis sententijs nihil inesse vitij.
Vtinam tam persuasum sit omnibus, qui Luthero credunt.
Animaduertitis reor viri Germani, quid hic dissimulem.
Eadem simplicitate qua cæteris locis & argumentis respon-
det quarto etiam capiti prioris epistolæ diui Petri, vbi dici= ^{1. Pet. 4}
tur charitas operire multitudinem peccatorum. Summa re-
sponsionis eius est, quod peccata, quæ charitas operit, non
sunt illius, qui charitatem præstat. Sed alterius, cui per cha-
ritatem indulgetur, & ignoscitur. Non de proprijs, inquit,
delictis, sed de alienis loquitur cum ait. Dilectio tegit deli-
cta, videlicet aliena, & quidē inter homines: id est, etiā si quæ
offensiones incident, tamen dilectio dissimulat, ignoscit, ce-
dit, non agit omnia summo iure, &c. Hanc expositionem
probat per dissidia Cæsaris & Pompæi: confirmat vulga-
ris sententia. Mores amici noueris, non oderis. Conciliat ei
alium locum ex Paulo ad Colossenses, quasi qua semel de
charitatis officio erga proximum loquutus est Paulus, om-
nia quæ de charitate dicuntur, & de eisdem oporteat intel-
ligi. Citat tamen, quod grauioris est autoritatis, & proprius
accedit ad rem, eadem pene verba ex decimo capite Prouer-

V biorum.

F. ALFONSVS VIRVESIVS

biorum. Veruntamen vnde cuncti apostolus Petrus verba
sumpserit, nihil refert ad sententiam, quae ex totius orationis
apostolicæ contextu est colligenda, præsertim cum prouer-
bia non citauerit, quod consueuerunt apostoli facere, ubi
veteris testamenti opus est verba produci. Hoc igitur in lo-
co perspicuum est, non hoc agere Petrum, ut tradat ciuil-
um officiorum regulas & præcepta; sed ut ostendat quibus
pietatis operibus deprecari possent ij, quibus scribebat, mul-
ta ac varia peccata, quae antehac ad miserant. Attigerat ea
in tertio capite, in cuius fine de conscientiæ puritate incipit
differere, ostendens qua potissimum ratione queant illam
adipisci, nimirum per baptismum, quod non modo extime-
corpus intingat, verum & intime abluat mentem, ac mu-
tet: addit Christi mortem & resurrectionem, quarum alte-
ram familiare est apostolis peccatorum remissioni, alteram
iustificationi & virtutis nouitati referre. De his differit capite
quarto, recensens primo catalogum peccatorum, quibus
obnoxia erat mens sine Christo: addit autem remediu per
fidem & charitatem. Fidem doctrina & oratione signifi-
Rom. 10.
Ecclesi. cauit, quia fides ex auditu est, ut Paulus inquit: & oratio
in fide postulat, ut postulata queat obtinere: nec nullum est
fidentis animi signum expressius oratione. Charitatem ve-
ro proprio nomine descripsit, excellentiæ quoque notam
illi addens. Ante omnia, inquit, mutuam in vobis meti-
psis charitatem continuam habentes: quia charitas ope-
rit multitudinem peccatorum. Quorum peccatorum: Il-
lorum profecto quorum reos ostenderat, ad quos scribe-
bat.

bat. Alioquin non continuativa coniunctione vtendum illi erat, qua posteriora referret superioribus, sed adiunctiva, qua viam sibi faceret ad inferiora, dicendumq; ut charitate operiatis, siue ut charitas operiat multitudinem peccatorum: Cum vero dicat. Quia charitas operit multitudinem peccatorum: quibus potuit verbis apertius ostendere, charitate nobis præterita peccata de quibus disserebat operirit. Vsus est autem operiendi verbo, ea phrasí qua Propheta pronunciat, beatos quorum tecta sunt peccata, non hominum conniuentia, sed condonatione diuina. Atque hic est verus & germanus apostoli sensus apostolorum principi pe dignus: non de Romanorum chronicis aut vulgi sententijs, sed ex ipsis Petri præcedentibus paulo ante verbis ipsaque orationis contextura productus, quem sequutos esse patres cum Græcos tum Latinos, eorundem (quod inferius est videre) verba declarant. Plura alia loca refert, confessioni fuisse de scripturis obiecta: ad quæ cum hominem charitatis ac pietatis operibus iustificari, eidemque peccata dimitti, nihil obscure probent, vt probant ea quæ nos citauimus, identidem respondet, verum esse, sed non sine Christo. Qua responsione ita nobis assentitur, vt tamen se victum fortiter dissimulet: quinimo quo vitare possit causæ pudorem amissæ: non illum pudet execrandæ nos insimulare blasphemiae. Hoc enim omnibus suis responsibus agit, vt omnes credant, nos sine Christo & eius fide polliceri hominibus legis obseruationem, iustificationem, peccatorum remissionē, & id genus alia, quæ dona Dei esse nemo

V ij non

F. ALFONSVS VIRVESIVS

non credit. Ad has, inquit, sententias & similes de operibus primum hoc respondemus, quod supra dictum est, legem non vere fieri sine fide, nec placere nisi per fidem in Christum, iuxta illud: Sine menihil potestis facere. Item: Sine fide impossibile est placere Deo. Item: Per Christum habemus accessum per fidem. Itaque quoties requiruntur, & probantur opera, addendum est Euangelium de Christo, &c. Felix si sic omnia dixisset. Ego quidem non pedibus modo, verum manibus, capite toto, demum cum corpore tum animo in sententiam eius descenderem. Cum enim Euangelium addit operibus, proculdubio fatetur Euangelicam promissionem non apprehendi, nisi ab operantibus, ac perinde non solam fidem Evangelicam, verum & Evangelica opera iustificare. Quando enim ignavis aut desidiosis se promitteret fore propicium Christus, cum dicat arctam esse viam quae ducit ad vitam, regnumque ccelorum vim pati, & a violentis esse possidendum? Verissimum itaque fatetur esse quod Philippus dicit: Legem non vere fieri sine fide, nec placere nisi propter fidem & Christum, cui credentes fidimus, fidei tamen adiuncta legis obseruatio placet, placat, atque adeo iustificat: hoc est, facit ut non imputentur nobis peccata, quae ante fidem per incredulitatem perpetrantur, vel post fidem humana fragilitate quotidie admittuntur, etiam ab ipsis quibus nihil est prius virtute, nihil antiquius, quam diuinis se per omnia praceptis accommodare, quibus fides multipliciter prodest. Primum, quod fide intercedente, Christus confert illis vim, ut legem, ad quam humanae vires non attin-

gebant

Iohan. 15

Heb. 11

Rom. 5

Philippus

vel inui-

tus verita-

rem fate-

sur.

Matth. 7

Matth. 11

ADVERSUS LVTH. DOGMATA. Fol. 79.

gebant, obseruent, ad hoc enim in similitudine carnis peccati ^{Roma.}
 venit, vt quod impossibile erat legi perficere, iustificatio ^{Roma. 8} le^s
 gis impleretur in his, qui non secundum carnem ambulant,
 sed secundum spiritum. Secundo, quod ipsa legis obseruatio
 quantumlibet perfecta, qualis vix reperitur, inefficax esset ad
 æternam felicitatem, nisi per Christum, cuius membra nos fa-
 cit fides, æternitatem quandam obtineret in merendo. Hinc ^{2. Cer. 4}
 enim sit, vt quod momentaneum est & leue tribulationis no-
 stræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus o-
 peretur in nobis. Tertio, quod cum capessentibus æternitatē
 hanc, in via, qua ambulamus (vt ait propheta) absconderint ^{Psal. 141}
 superbi laqueum nobis tam multiplicem, vt nemo queat euia-
 dere, quin aut corruat, aut cadat, aut hæreat, aut cespiter, Chri-
 stus semper credentibus adest, vt iacentes erigat, errantes di-
 rigat, cadentes subleuet, labantes sustineat, hærentes expediat.
 Nam dominus soluit cōpeditos, dominus illuminat cæcos,
 erigit elisos, dominus diligit iustos. Quos iustos, nisi quos ^{Psal. 143}
 soluendo, illuminando, erigendo, dirigendo, trahendo iusti-
 ficat? Quarto, quod eadem fides, vt cadentes, collisi, & obru-
 ti facinoribus, non desperemus de Christi misericordia, qui
 vt quotidie experimur, sanat contritos corde, & alligat con-
 tritiones eorum. Quicq; per prophetas suos quotidie clamat: ^{Psal. 146}
 Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Haec gemina
 conuersio est quæ hominem iustificat, hoc est, quodam mo-
 do Deo componit & æquat. Quod si quæras, quomodo de-
 beat fieri, in promptu est tibi forma, quam per Iohelem doc- ^{Iohel. 2}
 minus tradit. Conuertimini, inquit, ad me in toto corde ve-

V iii stro,

F. ALFONSVS VIRVESIVS

stro,in iejunio & fletu & planctu : Scindite corda vestra,&
non vestimenta vestra,& cōuertimini ad dominum Deum
vestrum,quia benignus & misericors est,patiens & multum
misericors,præstabilis super malitiam. Habemus gratuitam
promissionem diuinæ erga nos propiciatio[n]is & clementiæ,
quæ sine vestium concisione,hoc est, veteris iudaismi ritibus
hominem procul dubio semel apprehensa iustificat. Sed o[ste]r
portet animaduertere quibus legibus apprehendatur,totius
nimirum cordis conuersione,quam externa opera, si facultas
assit & oportunitas , profitemur . Fides itaque promissioni
credit, sed vera legis obseruatio charitas , quæ fidem perficit,
promissionis fructum apprehendit, peccatorum ne[m]pe re-
missionem,iustificationem , & horum omnium mercedem,
æternam felicitatem:Hæc est catholica totius ecclesiæ doctri-
na, quam quosdam qui veniunt in vestimentis ouium,intrin-
secus autem sunt lupi rapaces , humanis interdum traditio-
nibus, priuatim ad quæstus & lucrum excogitatis,obscuras-
se,haud inficias imus , semper tamen pijs in libertatem , citra
hæreses & scandala,veram pietatem licuit assurerere, quod no-
stra mediocritas est non semel experta . Quare non iniuria
Lutheri & Philippi excusationem reijcimus , qua missarum
nobis cauponationes,rosariorum,fraternitatum,imaguncu-
larum , & cæterorum id genus præposteram vulgi fiduciam
obiiciunt,quam inuexit sane quorundam auaritia , qui quæ-
stum existimant pietatem,ecclesia tamen minime probant,
licet episcopis plus iusto fortasse connuentibus . Reijcimus,
inquam,huiuscemodi excusationes , quia non decebat, bo-
nis

ADVERSUS LVTH. DOGMATA. Fol. 80.

nis Christi & ecclesiæ legibus peruersos hominū obesse mo-
res; nec erat prauæ voluntatis morbo intellectus deprauatio-
ne medendum. Maneat catholicis veritatibus suā fides: ma-
neat suū honos ecclesiæ cum legibus tum antiquis consue-
tudinibus. His reuerēter prætermisis & intactis, in uehamur
in vanos hominum abusus, exclamemus in vitia, excandesca-
mus, etiam si placet, in scelera, que longa consuetudine peccan-
tium, pastorum cessatione atq; socordia, quasi legum vim a-
pud vtriusq; ordinis plærosq; proceres sunt adepti, euange-
lica tñ modestia seruata in primis, de qua Christum nos ad-
monuisse reor cū dicit: Estote prudētes sicut serpentes & sim-
plices sicut columbæ, id quod hac potissimum ratione præ-
stabimus, si cæterorū criminā cū verbis tum motibus nostris
dānantes, nominibus, vbi correctionis aut cōmunis totius ec-
clesiæ utilitatis spes non affuerit, pepercérimus. Fratres em &
conserui nostri sunt príncipes, pontifices, monachi, sacerdo-
tes & cæteri, quorum offendimur moribus. Domino suo Rom. 14
stant aut cadunt, quin plures illorum credendi sunt stare, po-
tentis est enim deus statuere illos. Iam si quis contendat in hac
doctrina de fide & operibus mihi & Philippo per oīa conue-
nire rebus, verbis tantum videri diuersos, ego non video qui
possint conuenire nobiscum illi, qui cum in responsionibus
argumentorum iustificationis partem charitati concesserint
dissentendi tamen studio non modo charitatem a iustifica-
tione differendo secludunt, hominem sola fide iustificari di-
cunt, verum quo magis videamur illis aduersari, fingunt
nos docere hominem solis operibus iustificari etiā sine fide,

qua

Matth. 10

Rom. 14

Quantum
discrimi-
nis sit in-
ter Philip-
pica do-
gmata &
catholicā
sententiam
de iustifi-
catione.

F. ALFONSVS VIRVESIVS

qua nulla potest esse vanitas impudentior. Veruntamen n*isi* hil ego grauabor Philippo cedere, modo ingenue, quod facil limum est, & in primis necessarium, deserat verborum nouitatem, qua hactenus tot scādala sunt genita, tot hæresibus occasiones apertæ. Ad hæc dininæ legis præcepta non contemnatur, cuius finis est, non fides sola, sed charitas, inquit Paulus, de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta. Et addit: quod ab his quidam aberrantes conuersi sunt in vaniloquium, volentes esse legis doctores, non intelligentes, neque quæ loquuntur, nec de quibus affirmant. Quid vero est ab his aberrare, nisi aut legem, hoc est, charitatē a fide, aut fidem a charitate in iustificatione se iungere, cum utramq; semper

Cur Apo-
stolus vi-
deatur va-
rius in do-
cetina de-
fide et ope-
ribus. apostolus in operatione coniungat? Nam quod nunc proponitur est in hanc, nunc in illam, varietas morum, conditio-

causa. Cæterum cū vnum totius Euangelicæ doctrinæ præ-
dicatorem instituit, quid illi præcipiat audiamus. Formam
habe, inquit, sanorum verborum quæ a me audisti in fide, &
in dilectione in Christo Iesu: Hic ostendit aperte quid sit
per epistolas siue per sermones (nam utroq; modo perhibet
se tradidisse præcepta) de fide & charitate docuerit, nec satis
est ei, si bonam habeamus doctrinam, nisi & formam sanorum
verborum in docendo seruemus, hoc est, ijs utamur verbis, quæ nullum errorem, nullum scandalum, nullam deceptionem gignere possint in animis audientium. Hanc formam si Lutherus, si Philippus, si cæteri eiusdem classis seruare voluissent viri Germani, minime vobis nunc opus esset

nostra

nostra monitio, qui cæteros cum verbis tum exemplis olim
veræ atq; catholicæ pietatis admonere consueuistis. Vnde e-
nim tanta pietas, tanta probitas, tanta religio, quanta ex Ger-
mania, priusquam Lutherus illam fascinaret, multis a suscep-
pta Christi fide sæculis prodierat: Nunc vero: At præstat
verbum nullum addere, quando decreui quos causa vinco,
superare modestia: Apostolicis duntaxat verbis disputatio-
nem claudamus. Pax Dei quæ exuperat omnem sensum, cu= Philip. 4
stodiat corda vestra & intelligentias vestras in Christo Iesu.
De cætero fratres quæcunq; sunt vera, quæcunque pudica,
quæcunq; iusta, quæcunq; sancta, quæcunq; diligenda, quæ-
cunq; bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc co-
gitate, & Deus pacis erit vobiscum.

Philippica IX. De poenitentia & absolutione.

His quæ hactenus de iustificatione diximus, maxi-
me connexa sunt omnia, quæ de poenitentia &
absolutione differuntur, idcirco quanvis articu-
lis vndecimo & duodecimo confessionis vestræ
Germani tradantur, mihi visum est hic de poenitentia dispu-
tare, alioquin multa eorum quæ modo diximus, essent nobis
denuo repetenda. Hac de re vestra confessio ita sententiam
explicat, ut nostram damnet: et si Christo placet, hereticorum
sententijs annumeret. Damnatis Anabaptistas, qui negat se-
mel iustificatos posse amittere spiritum sanctum. Damnatis
Nouatianos, qui nolebāt absoluere lapsos post baptisma re-
deuentes ad poenitentiam. Post hos subiçitis eos qui non do-

Lutheranori sen-
tentia de
poenit. 12.

F. ALFONSVS VIRVESIVS

cent remissionem peccatorum per fidem contingere, sed docent remissionem peccatorum contingere propter nostram dilectionem & opera. Si qui sunt, qui a remissione peccatorum fidem excludant, tanquam non necessariam aut inefficacem, merito rejiciuntur a vobis: nullos tamen credo hactenus ita despississe, sed doctores vestri, ut ingenue dicā, in hoc & alijs huiuscmodi vobis imponunt, falsa dogmata ex vera theologiae doctrina confingentes, quo nos vobis reddant suspectos & inuisos, & ipsi habeant aduersus quos insurrexisse videantur, dum in fictas opiniones maximo conatu, uti somniantes in propria simulachra inueniuntur, & fingentes sibi monstrâ quae vincant, meras umbras ducunt in triumphum. Fuerunt hactenus nostri fateor propensiōres in charitatem & charitatis opera commendāda, quam in fidem. Sed hoc non eo siebat, quod ignorarent fidem ante omnia necessariam esse sine qua impossibile est placere deo, sed quod viderent adesse tempora de quibus Christus ait futurum, ut iniquitate superabundante multorum charitas refrigesceret. Id quod experimenta non pauca docent, totus enim mundus iniquitatibus abundat, a quo charitas propemodum exulauit. Quamobrem hoc opus, hic labor est, huc totis viribus adnitendum, ac velis remisque (quod aiunt) incumbendum, ut homines ab iniquitatibus arceantur: studeant charitati. Fidem enim, quatenus vulgus eam intelligit, & assequi potest, omnes sese credunt habere, quicunque sunt Christo per baptismum initiati. Priuatas theologorum subtilitates de fide non intelligunt, tantum abest, ut & Lutheri hyperboles,

Vulgat
des qualis
st.

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 82.

les, & paradoxa queant animo comprehendere. Siquidem, quod Cicero verissime dicit, alia est illa, cum veritas ipsa legitimatur, in disputatione subtilitas, alia cum ad opinionem communem omnis accommodatur oratio: In qua et si nihil debet erroris inesse, veritatem tamen oportet vulgaris intelligentiae captui adaptari. Quare de fide differentibus non est opus Lutheranas aut Philippicas admiscere hyperboles, que vix in disputationibus explicantur, sed ex ipsa vulgari sententia genus quoddam infidelitatis, quod hodie fidelibus maxime nocet, exprobrare. Horum vitrumque facilissimum est, quando videmus fidem semel in baptismo suscepitam non amitti, nisi aut incredulitate, aut heres; remitti tamen, & velut extingui, si charitas desit. Quid proderit fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Nunquid poterit fides saluare eum? Et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Fidei ergo virtus & energia cum sit charitas, quia fides per dilectionem operatur, certissimum est, eatenus fidem in nobis augeri quatenus charitatis operibus excitatur & acceditur. Ex his colligitur nostrorum doctrinam non modo piam, verum & utilem habetens fuisse. Non de ijs loquor, qui superstitiones preculas aut inanes peregrinationes maximo venditant, & pro eis regnum coelorum, modo pecuniola intersit, confidentissime pollicentur, pseudologi, cauponatores, non theologi doctores. Sed de ijs, qui cum Paulo excellentiorem charitatis viam nobis demonstrant, beneficentiae & communicatio-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Hebr. 13
Lutheranū
dogma
quale.

nis nos admonent, talibus enim hostijs promeretur Deus.
At vestrorum doctrina, vt impia non sit, certe vtilis esse non
potest, quia maxime sibi vulgus per eam de nomine Christi
ano blanditur, cum audit, poenitentiæ vim sitam esse in fide,
qua sola peccatorum remissionem consequantur: modo fir-
missime credant, prolata duntaxat absolutione, etiam si cæte-
ra omnia neglexerint, se consequutos: Et hac doctrina vsque
adeo in solefecit Philippus, vt dicat se & cæteros, qui Lutherū
sunt sequuti, beneficium absolutionis & potestatem clau-
um ita illustrasse & ornasse, vt multæ afflictæ conscientiæ ex
doctrina eorum consolationem acceperint: postquam au-
dierunt, inquit, mandatum Dei esse: imo propriam Euange-
lij vocem, vt absolutioni credamus, & certo statuamus, nobis
gratis donari remissionem peccatorum propter Christum,
& sentiamus vere nos hac fide recōciliari Deo. Et addit: Hæc
sententia multas pias mentes erexit, & initio commendatio-
nem maximam apud omnes bonos viros attulit Lutherο,
cum ostendit certam & firmam consolationem conscientijs,
quia ante a tota vis absolutionis erat oppressa doctrinis ope-
rum, cum de fide & gratuita remissione nihil dacerent so-
phistæ, & monachi: Liceat mihi, viri Germani, vestra o-
mnium & eius obsecro pace id respondere Philippo, quod
veteri prouerbio vulgo iactatur: Oportet mendacem es-
se memorem. Nam vt hic non fuerit studio mentitus,
quod facile credam, certe memoria lapsus est, in comme-
morando primam Lutheri doctrinam, de poenitentia:
Primam dixi, quia varie hac de re, sicut & de cæteris, quas
nouo

nouo dogmate conuulsit, loquutus est aliquoties: Primo nā-
que non fidei, sed charitati pœnitentiae summam vimq; tri-
buerat, theologorum contritiones explodebat, irridebat at-
tritiones, timores damnabat, nec a terroribus istis, quos mo-
do incutit, sed a dilectione existimabat inchoādam esse pœ-
nitentiam: Hæc constant, tum ex conclusionibus quas
tunc temporis, cum a Germanis theologis vrgeretur, misit
ad Leonem pontificem maximum, tum ex lucubrationibus
quibus mox, non proponendo iam vt prius, sed asserendo
coepit ea contente defendere. Damnata vero ab eodem pon-
tifice, & sunt a Lutherō, non modo non mutata, aut commo-
da quapiam expositione lenita, verum nouis aucta blasphe-
mīs procacius defensa. Nunc vestra confessio & Philippi
apologia contritionem & timorem, tametsi mutato in terro-
res nomine, exigit ad pœnitentiam, theologos & communē
ecclesiæ doctrinam in hoc etiam si nolit sequuta, charitatem
vero ab ea prorsus excludit. Reijcitis enim, & inter hæreti-
cos annumeratis eos, qui docent remissionem peccatorum
contingere propter nostram dilectionē, aut crasse nimis obli-
ti, aut impie damnantē, quod Christus ait: Lucæ VII. Di-
missa sunt ei peccata multa, quoniā dilexit multum. Sed de
his hactenus satis superque diximus. Reliquum est, quæ spe-
cialius de pœnitentia cōtinet vestra confessio, in mediū pro-
ducere. Nō satis est vobis confessionem simpliciter profer-
re, verum & doctrinā additis de partibus pœnitentiæ, quasi
necessarium sit, ut qua de re, nec firmam quidem & commu-
nem omnibus opinionem sapientes sunt assequuti, de eadē

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Poenitentia necessaria multa requirit q̄ non sunt ipsius penitentiae partes. vulgus fidem habeat explicatam , quam conceptis verbis profiteatur.Poenitentiam omnes catholici credunt, de partibus eius non perinde conueniunt, q̄ multa sint ad poenitentiam necessaria , quæ tamen non sunt ipsius poenitentiae partes . Sicut multa sunt ad politicam iustitiam necessaria, quæ iustitiae partes non sunt. Quam ob rem, sicut satis est vulgo vitare libidinem, & absq; eo quod eius omnes partes & species intelligat distincte , aut possit enunciare diserte : ita satis est ei, si sacramenta suscipiat a Christo, ut symbola essent gratiae instituta, absq; eo quod distincte intelligat vniuersalium sacramenti definitiones & partes. Quando enim agricultarum & opilionum vulgus hoc assequetur? An omnes hos & id genus alios ab æternæ vitæ iure secludemus , quia non valēt

Vulgus nō condēnat Lutheranæ fidei argutias, & sacramentorum partes, de qbus inter eruditos minime conuenit, intelligere. Cæterum vt ne dei Luthe ranæ non caller. cessario ista (quod nunq; concesserim) in vestra confessione

sint posita, dispiciamus, an vere, confessionis verba sic habēt: Constat aut̄ poenitentia proprie his duabus partibus , altera est contritio, scilicet terroris incussi conscientiæ agnito peccato: altera est fides quæ concipiatur ex Euangelio seu absolitione, & credit propter Christum remitti peccata, & consolatur conscientiæ, & ex terroribus liberat. Istam poenitentie vestre consolationem Philippus auget in apologia, præscindens

Constitutio quid est se cundū Phili pum. Sed dicimus, inquit, contritione esse veros terrores conscientiæ, quæ Deū sentit irasci peccato, & dolet, se peccasse. Quam vellem,

velle, ut Philippus istos veros terrores, quibus serio con-
 scientia (sic enim illos exponit) dolere consueuit, a falsis mihi
 distingueret, quibus ioco dolere possit: ut, sublatis disputati-
 onibus nostris otiosis de duplice contritionis origine, aliquid
 lucidius ipse, quod nulla indigeret quæstione, pro nostris di-
 sputationibus substitueret. Nobis vera contritio verus ti-
 mor est, qui iure dicitur filialis, etiam si non sit usquequaque
 perfectus, cum animus nollet Deum offendisse, quem se tamē
 offendisse recolit. Nam tristitiam ita diffinit Augustinus: ut
 sit animi commotio de ijs rebus, quæ nobis nolentibus acci-
 dunt: idcirco qualis fuerit res ipsa, propter quam tristitia affi-
 cimur aut timore, talis erit timor noster & tristitia, siue vera
 siue falsa. Hoc discrimenō potest dignosci per affectus ipsos
 quatenus sunt qualitates animum immutantes, quoniā hoc
 modo æque vera est una tristitia, sicut alia, etiam si non sint
 æquales; sed dignoscitur ipsa radice perturbationis, quam ap-
 pellamus obiectum: ita ut tristitia quæ oritur ex vero malo,
 vera tristitia sit, quæ vero ex malo apparenti, dicaturappa-
 rents aut falsa tristitia, tametsi quandiu obiectum animo ap-
 prehenditur ut malum, æque vere contrastat & micerore af-
 ficit animum, ut si vero malo esset commotus. Ita, quod ad
 ipsas affectiones attinet, nulla tristitia non est vera tristitia,
 atque adeo nullus dolor, nullus terror non est verus: nec
 unquam anima non serio dolet, quandiu quoquomodo do-
 let. Idem iudicandum est de timore: utriusq; enim affectus
 radix & obiectum est malum, sed tristitiae, re aut recorda-
 tione præsens, timoris vero, re aut opinione saltem futurum.

Augustinus.
 Contrito-
 catholica
 quid sit.

Differētia
 inter tri-
 stiam veri
 & falsam
 quod di-
 gnoscitur

Tri-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Tristitia ergo si sit de peccato præterito , quod quisq; nollet admisisse, vera tristitia est dicenda : quoniam de vero malo adeocq; digno quod mcerore animum afficiat , oritur : si vero ita sit de futuræ pœng, cuius reus iam tenetur animus, cōsi deratione, vt secluso reatu nihil alioqui moraretur ipsa pec cata, non vera tristitia est, aut saltem non est vera poenitentia , quando non illum pœnitet, offendisse Deum, sed se ipsum reatus incōmodo læsisse : Et hæc pœnitentia atque tri stitia est quæ proprie ex timore seruili oritur : seruorum est enim, non dominorum suorum offensiones, sed proprias ti mere pœnas. Philippus hæc omnia velut otiosas disputatio nes floccipendens, tantum exigit a nobis veros terrores, qui bus anima serio doleat , quos tamē terrores qui possit a falsis discernere sine his disputationibus, non video . Et sunt , qui specie duntaxat verborum commoti, re vero minime intel lecta, nec animaduersa quidem , pecudum instar sequantur voces, quæ ipsis etiam a quibus excogitatæ sunt, nihil nisi clas sicū celeuma significant. Nos vero verbis prætermissis, rem persequamur. His veris terroribus precipit Philippus succe dere fidem, qua conscientia terroribus contrita ad consola tionem erigatur. Et hāc dicit esse doctrinam, qua illustrauit & ornauit beneficium absolutionis & potestatem clauium, & quæ multas pias mentes erexit, & initio commendationē maximam apud omnes bonos viros attulit Lutherο. Quid Lutherus initio sui dogmatis de pœnitentia docuerit, attigi mus modo, quod valde diuersum fuit ab hac doctrina, qua piæ mentes erectæ, maximam cepisse cōsolutionem, iactan tur:

tur. Cæterum consolari conscientias facillimum esset etiā nobis, nisi esset pax quædam & consolatio animæ perniciosa, q̄ concipitur erroris persuasione semel suscepta, de qua Hiero-^{Hiero. 6} mias . Curabant (ait dominus) contritionem filiæ populi cum ignominia , dicentes pax pax, & non erat pax . Vera conscientiæ pax & securitas, & si non possit esse sine fide, nō tamē possidetur per solā fidem, nisi adsit charitas , per quam operatur. Gloria honor & pax omni operati bonum. Nam ^{Rom..} quæ, per Deum, pax poterit esse animæ, quæ ita credit se per verbum Dei a peccatis præteritis absolui : vt tamen futura non habeat in animo vitare. Dicetis, (scio) hoc esse impossibile: Imo nihil frequentius vulgo vestratum . Ita enim sibi persuaserunt, nihil opus esse ad perfectam venie cōsequuntionem , nisi vt firmissime credant se absolutos , cum audirent absolutionem, quæ innititur Euangeliō. Rursum dicetis, ista fidem perseverationem in peccatis minime ferre : quia cum præcesserint veri terrores, serio dolet se peccasse, quod est impossibile ei, quia adhuc peccare decreuit. At cum veros terrores exigatis, tacite fatemini esse falsos, quibus posset anima decipi: qui poterit ergo nosse poenitens veros se habere terrores, & serio dolere: vt fide succidente pacationē & securitatena accipiat, præsertim cum hos terrores ita depingat Lutherus & Philippus, vt dicant non illos posse animam sustinere, quin rueret in desperationem, nisi sustentaretur verbo Dei. Atque hinc colligunt discrimen inter poenitentiam Petri & Iudæ, quorum vtruncq; volunt habuisse veros terrores. Sed alter, hoc est, Petrus, erectus est verbo Dei, alter ve-

Discrimē
inter pecci-
tētiam Iu-
dæ & Petri
secundum
Lutherū &
Philippū

Y ro de-

F. ALFONSVS VIR VESIVS

ro desperauit: quia veri terrores sustineri non possunt sine
verbo Dei. Cum ergo tales describantur a vestrīs doctori-
bus veri terrores, sine quibus mens non erigitur fide, quosq;
partem faciunt veræ poenitentiae, quis poterit scire se veros
habuisse terrores, aut vnde dignoscet illos a falsis, ne illud
tur? Dicent hos terrores concipi verbo Dei, cum per illud
arguuntur peccata. Audio, sed interim nullam video no-
tam discriminis, qua possim veros terrores distinguere a fal-
sis, nisi præter hoc quod Iudas, quos dicitur habuisse veros
terrores non videtur concepisse verbo Dei. Idem verbum
Dei audiunt, qui vere conuertuntur, & quos falso poenit-
tent, nec omnes qui verbi comminationes auditunt, dolent
quod peccauerint, sed quod æternæ mortis reos sese fieri pec-
cando vident. Et sentiunt quidem vehementes atque terri-
biles animi cruciatus, qui tamen non huc animum inducūt,
vt doleat, quod ipse tam iniquus fuerit, sed quod Deus tam
æquus sit, aut quod ipsi iudicant, sœuerus: Fac huiusmodi
hominem quod genus multi sunt, vrgentibus hisce animi
terroribus, audita Philippi doctrina, misericordiæ fiducia
erigi, leuamen absolutionis quærere, ita tamen vt sibi (qua-
do nihil ab eo nisi fides exigitur) persuaserit, cum primum
absoluentis verba audierit, & absolui se etiam non confes-
sum crediderit, absolutum esse, hoc est, poenas illas, quas
timuerat, euallisſe: etenim talem quærebat misericordiam,
quale de sua miseria iudicium habuerat, existimans se mise-
rum, non quod peccauerat, sed quod vltionis se fecerat re-
um, & ideo eius concepit securitatem ex absolutione, cuius
præ-

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. FOL. 85.

præceperat metum in comminatione. Dicetis ne hūc hominem veros habuisse terrores, serio doluisse, veram adhibuisse absolutioni fidem, postremo veram pacem & securitatē animi consequutum? Quod si dixeritis, ut dicturos vos esse reor, nihil eorum, quæ huiuscmodi homines aut agunt, aut patiuntur, vera esse: superest nobis integra quæstio, ut quo veram animi securitatem possidere valeamus, ostendatis nobis modum, quo possimus dignoscere veros terrores, & cæteros affectus, a falsis discernere, quandoquidem vtrique concipiūtur externa verbi Dei perceptione. Eadem est nobis quæstio de fide, quoniam si quancunque probatis, et sufficere dicitis in poenitentia, ad peccatorum remissionem obtinendam, quid iudicabimus de ihs, qui ita credunt se a præteritis peccatis absolvi, ut a futuris tamen abstinere non sint, imo qui fiducia ista, quam de remissionis facilitate, simul atque absoluētis verbo crediderint, conceperunt: proprieores fiunt ad flagitia. Dicetis ne hanc fidem illis sufficere ad iustitiam & absolutionem a peccatis, qua fide, quod ad certitudinem attinet ita firmissime credunt absolutioni, ut nulli firmius? Quod si responderitis, haud quancunq; sufficere fidem, sed viuidam quādam ac minime otiosam, qualē etiam ante charitatem doctores vestri cōminiscuntur, ut potest q; sine charitate iustificat, quā obsecro securitatē concipiēt illi, qui post conscientiæ terrores, quos misericordiæ fiducia atq; fides excipit, absoluti, nihilo minus experiūtur sese affectibus impugnari, interdum & expugnari, q; antea. Etenim per pauci sunt in quibus tanta fiat repente mutatio, ut per

Y n eam

F. ALFONSVS VIRVESIVS

eam possint cognoscere præterita sibi peccata dimissa: Vn^o de ergo cæteri tam multi scient se habuisse fidem illam veram & efficacem, quæ opus est, & sufficit absolutioni: Quid quod terrores isti, quos oportet præcedere fidem tam graves, ut nequeat illos anima sustinere, quin desperet, & caliginis barathro obruatur, nemo est vñquam nec in vobis expertus, nec Lutherus quidem ipse nec Philippus: Quid igitur opus est magnificis verbis fumos offundere, in re, quam maxime oportet esse perspicuum: Cum itaque tantas tamque difficiles habeat doctrina vestra quæstiones, in quibus hærere, ac cespitare possit conscientia, & scrupulis inextricabilibus implicari, quam consolationem potest p̄ijs mentibus afferre: Obijcietis mihi fortassis experimentum, q̄ pluri morū conscientiæ videntur erectæ ad Lutheri doctrinā, qua (vt Philippus ait) illustravit & ornauit beneficium absolutionis. Obscro bone vir, qui potest misellus homuntio Dei beneficium ornare & illustrare: Quis nisi prorsus impius & impudens sibi audeat arrogare, aut hominū cuiquam tribuere ista, quæ vos Lutheranis tribuitis adiuentis: At vitabit scio Philippus (q̄ est eius ad omnia dexteritas) hanc inuidiam dicens, non esse illustrare & ornare quicquam ipsi rei contulisse virtutis, aut addidisse decoris, sed sapientiæ Lutheranae splendorem, quo facilius hæc possent intelligi, admouisse. De verbis nihil moror, neque nunc volo quid significant ea, neque quam modesta sint, discutere: quibus post tot ecclesiæ concilia, post tot orthodoxos patres, post tot pontificum decreta, quasi corniculum oculi cōfinguntur.

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 87.

tur. Tantum per cōmunem salutem de qua differimus vos
contestor, & admoneo, viri Germani: vt animaduertatis
quantas & quales potius tenebras offundat pijs mentibus
dogma Lutheri, modo non perfunctorie, vt vulgo periculo-
sissime fit, sed pressius ac diligentius excutiantur. Nam vt ad
Experimenta reuertar, facile mihi erit, multis aliorum atq; cer-
tioribus experimentis refellere. Deprehendí, cum essem in
Germania, omnes ferme qui Luthero credunt, nihil aliud in-
telligere de verbis eius, quam fidem illam vulgarem, qua se se
Christianos existimant, sufficere eis ad iustitiam, & peccato-
rum remissionem, modo firmissime credant: se se quales qua-
les fuerint, mox vt absolutionis verba proferuntur, ab vni-
uersis peccatis absolutos euadere: Quem vulgi errorem, nisi
communis esset, & quasi populariter receptus, nunq̄ Eras-
mus vir doctus & probus, sed Lutheranis dogmatibus non
perinde infensus atq; furori, in colloquijs, quae vulgo scripsit,
irrisione peracuta dānaret. Porro huic persuasioni cum ad-
iuncta sit alia, qua Lutherus docet, non esse opus, peccata fa-
cerdotibus confiteri, mirum ni maximam ex vtracq; consola-
tionem conceperit vulgus: cuius semper fuit, iugum Christi
detrectare, & veram cordis mortificationem exhorrescere.
Nam apud eos, qui in vobis sunt doctiores & cordatiiores, ni-
hil aliud fecit Lutheri doctrina, quam vt vtrincq; perplexi &
ancipites, nec illi, nec nobis credant. Evidem animaduertūt
nostrorum mores, & sacrificiorum (quod negandum non
est) quosdam abusus, ex quibus, occasione accepta. Lutherus
catholicam doctrinam vehementer sit insectatus, & omni-

Y iii bus

F. ALFONSVS VIRVESIVS

bis propter quorundam criminā negociū exhibuerit. Rur
sus vident vestrorum mores nostris (vt modeste loquar) nī
hilo meliores: quibus adiungunt, quam varie, quam perple
xe sua dogmata prodat Lutherus, quam frigide probet, quā
multa magnificis verbis polliceatur: quam nulla solidis argu
mentationibus præstet, qui fit, vt ita nobis aduersentur exte
rius, vt tamen interius Lutherο minus quam nobis credant.
Nihil inexpertum loquit, multis congressibus, varijs collo
quijs explorata mihi sunt, quæ scribo. Sed interim, ne istorū
claudicationem probare videar, identidem mihi repetendū
est: non debere, sacras & pias ecclesiæ doctrinas ac leges, pro
pter iniquitatem eorum qui abutuntur illis, in ius vocari, aut
quoquo modo contemni. Haud ergo, vt ad Philippi verba
reuertar, apud bonos & sapientes viros noua doctrina com
mendationem attulit Lutherο. Sed apud ineptas muliercu
las, apud rudis & vulgaris ingenij homines, animales, non
percipientes, quæ sunt spiritus Dei, quos peccare iuuat, con
fiteri pudet, emendari tædet, & aduersus hæc omnia vñico
se clipeo protexerunt, Lutherana fide, qua in medijs sibi fa
cinoribus blandiuntur: quippe quod credunt (quid nī cum
sit facillimum) audito verbo absolutionis, & a se peccatis o
mnibus absolui recepto, hac sola fide iustificari. Hi sunt, qui
bus Lutheri doctrina probatur: quod illorum libidini tam
indecore seruiat, vt non sit veritus, primam sententiam, quo
vulgi cederet affectibus, identidem, quod superius ostен
sum est, mutare. Hactenus de vestra confessione, Germani,
& Philippica defensione: nunc quibus eam fundamentis

Funda
menta Phi
lippica in
confessione.

con-

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 88.

confirmet audiamus. Primo, quam vocamus sacramētalem confessionem reijcit, tanquam pœnitentiæ minime necessariam, tametsi quandam speciem eius permittit arbitrio sacerdotum, quo facilius possint doceri rudes. Hanc doctrinam, qua vetustissimam ecclesiæ consuetudinem (vt nihil aliud addam) conuellit, nulla firmat authoritate: tantum irridet nostros theologos, qui vestræ confessioni obiecerunt caput cuius initium. Omnis vtriusque sexus quod habetur. Tit. de pœni. & remiss. libro quinto dec. de quo iudicat sicut de cæteris humanis constitutionibus, quod non sint cultus ad iustificationem necessarij. Probat vero iudicium, ne temere pronunciasse videatur, per Panormitanum & alios iurisconsultos, qui modo sunt illi eruditi, cum alias sint Luther ac Lutheranis omnibus prorsus graculi ad fides. Attamen si probatio nostrorum per commune totius ecclesiæ decretum visa est vobis imbecilla, qualis erit Philippi probatio per Panormitanum & Canonistas, qui tantam humana iura profitentur: diuinum aut ignorant omnino, aut perfunctione, dum taxat, attingunt. Hoccine est ornasse beneficium absolutionis, & potestatem clauium illustrasse, in re quæ tota pendet ab archanis literis Panormitani testimoniū afferre? Nos vero potestatem clauium nec illustrare, nec ornare, pollicemur: qualis tamen & quanta sit haec potestas, in lucem ex sacris literis dare conabimur, nihil nouum afferentes, sed quod patres orthodoxi tradiderunt, & ecclesia sequuta est, comprobantes. Quanta sit haec potestas attingemus inferius, cum fuerit de ecclesia differens.

dum:

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Qualis sit
clavum
potestas.
March.16

Iohan.20

Sacerdos
potest ab-
soluerre sed
non dam-
nare.

dum: qualis sit, declarant Christi verba cum dicit Petro: Tibi dabo claves regni cœlorum: & quodcunq[ue] ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunq[ue] solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Generalius vero omnibus simul apostolis: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retentae erunt. Vt terc[u] locus præ se fert, potestatem hanc, de qua loquimur, esse iudicialem: aut, quod elegatius expressit Maximus, esse iudicandi potestatem, Ad iudices enim expectat, reum aut absoluere, aut daminare, quo d[omi]n[u]s scriptura propria phras[is] dixit soluere, & ligare, remittere, & retinere. Remittuntur peccata, cum peccator absoluitur, retinentur cum ei non conferatur absolutio, non enim ut remittere est absoluere, ita retinere est damnare. Potest sacerdos autoritate clavium absoluere reum a peccatis, damnare non potest, nisi quatenus absolucione iudicat indignum: idcirco non dixit Christus apostolis: Quos absoluueritis erunt absoluti, quos dānaueritis dannati, sed loco absolutionis posita est remissio, quæ idem facit: pro damnatione vero posita est retentio, quæ non est damnatio, sed iudicium, quo peccator pronunciatur indignus absolutione: Hunc sensum verba Christi, vt dixi, simplicissime accepta faciūt, neq[ue] quisquam est illi hactenus refragatus, Quam ob rem nulla coactione aut humano commento, sed simpliciter perspicua collectione ex verbis Christi deducitur, necessariam esse confessionem poenitentiæ, sicut causæ cognitio necessaria est iudicii, ad absoluendum aut damnandum reum. Nec propterea quod nomen confessionis, vt nunc accipimus, non

non est expressum in Euangelio, est negandū, confessionem esse iure diuino necessariam: quando nulla sermonis consuetudo habet, nec intelligentiae ordo exigit, ut cui commissum fuerit, sententiam in causa ferre: eidem causae cognitio aperi toribus verbis committatur. Etenim satis est si princeps magistratus dicat: Esto iudex huius vel illius causae, aut penes te sit potestas in alterutram huius cause partem pronunciandi, absq; eo quod superstitione præcipiat, audiri reos adhiberi testes: interrogari, examinari, & cætera fieri, q; iudicialis processus, vt vocant, requirit. Nam cuius principis potestate de totius rei summa sententiam est prolaturus, eiusdem auctoritate faciet omnia illa, etiam si præcepta non fuerint, sine quibus legitime pronunciare non potest. Et vt iuribus utamur aduersus iurisconsultos, præter hoc quod nihil diximus, cui communis animi conceptio, modo libera sit, non assentiatur, nihil est in iure compertius quam cui maiora committuntur, eidem & minora, quæ cōmissis inseruant, esse mandata. Est iuris regula hoc expresse continens in digestis: & Paulus antiquorum omnium celeberrimus iurisconsultus, notat in prima lege tituli de officio eius cui mandata est iurisdictio. Negat nihilominus Philippus, potestatem qua sacerdos absolvit esse iudiciale, qui tamē improbat, quod ipsa verborum facies ostentat. Non hic habet Panormitanū & Canonistas illos doctissimos quibus iuuari possit. At quod testimonijs & autoritate nequit aliorum, sua ratiocinatione confirmat. Quia non est, inquit, nisi potestas alieni beneficij: Ego ut sum parum latinus, vix intelligo quid sibi velit, potestas

Z alieni

F. . ALFONSVS. VIRVESIVS

alieni beneficij. Quicquid tamen sit, vnde probat? Nusq[ue] est sed vt donemus ei esse verum, quid tum postea, num statim sequitur, quod non sit iudicandi potestas? Imo omnis potestas iudicandi, & secernendi iustos ab iniustis ab altero accepta est potestas alieni beneficij, nempe principis, cuius vices in iudicando geruntur, qui princeps, & per eum qui principis fungitur officio, non illis modo, qui absoluuntur, est beneficus, verum toti reipublice in qua æquis legibus & legitimis magistratibus indignos secernit a dignis, iustos ab iniustis. Haud ergo etiā si alieni beneficij potestas dicatur absoluendi facultas, consequens est, vt non sit iudicialis, presertim cū non remittendi tantum peccata verum & retinendi vim habeat, quod non est solūmodo beneficium conferentis, sed & seuerissime indignatis fungi potestate. Intellexerunt hæc & proddiderunt literis sanctissimi iuxta atq[ue] doctissimi proceres ecclesiæ, ne quis causetur neothericorum hoc esse cōmentum.

**Sanctus Maximus de potesta
te clavis,** Nam diuinus Maximus, perinde maximus atq[ue] vetustus, catholicæ pietatis antistes, vt caeteros prætermittam, quos nostris citarunt, ita exponit Christi verba illa: Tibi dabo claves regni cœlorum, &c. Ne quos nos fratres, de creditis Petro clavis regni, more nostrarum clavium cogitatio terrena permoueat. Claves enim coeli lingua est Petri, quia singulorum meritæ censendo apostolus, vnicuiq[ue] regnum cœlorum aut claudit aut aperit. Non est ergo clavis ista mortalis artificis aptata manu, sed data a Christo potestas est iudicandi: Deinde ait eis: Quorum remiseritis peccata remissa erunt, & quorum detinueritis detenta erunt. Non igitur recentiorum

com-

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 50.

commentum, sed cum antiquor^e patrum tuū ecclesiae totius sententia est, potestatem clauium esse iudicandi facultatē. Ex quo perspicuū sit, quo iure necessaria est absolutio saluti, cōdem iure, nempe diuino, necessariam esse cōfessionem absolutioni, Siquidem peccatoris causæ iudicandæ necessario cognitio est, quando nullis alijs agendum est testibus, nisi singul^{Roma.} lorum conscientijs. Testimonium illis reddente conscientia ipsorum et inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendantibus in die cum iudicabit Deus occulta hominum, &c. Illuc sufficiet cogitationis accusatio aut defensio, vbi is erit iudex cui perspecta est hominis cogitatio, nempe Christus, hic aut opus est etiam verbis, sine quibus nō potest (quod Maximus clauibus tribuit) homo hominis merita censere. Neminem existimo usq^e adeo proteruum, aut impudentem fore, qui ambigere audeat, uter melius intellexerit verba Christi diuus Maximus, an Panormitanus, etiam si Philippus illi accedat, cum ille iuris humani, hic diuini fuerit professor, & interpres, nempe theologus & theologorum omnium ætate, sapientia, pietate, tantum non maximus. Alioquin dicant mihi obsecro, Canonistæ illi eruditi, quorum autoritate fatus Philippus, negat confessionem esse iure diuino necessariam, ante confessionem institutam a pontificiis bus illis, quos primo volunt eam induxisse. Vnde Petrus censere potuit singulorum merita, vt ait Maximus, si non erant illi prius quoquomodo nota. Quod si dixerint illum apostolum, potuisse arcana hominum non facta modo, verum & cogitata cognoscere; hoc certe ut aliquando da-

Z ij tum

F. ALFONSVS VIRVESIVS

rum sit apostolis, generatim solius est Dei, quod sibi potissimum in sacris literis consueuit sumere. Sed omittamus apostolos, neque enim cum illis extincta est haec censendi singulorum merita & iudicandi potestas, quando non tam illorum, quam totius est ecclesiae. Unde rogo sacerdos ante confessionem institutam a pontificibus, aut nunc sine confessione sumere potest censuræ rationem atque delectus, quo ex peccatoribus quibusdam aperiat, quibusdam claudat regna cœlorum. Hoc est, quosdam absoluat, quosdam vero sine absolutione prætereat; utrumque enim illi a Christo commissum, cum dicit: Quorum remiseritis peccata, remittentur: & quorum retinueritis, retenta erunt. Qui potest scire sacerdos duobus sibi peccatoribus propositis, utri illorum sit absolutio confenda, utri neganda, nisi utriusque conscientias fuerit diligenter per confessionem perscrutatus? Dicetis mihi fortasse, non hic agi de confessionis utilitate, quam vestrorum multifatetur, sed an fuerit a Christo præcepta, quod et si assaramus, statim, ut præceptum ex sacris literis proferatur, exigatis. At qui nos (ne præcepti vox offendiculo sit inueniendæ veritati) non tantum utilem esse monstrauimus, verum & necessariam absolutioni, quæ est præcipua potestas clavium, idque eiusdem potestatis naturam per sacras literas perscrutati, erimus in lucem: Quis autem vel mediocriter in illis versatus nescit esse quædam, quæ se scripturarum verba legentes simplici apprehensione non afferunt, eadem tamen penitus indagata in eisdem scripturis retrusa inueniuntur: nec possunt simplici testimonio literali, ut vocant, probari: etiam tamen

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 91.

tamen facile est in eisdem literis ostendere, modo contentio-
nis affectum ad scripturarum intelligentiam, aut dogmatis
alicuius affectionem non asseras. Huius theorematis exem-
pla prætermitto, tum quod multa sint ab alijs producta, qui
hoc idem, vel docendi vel redarguendi haereticos gratia: &
nunc demum aduersus Lutherum confirmauerunt: tum quod
sapientibus scribens nolim simplicibus, qui mordicus verba
sectantur, offendiculum in fide præbere. Scitis enim quales
tragædias & quam ingens negocium exhibuerint cuidā pri-
mi nominis theologo hæ voces: Hoc non habetur expresse:
illud aperte scriptura nō dicit: illud iterū aut tertio duntaxat
inuenies, & id genus aliae, quæ minus essent intolerabiles, si
de hisce rebus quas nunc perscrutamur, & non de totius fi-
dei nostræ summa, essent prolatæ. Sed de quacunque re sus-
cepta sit cōtrouersia, hoc certe nullam habet, quod bifariam
possit per scripturam sacram finiri, aut testimonium produ-
cendo quod formaliter (vt dici solet) & expresse alterutram
partem contineat, aut ex contentis necessaria collectione de-
ducendo (quod dicitur virtualis continentia) id quod mō
de confessione fecimus: Hæc negare haud Christianæ sapi-
entiæ est, sed Iudaicæ superstitionis. Quod si dubitetur, utro
sit potius assentiendum, contento ne formaliter, an ex contẽ-
tis legitima collectione deducto: mihi superuacanea videtur
huiuscmodi questio: Ea est enim sanctorum scripturarum
constantia, veritas, conuenientia, vt non sibi magis illa duo,
quam veritati veritas aduersari queant. Ut cunctæ tamen cō-
ferantur, hoc citra difficultatem est in cōfesso, quod omnibus

Z ij illis

F. ALFONSVS VIRVESIVS

illis quæ necessaria deductione colliguntur est firmissime af
fendiendum, nec possunt nisi impie dubitari, quandiu aper-
tius testimonium aduersus ea non profertur. Hæc cum ita
sint, ego vicissim a vobis & Philippo requiro testimonium
de scripturis, quo valeatis improbare, quod nos ex eisdē ra-
tiocinādo probauimus, & multis alijs locis est a doctoribus
confirmatum. Si non literalibus & expressis, certe talibus,
quales vos nunquam aduersus confessionem produxistis.
Nam quod Christus sine cōfessione quibusdani peccata re-
misit, non magis facit aduersus confessionem, quam adver-
sus baptismū, quod nonnullos saluos fecerit sine baptismo.
Rem ergo utilem vt vestrōꝝ plurimi satentur, necessariā, vt
noſtri probant, quorum argumentationes grauioribus non
refellitis, diuturna consuetudine & totius ecclesiæ cōſensu fir-
matam, temere procul dubio (ne quid acerbius dicā) abstuli-
ſtis, aut mutastis, ſola canonistarum quorundam autorita-
te, qui vt citat Philippus, dicunt non esse iure diuino necel-
ſariam. Iam quod Philippus addit, impossibile eſſe omnia

Psalm. 18 peccata confiteri, propter illud ex propheta: Delicta quis
Peccata intelligit? Nihil obstat ecclesiæ decreto, quod omnia pecca-
quotannis ta quotannis confiteri, quod alias necessarium erat absol-
confiteri uendis (vt probauimus) præcipit: ea videlicet quæ po-
nō obstar ſunt mente recolit: poſſunt vero etiam ab obliuioſiſſimo
ecclesiæ de creto.

Pron. 27 quoque quæ ſatis ſunt, ad hoc vt (quod præcipit sapiens)
pastor pecoris ſui vultum diligenter agnoscat, & ita dignū
aut indignū iudicet aſſolutione. Cæterum qui præcepti
huius occaſione anxiam ſingulorū operum, verborum,
cogitat

ADVERSVS LVTI. DOGMATA. Fol. 92.

cogitationum, locorum, temporum, vicissitudinum, immutabiliū deniq; circumstantiarum, in quibus perscrutandis, computandis, recensendis, & velut fabulis enarrandis, conscientiae cruciantur, interdum & refractione memoriæ novo vulnera sauciantur, inuenientur: etiam si sint ex nostris, mihi non possunt probari: Quinimo maxime ab illorū sententia discedo, qui pusillorum & imbecillium conscientias huiusmodi sarcinis onerare, non verētur: quibus tum publice tum priuatim pro mea virili populum Christianum semper leuavi. Theologi vero illi, qui confutationem Augustæ conscriperunt, cum dicunt necessariam esse integrā confessionem, non intelligunt omnium peccatorum, etiam illorum quæ memoriæ non succurrunt enumerationem. Sed integra confessio illis & omnibus catholicis recte cogitantibus est, in qua pœnitens nullū peccatum saltē mortale data opera aut crassa nimis negligentia vel potius neglectu ptermisit. Quia impiū est, ut ait August., dimidiā a Deo expeditare veniam: Hec viris sapientibus ac liberis de cōfessione quā reiecit Philippus sufficient: Nam cæteris qd sufficiet: Nunc ad pœnitentię partes, quas vos descripsistis & Philippus confirmat accedamus. De cōtritione quam veros terrores & severos dolores Philippus appellat, nulla vt ex verbis eius apparet, fuit cōtrouersia inter illum & nostros theologos. Fidem esse pœnitentiæ partem nostri negauerunt. Quod idipsum tam adominandum visum est Philippo, vt querulus & indignans Cæsaris pietatem aduersus nos inuidiosis verbis imploret. Quid hic Carole Cæsar inuictissime, faciamus.

Hac

Philippi
queremo
nia ad Ca
sarem.

Hæc est propria Euangeliæ vox, quod fide consequamur remissionem peccatorum. Hanc vocem Euangeliæ dominantisti scriptores confutationis. Nos igitur nullo modo assentiari confutationi possumus; Non possumus saluberrimā vocationem Euangeliæ & plenam consolationis damnare. Quid est aliud, negare quod fide consequamur remissionem peccatorum, quam contumelia afficere sanguinem & mortem Christi? Rogamus igitur te Carole Cæsar invictissime, ut nos de hac re maxima, quæ præcipuum Euangeliæ locum, quæ veram Christi cognitionem, quæ verum cultum Dei continet, patienter ac diligenter audias, & cognoscas. Comperiet enim omnes boni viri nos in hac re præcipue docuisse vera, pia, salubria, & necessaria vniuersæ ecclesiæ Christi. Comperient ex scriptis nostrorum plurimum lucis accessisse, Euangeliō, & multos pernitosos errores emendatos esse, quibus antea obruta fuit doctrina de poenitentia per scholasticorum & canonistarum opiniones. Hec Philippus in primo paragrapho: sed hoc exordio non contentus, quasi parum inuidiae nobis, parum sibi gloriæ comparasset, addit in secundo: Omnes boni viri, omnium ac theologici ordinis etiam, haud dubie fatentur ante Lutheri scripta cōfusissimam fuisse doctrinam poenitentiæ, &c. Poenitentiæ doctrinam. (Videte Germani, quam facile veritati cedamus) per se quidem, ut a Christo & eius apostolis est tradita lucidam & a pertam, non negamus confusam fuisse hactenus, & aliquot intuolutam scrupulis per quosdā, quibus aut zelus Dei, sed non secundum scientiā, aut gloriæ affectus imposuit, qñ nula im-

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 93.

la imbecillitatis humanæ habita ratione, de alienis cruciatib⁹
bus ingenium ostentare voluerunt, a physicis qualitatibus
ad animi affectiones & opera calculationes transferentes, &
imponentes pusillorum conscientijs onera grauia, quæ tamē
ipſi nec digito quidem attingere valuerūt: Sed quod has te-
nebras Lutherus discusserit, & pro eis lucem inuexerit veri-
tatis, hoc negamus. Tum quod veritas nunque ecclesiæ Chri-
sti defuit, quam & ante Lutherum natum multi boni viri li-
teris & verbis professi sunt, & operibus executi, tum quod
Lutheri doctrina de poenitentia, vt superius demonstrauis-
mus, confusissima est, & illa, quam in sophistis & canonistis
damnata, obscurior. Nec Philippus est in hac re dilucidior, quia
præter cæteras in constantias, quos modo eruditionis com-
mendatione citauerat canonistas aduersus theologos, nunc
cum eis vt poenitentiæ euersores & contaminatores conde-
mnat. Et quanque de partibus poenitentiæ varie licuit hactenus
opinari sapientibus, qui tamen nunque ab ea confessione exclu-
serunt, qua propter ego nihil grauate cessarem Luthero, po-
nenti fidem esse poenitentiæ partem: tamen vt appareat no-
stros theologos id iure nō admisisse, paucis Philippo respō-
endum duxi. Cogor aut̄ in eo desiderare rursus, quod supe-
rius illi deesse monstravi, nempe rei, siue rer⁹ de quibus cum
aduersario disputat, tranquillam considerationem, & lucidā
suppositionem in primis rhetori necessariam, dialectico ve-
ro nō magis pretermittendam, quia ipsa dialectica. Non de fidei
necessitate nostris aduersus Philippum suscepta erat contro
uersia, non querebatur, an fide nobis dimittantur peccata,
Vanitas
querela
Philippi.

a non

E. ALFONSVS VIRVESIVS

non ambigebatur, fidem esse vocem Euangelicam consolationis & salutis plenam. Hoc tantum vertebatur in quæstionem, an fides sit pars pœnitentie, quod nullum Euangelium dicit, nihil ad salutem, nihil ad consolationem refert. Nā non est idem, aliquid esse necessarium virtuti, & esse partem virtutis. Prudētia necessaria est, ad habendam fortitudinē, non tamen est pars fortitudinis. Fides similiter necessaria est ad charitatem, non tamen est pars charitatis. Eādem est ratio in sacramentis quibus quædam sunt necessaria, quæ tamen nō sunt illorum partes, ut sacerdotium necessariū est ad Eucharistiam, cum non sit pars eius, voluntas consecrandi, necessaria est ad sacramentum, cuius non est pars. Ad eundem modum nostri non negant fidem necessariam esse ad pœnitentiā, quod eis tragicis ac plane odiosis verbis obiicit Philippus, negant tamen partem esse pœnitentie. Et quanq Philippus nunc ostentet, nunc despiciat, & exosam videatur habere dialecticā, haud verebor illi ignorantia eius exprobrare. Vnde enim valet consequentia ista, qua millies ita colligitur. Fides necessaria est ad pœnitentiā. Sine fide non remittuntur peccata, fides ergo est pœnitentiæ pars. Aut vnde valet ea qua in theologos nostros inuehitur. Theologine gauerūt fidem esse pœnitentiæ partem: negant igitur fidem esse necessariam ad peccatorum remissionem, negant propriā Euangelij vocē, quæ peccatorum remissionem fidei pollicetur. Non equidem plus valet prior collectio. q̄ si dicas: cognitio est necessaria ad diligendum, est igitur pars dilectionis: Posterior vero, haud plus valet, q̄ si dixeris: Theologi negant, fidem

dem esse partem beatitudinis, negat ergo fidem esse necessariam ad beatitudinem, negant propriam Euangelij vocem, quæ credentibus in Christo beatitudinē pollicetur. Quanto aptius nos colligere possemus aduersus Philippum ita: Philippus negat nobis pér dilectionē peccata dimitti, negat igitur propriā Euangelij vocē: Dimissa sunt ei peccata multa qm̄ dilexit multum, negat vocem consolationis & salutis plenam. Quod superest date eleemosynam, & ecce oīa munda sunt vobis. Et: Facite vobis amicos de mammona iniqta tis, ut cum defeceritis in via, racipient vos in eterna tabernacula. Quibus vocibus, qd potest esse dulcissimus, quid salubrius, dum intelligit animus, q̄ primum resipiscendo dilexerit, quē antea peccando neglexerat, qcquid aeternū amissum est, temporalibus officijs posse pensari? Sed hæc alias suo sunt loco discussa. Ceterū huius nunc satis sit meminisse, quod vt fidē, quanuis necessariam ad peccatorum remissionem, non facimus poenitentiæ partem, ita nec charitatem. Vrgebit nos tandem Philippus testimonij illis, quæ superius adduxit pro fide, ex quibus ita poterit colligere: Fructus poenitentiæ est peccatorum remissio, & peccatorum remissionem consequimur sola fide, ergo vis poenitentiæ sita est in sola fide, atque adeo fides pars erit poenitentiæ præcipua. Nihil huic argumentationi respondeo, ne videar studio non bene aduersarij causam protulisse, quo facile mihi esset improbare, tametsi nunc nulla se mihi offert ratio firmior, qua posset vti aduersus nostros. Huius autem multa sunt, quæ non concedarentur. Vnū est quod non preteribo. Minus aberrasse (mea

a ij qui-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

quidem sententia) philippus si partes poenitentiæ absolutio
nem & fidem posuisset, quam contritionem & fidem pone-
do: Est enim poenitentia sacramentum, porro Lutheranos
omnes, si constare sibi velint in doctrina, oportet sacramenti
cuiuslibet partes distribuere in verba et fidē. Poenitentie ver-
ba sunt absolutio, quibus verbis adiuncta fides efficit sacra-
mentum, nam terrores & contritio nō tam sacramenti pars
esse videntur, atque conditio aut dispositio quædam sacra-
mentum suscepturi. Sed de his viderint ipsis, nobis enim fi-
des necessaria est ad poenitentiam, non tamen est pars eius,
magis quam alterius sacramenti aut quam cuiusvis officij
Christiani, quibus tamen omnibus est necessaria, quia sine
ea impossibile est placere Deo. Testimonij vero qbus Phi-
lippus probat, sola fide remitti nobis peccata, & superius sit
responsum, nec pernitosia tamen confidentia (quando mul-
ta eorum nunc repetit) illis innixi simplices Christiani, cæte-
ra ad poenitentiam necessaria negligant, denuo mihi recen-
fenda, si tamen prius nonnulla scitu necessaria de poenitentie
ipsius ratione mōstrauero: sed ea alterius disputationis prin-
cipio reseruemus.

Philippica X. De veræ poenitentiæ
ratione, & sacramento.

Poenitentia
quid signi-
ficiat.



Oenitentia, cuius nomen frequens est in sacris
literis, præsertim in nouo testamento, ut nomi-
nis tantum rationem nunc explicem, displicen-
tiam incepti operis aut consummati cum resipi-
scientia significat, id quod Græce scientibus verbū *metacorene*,
quo

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 55.

quo Christus & eius apostoli semper vtuntur, præ se fert, pro quo vulgata æditio habet: pœnitemini & pœnitentiam agite, hoc est, resipiscite, tametsi pœnitentia aliquid videtur addere ad resipiscentiam. Resipit enim aut resipiscit, qui cum desipuerit, hoc est, quoquomodo a rectitudinis regula aberauerit, tandem redit in viam. Pœnitet autem eum qui dolens, damnat opus quod cooperat, aut patrarát. Non erit absurdū, si in vera nominis latini ratione perscrutanda latinissimi poetae, tametsi ethnici, verbis vtamur: Scelerum si bene pœnitet, ait Flaccus, eradenda cupidinis praui sunt elementa: Sed saepe literis, quod securius est, insistamus. Scriptura sacra de diuinis operibus humana verba fabricans, quippe quod hominibus loqueretur, pœnitentis animi speciem in Deo ipso, tui homines displiceant, luculēter adumbrauit. Videns, inquit, Deus quod multa malitia hominū esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, pœnituit eum, quod hominem fecisset in terra, & præcauens in futurum, tactus dolore cordis intrinsecus. Delebo, inquit, hominem, quem creavi a facie terræ: pœnitet enim me fecisse eos. His verbis proprius & expressius, quam vllis alijs pœnitentis animi affectiones explicantur, & ob hoc, vt omittamus nunc reconditora mysteria, tam accurate, credo, a legislatore fuisse descripta, vt quādo homines legis transgressione idem pœnitenda designāt, sciāt quid pati, quid cauere, quid præstare debeat yere pœnitens: ac per hoc, pœnitentia illum animo an verbis solummodo diligenter exploret. Etenim quem rei alicuius pœnitet, primum res ipsa displicet, mox

Gene. &
Pœnitentis
animi
tropus in
Deo.

a iii displa-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

displícetiam proximo loco sequitur animi dolor, ut complacentiam voluptas, post hæc cui vere displicet opus, cessat ab eo, quod latinis est resipiscere: neq; hoc tantum, sed apud se metipsum, damnans quod fecerat, quātum in se est, vellet infectum, quod si non pōt, præcauet in posterum, ne fiat vterius. Omnes hos gradus complexa sunt verba Moysi, quos pœnitentia ratio & nomen includit, & res ipsa debet, si modo vera sit, continere. Alioquin cui horum aliquid deest, haud se existimet animo pœnitere, sed specie quadam & vmbra pœnitentia cerebro conficta decipitur. Id quod Sauli primo Iudeorum regi cōtigit, & Christianorum multis hodie continuit. Pœnitentia deniq; nihil aliud est, quā intima animi ad deū conuersio, quæ nemini pōt contingere, nisi se simul auerterit a creaturis, ad quas cōuersus peccauerat. Hanc auersionē a creaturis Paulus familiari sibi tropo mortem & mortificationem appellat, conuersionem vero ad Deum vitam & resurrectionem. Ad hēc omnia fides operatur, qua sumus insiti Christo, sicut & ad vniuersa pietatis officia. Nam cōuersio animæ ad Deum non fit nisi amicitiae foedere, quo anima, quæ per peccatum Deo displicuerat, per nouam gratiā incipit illi placere, & esse grata: id quod nemini datū est, nisi per Christum: qm̄ gratificauit nos pater, ait Paulus, in dilecto filio suo in gratia, in quo habemus redēptionem per sanguinem eius in remissionem peccatorū. In uno itaq; Christo Iesu patri complacēt, quicunq; displicuerant extra illum. Hoc gratificationis opus bonum illud est, quod iuxta prophetam nemo est qui faciat, nemo usq; ad vnum, scilicet Christum. Cæteri omnes declinare

I. Reg. 1;

Pœnitentia
sia quid ē.

Ephe. 1

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 96.

nauerunt & inutiles facti sunt. Ecce seruus meus suscipiam
 eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea. Hic est
 filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Quid e-
 go scripturæ sanctæ loca enumerem, quibus hæc acceptio-
 nis gratia vni Christo tribuitur, & refertur accepta? Cum
 tota ferme clamet, & palam faciat hominibus legis aut phi-
 losophiæ doctrina confisis, non se magis posse reficere, post-
 quam semel peccando defecerint, quā se potuerant facere an-
 teq; essent, quin quemadmodum omnia per Christum facta
 sunt semel, ita per eundem quoties opus est, vniuersa reficiun-
 tur, per quem non modo tunc cum seipsum moriens obtulit
 patri, verū & quoties fuerit opus, habemus accessum per fidē
 in gratia. Filiali mei hæc scribo vobis, vt non peccetis, sed et si ^{Rom. 5}
^{1 Joh. 2} quis peccauerit aduocatum habemus apud Patrem Iesum
 Christum iustum, et ipse est propiciatio pro peccatis nostris,
 non pro nostris aut tantum, sed etiam pro totius mundi. Hu-
 ius fidei professio suscipitur in baptismo, fructus vero est, no
 modo gratia illa prima, quam in illo sacramento accipimus,
 verum quæcunq; alia gratia, quæ nobis vel poenitentiis re-
 stituitur, cuius symbolum est absolutio, vel augetur profici-
 entibus. Haud tamen ex hoc sequitur, fidem esse poenitentiae
 partem, tametsi verissimū sit, quod sine fide poenitentia esset
 inefficax, quemadmodum & oratio inefficax est sine fide,
 quia nihil promissum est nobis, nisi quod credentes petieri= ^{Math. 21}
 mus: fides etiam diffinitur ab Apostolo quod sit sperandar^z ^{Hebr. 11}
 substantia rerum: non tamen propterea fides est pars oratio-
 nis nec spei, quanvis utriq; vim conferat & fœcunditatem.

Hæc

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Hæc obiter. Sed iam ad scripturarum loca, quorum occasio-
ne pœnitentiæ nomen & virtutem exposuimus.

Pœnitentiæ
varie præ-
dicata iu-
xta varie-
tatem sce-
lerum a
quibus e-
rat resipi-
scendum.

Duo sunt hominum genera, quos Christus, prophetæ, &
apostoli ad pœnitentiam inuitant, quibusq; peccatorum con-
donationem, si pœnitentiam egerint, pollicentur: Alteri erant
infideles & impij, vtpote qui pro Deo vero fictis numinibus
inseruiebant, & dæmoniorum colebant simulachra, quibus
annumerandi sunt etiam Iudæi, qui Christum non suscipi-
entes nec Deum verum, cuius filius erat, de cætero habuerūt,
sed pro eo proprium quoddam simulachrum dei cuiusdam
inertis & infœcundi, qui nusq; est nisi in illorum opinione.
Nullus est enim alius Deus, nisi pater dñi nostri Iesu Christi
cuius deitatis essentiali cōmunione isdem filius verus est De-
us: ita vt non duo aut tres sint dñj, sed unus Deus pater & fi-
lius & spiritus sanctus, essentiæ simplicitate idem, subsistendi
vero ratione discretus. Quamobrem Iudæi ex quo Christū
dominum abiecerunt, desierūt etiam verum habere Deum.
Omnis qui negat filium, nec patrem habet. Quis suscitauit o-
mnes terminos terræ: Quod nomen est eius & quod nomen
filij eius, si nostis. Alterum genus hominum, quibus pœnitentia
prædicabatur, erant pij quidem, quod ad veri Dei cultum
& fidei professionem attinet, sed moribus flagitosi, atq; scelositi.
Horum vtroq; prophetæ & apostoli admonent, suadent,
obsecrant, obtestantur, & tantum non cogunt, vt pœnitentiæ
agentes resipiscant, præcedentium omnium delictorum ve-
niam promittentes pœnitentibus, et ad Christum conuersis:
Erat tamen iuxta delinquentium varietatem diuersa pro-
missio.

1. Iohann. 2
Prover. 13

Quid fide
libus.

ADVERSUS LVTH. DOGMATA. Fol. 97.

Nam infideles, quorū maximum peccatum & cæterorū oīm caput esse videbatur incredulitas, tantum admonētur, vt ab ea resipiscant per fidē, futurumq; promittitur eis, vt simulatque ab infidelitate sua & impietate conuersi crediderint in Christum, oīm peccatorum remissionem accipiāt: Hinc illæ voces apostolorum in Actis & epistolis: Credite & baptiza= Act. 8. 13. 16
Rom. 10
Hebr. 11
1. Cor. 15
mini. Et illud Isa. quod Petrus & Paulus apostoli citant: O= mnis qui credit in illum non cōfundetur. Et omnis fere apo= stolica prædicatio circa fidei locum præcipue versatur, quia commune erat tunc temporis toto orbi peccatum infidelita= tis, nō modo gentibus, verum & Iudæis veri Dei quondam cultoribus: Porro credentibus cum poenitentia prædicatur, Quid cre= dentibus sed flagiti, ofis pradi= cetur.
tantum præcipitur, vt resipiscant a peccatis, nec sibi de fidei nomine blandiātur, cum sint quodammodo infidelibus de= teriores. Melius enim erat illis viam iustitiae non cognouisse, quam post agnitionem retrorsum auerti ab eo, quod illis tra= ditum est sancto mandato. Hinc ille prophetarū voces: Con= 2. Petri 2
Iohel. 1. 10
uertimini ad me in toto corde vestro, &c. Item reuertatur v= nusquisq; a via sua praua. Item: In quacunq; hora peccator ingemuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor. Et Hier. 18
illud Hier. Si poenitentiam egerit gens illa a malo suo, quod Ezech. 16
loquutus sum aduersus eam, agam & ego poenitentiam su= per malo, quod cogitaui vt facerem ei. In his et id genus pro= pheticis obiurgationibus & promissionibus nulla sit men= tio fidei: quia illis siebant qui veri Dei cultum, & fidem pro= fitebantur, quinimo admonentur ne huiusmodi professio= ni fidentes, præcipuam pietatis partem, quæ in charitate si=

b ta

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Hiere. 7 ta est, negligerent. Hinc illud Hier. Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: Templum domini, templum domini est, &c. Et illud Iohannis Baptiste: Facite fructus dignos penitentiae, & ne velitis dicere intra vos: Patrem habemus Abram. Sunt & in apostolica doctrina aliquot huiusmodi loca, tametsi rara, quia ut diximus, uniuersum orbem eo temporis obruerat infidelitatis obducta caligo, quam necesse erat, primum lucis euangelicæ splendore depelli. Petrus tamen apostolus cum Simonem, qui iam crediderat, & baptisma suscepserat, dura obiurgatione corriperet, & ad iniquitatis sine poenitentiam hortaretur, non ab eo denuo fidem exigit, sed ut a scelere suo resipiscat, & veniam precetur a Deo. Poenitentiam, inquit, age ab hac nequitia tua, & roga Deum, si forte remittatur tibi haec cogitatio cordis tui. Paulus etiam credentium Corinthiorum, quos in priori epistola obiurgauerat, poenitentiam probans, & poenitentis affectus singulos quasi membratim distinguens nullam fidei admiscerunt mentio nem: Gaudeo, inquit, non quia contristati estis, sed quia contrastati estis ad poenitentiam: Contristati enim estis secundum Deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex vobis. Quæ enim secundum Deum tristitia est, poenitentiam in salutem stabilem operatur, seculi autem tristitia mortem operatur. Ecce enim hoc ipsum secundum Deum contrastari vos quantam in vobis operatur solitudinem, sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulatioem, sed vindictam & cætera. Hinc ut & hoc attingam, habemus discriminem tristitiae in poenitentia (quod Phis

Tristitia duplex a theologis obseruata quam Philippus irridet.

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 58.

Philippus ^{damnauerat}) haud esse omnino inepte & sine scripturarum autoritate a theologis obseruatum . Habe-
mus præterea varias poenitentiæ partes, quarum præcipuae sunt tristitia, & resipiscientia : has theologi contritionem & satisfactionem appellant. Fidem tamen Apostolus cum tam copiose, atq; distincte de poenitentia dissereret, non connu-
merauit. Quare hoc? Quia non cum infidelibus agebat, nec
incredulitatis sed incontinentiæ & prætermissæ charitatis cri-
mina illis exprobribat. Alioq; cū Iudeos aut cæteros infide-
les hortatur ad poenitentiam, ad fidem eos tanq; ad ianuam
pietatis et asilum inuitat, atq; ex huiusmodi cōditionibus sum-
pta sunt omnia loca, quæ Philippus pro suo dogmate citat,
pia quidem illa, & ab ipsis veræ pietatis fontibus hausta, sed
ad causam, qua de nunc agimus, aut minime pertinentia, aut
inconsideratiū accommodata : Pertinent enim non ad poe-
nitentiæ, sed ad baptismatis sacramentum, cuius virtus est fi-
des, quis ipsa prima fides non suscipitur, nisi ab ijs, quos prio-
ris poenitet infidelitatis & vitæ, vnde & poenitentia simul &
fides illis proponitur ad conuersionem. Nunc autem de poe-
nitentiæ sacramento disquirimus, quod sacramentum non
suscipitur nisi a fidelibus, nec adhibetur nisi peccatis, post fi-
dei professionem admissis, de quibus Philippica testimonia
non loquuntur, sed illa quæ nos in altero poenitentium or-
dine produximus: At Philippus in omnibus his ostendit
subesse fidem, licet non explicetur, cum intercedat promis-
sio, & propterea negat poenitentiam inueniri posse sine fide,
præsertim si poenitentiæ affectui, accedat absolutionis, qua-

Contrito
& fidei sta-
gio a Pau-
lo inter
poenitentiæ
partes ad-
numeran-
tur, fides
vero nu-
quam.

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Poenitentia sacramentum perficitur, effectus. Hæc nobis maxime probantur, & vltro fatemur poenitentiam esse nullam sine fide, quinimo addimus nullum pietatis opus a nobis fieri posse, absq; fide. Sunt omnino vires humanæ ad quodcunq; opus bonum prorsus inuaidæ, nisi illis diffisi fidamus Christi meritis & promissioni: Quis tamen ex hoc theoremate colligat, fidem esse cuiusvis boni operis partem? Hæc satis per se quidem sunt plana atq; perspicua, sed quo fieri queat apertiora, repetenda nobis est illa collatio dilectionis ad cognitionem, sine qua non potest esse eum tamen non sit pars eius. Quod si Philippus dixerit dilectionem & cognitionem esse diuersi generis affectiones, propterea non posse alteram alterius esse partem: hoc idem respondebimus ei de fide & poenitentia, quar; fides est in intellectu: poenitentia vero in voluntate: tristitia enim voluntatis est affectio, resipiscientiam autem seu cessationem a peccato oportet etiam esse in voluntate, cui peccatum inerat, nam & gratiæ, quæ in absolutione cōfertur, aut quoq; modo iustificat, subiectū est voluntas. Quanq; vt illius prior sit victoria, etiam si donemus in ea potentia et eiusdem generis esse poenitentiam & fidem, & hanc illi esse necessariam, vt procul dubio est, non tamen sequitur esse partem eius, quod sequens exemplum demonstrat. Species intelligibilis necessaria est ad intellectionem, & eiusdem generis affectio, puta cognitio, cuius est & intellectio, nec tñ species ipsa, nec actus, quo intellectum immutat & memoriam secundam format, est pars intellectionis. Hic video mihi videre vos o Germani quotquot Lutheranæ causæ fauetis, aut per con-

temptum porrecto naso supercilium obducere, & hæc om-
 nia fastidire, aut præ animi indignatione clamare: Philoso-
 phica sunt ista, Sophistica sunt, indigna quæ fidei causæ ad-
 misceantur. Euangelica doctrina verbis simplicibus & pla-
 nis non philosophorum est argutij ex sacris literis expre-
 menda. Vera sunt istæ vniuersa, non diffiteor, insipiens fa-
 ctus sum sed vos me coegistis in tam scrupulosam disputati-
 onem descendere, qui in confessione vestra, non contèti poe-
 nitentiæ sacramentum probasse, quæ huic sacramento vide
 rentur indigna reieciisse, quod satis erat, ijs qui simplicē con-
 fessionem non methodicas præceptiones instituebant pœni-
 tentiæ partes ad viuum (quod aiunt) resecare voluistis. Ad
 haec Philippus theologis nostris inuidiam conflare conatus
 est, quasi totius Euangeli euer soribus, quod partitionem ve-
 stram non probauerint. Rem ergo inutilem, aut certe nō ne-
 cessariam a vobis susceptam, coactus sum persequi: tametsi,
 vt superius dixi, ego haud grauate cessissem vobis & Philip-
 po, asserentibus fidem esse pœnitentiæ partem, non q̄ verū
 sit, sed q̄ illæsa possit pietate præteriri, modo sola fide conten-
 ti, non excluderetis confessionem illam possibilem & mode-
 stam, sine qua pœnitentiæ altera pars nempe absolutio vobis
 constare non potest, quamq; ecclesia sanctarum scripturarū
 autoritate præcepit, nec satisfactionem quæ nihil aliud est,
 atque quatenus fieri valet, infectum reddere quod factū est
 perperam, & præcedentis vitæ studia in diuersum mutare.
 Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret, o^r Ephe. 4
 perando manibus suis, quod bonum est, vt habeat vnde tri-
 b^b iii^j buat

F. ALFONSVS VIRVESIVS

buat necessitatem patienti. Non furari eum qui fuerat ante
furatus, sed honestis se operibus alere, resipiscientiae est,
suis vero laboribus etiam indigenti victum parare, satisfa-
ctionis, non illius, qua dominis ablata redduntur, nam haec
restitutio specialius appellari consuevit, sed huius quam di-
ximus verae poenitentiae esse partem. Vt tranque complexus
est & professus Zachaeus ille vere poenitens. Domine, in-
quit, ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus, &
si quid aliquem defraudaui reddo quadruplum. Et quanquam
Philippus sibi videatur in hac materia regnare, ita ut aduer-
sus theologos, qui confutationem scripsierunt, indignis Chri-
stiana modestia verbis insolecat, haud tamē omnia quæ the-
ologi dicunt, sunt perinde leuiter et citra scripturarum auo-
ritatem, atque videntur illi prolatæ: Sunt quidem catholici
nonnulli viri boni, qui tamē nihil præter summas confessio-
num & aniles fabulas didicerunt, a quibus nullus est circum-
stantiarum, nullus scrupulorum nodus nō obseruatus, atqui
ecclesiæ catholicæ fides, & instituta in nullius horum verba
iurarunt, nec illos in hoc certamine, quo receptas ab uniuerso
populo Christiano satisfactiones damnare presumit Phi-
lippus, proponere sibi debuit ut antagonistas, sed egregios
viros Augustinum, Hieronymum, Chrysostomum, Cypri-
num, Hilarium, Gregorium, Ambrosium, & cæteros eiusdem
classis, quos Christianore grex in uniuersum sequitur, quos
que suæ poenitentiae & satisfactionum habet autores. Nam
cætera, quæ Philippus infectatur, priuatae sunt quorundam su-
perstitiones aut certe opiniones, quibus fateor Christianore
con-

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 100.

conscientias , quarum salus non ab humanis traditionibus,
sed a diuinis legibus pendet, obligandas non esse. Porro hu-
manæ traditiones nobis sunt , non omnia quæ nobis homi-
nes tradiderunt, nihil est enim ferme, quod nō per homines
Deus hominibus tradiderit: sed ritus quidam , lustrationes,
& expiationes, nō ad Dei gloriam sed ad propriam aut glo-
riolam aut commodum excogitata, aut quod non raro acci-
dit, vana pietatis opinione commenta. Cæteræ quæ sancti vi-
ri, illi quorum modo meminimus, ad Dei gloriam et anima-
rum vtilitatē ex sacris literis deprompta: nobis tradiderunt:
non humanæ sunt adinuentiones existimanda, sed vt diui-
na oracula , aut certe illis finitima suscipienda , vt suscepta
sunt ab ecclesia . Quantumuis enim Lutherus & Philippus
illos quasi homines contemnunt , ac præ se fastidiant, nun-
quam tamen obtinebunt, vt ab vniuerso populo Christiano
non non suscipiantur vt diui, vt pote qui sanctorum scriptu-
raru[m] arcana sanctissime simul & religiosissime tractauerunt,
non ex eis sua commoda & vtilitates, non errorum latebras ,
aut nouorum dogmatum præsidia, sed solius Dei gloriam
aucupantes . Omnes omnino illorum conatus , vniuersa
studia horum spectabant, vt Deus a cunctis hominibus &
agnosceretur per fidem, & per charitatem amaretur. Quam
ob rem verisimile est, quinimo pro verissimo haberi debet,
purius illos atque simplicius scripturas sanctas intellexis-
se , quam isti, qui ad propriam gloriam & susceptas con-
tentiones illis abutentes, cum omnia susque deque habeant,
conuellant, euertant, se solos diuini verbi spiritum adeptos

num

F. ALFONSVS VIRVESIVS

nunquam non perstrepunt, nobisque quod huiusmodi spiritus expertes omnino simus, quoties eis noua docentibus non assentimur, exprobrant. Nos vero tantorum virorum præiudicio freti, fidenter audemus Lutheranos spiritus & Philippicos contemnere, vni totius ecclesiæ spiritui credere, & secundum illum asserere satisfactiones, non quidem illas canonicas, quæ iam dudum insolescere desierunt, sed tum solennes & communes, tum priuatas & peculiares, quibus etiam nunc ecclesia vtitur, esse diuina autoritate probandas & amplectendas. Supereft nunc vt quando Christianæ satisfactionis autores veteres ecclesiæ sapientes esse diximus, aliquot eorum testimonia proferamus, ea tamen lege, ne quis a me satisfactionis nomen superstitione velit exigere, satis erit si peccatorum remissionem satisfactione, redemptione, abolutione, placatione, solutione & cæteris huiusmodi vocibus aut locutionibus per nostra bona opera ostenderimus, nobis posse contingere. Siquidem Philippus sola contentus fide, nullis nostris operibus, nec religionis quidem aut charitatis, locum in peccatorum remissione relinquit. Hæc est doctrina quam a catholica veritate diuersam ostendere nitimur idq; patr, vt polliciti sumus, testimonijs, paucis quidem (ne crescat in immensum opus) sed proprijs, et ad quā differimus causam omnino pertinentibus: Necq; enim omnia, quæ antiqui sancti de eleemosynis, ieunijs, vigilijs, lachrymis, & precibus præceperunt, quæ innumerabilia pene sunt, ad satisfactionē pertinent aut poenitentiā, quandoquidē illorū multa aut officij causa; aut pietatis debito, aut cohibēdæ libidins necessitate præ-

ADVERSVS LVT H. DOGMATA. Fol. 101.

te præstantur: Quæ, etiam si satisfactionis fructu non careant, secernenda tamen sunt ab ijs locis, quibus præcipue eis de operibus satisfacere & poenitente docemur, ne incidamus in vicium peculiare Philippo, parerga pertinentibus admisce, & specie tantum verborum mordicus arrepta, nullum discrimen causæ, temporis, rationis, qua prolata sunt, obseruare. Hieronymus igitur latinorum omnium (quod cætero rum pace dixerim) in sacris literis eruditissimus, in commentarijs Isa. cap. XL. Et hoc notandum est, inquit, quod nō sol- Hierony. uantur peccata nostra, nisi de manu domini receperimus ea: Nec idem est solui peccata, atque dimitti. Cui enim dimittuntur, solutione non indiget, audiens in Evangelio: Confide fi- Matth. 9 lia, dimittuntur tibi peccata tua. Curenim soluuntur, propter ea soluuntur, quia purgata sunt, & soluta per poenas. Huius discriminis, quod in remissiōe peccatorum obseruatum est a Hieronymo, ignorantia (ne quid sequerius iudicemus) Philippum auertit a consideratione verborum: tametsi multa sint in scripturis sanctis, quæ nos peccata, non solum futura vitare, verum & præterita luere pietatis operibus & corporis castigatione, docent, de quibus inferius: nunc rursus Hieronymum audiamus. Si rex, inquit, nesciens Deum, hoc facit pro altero, nempe iejunare, quanto magis nos pro peccatis proprijs inedia & vigilijs debemus Deum ad clementiam flectere? Locus est in commentarijs Danielis. Nec docuisse Dani., tantum haec, verum & se fecisse declarat Hieronymus ad Pammachium scribens. Sed Iohannem Hierosolymitanum episcopum conueniens his verbis. Ob id & ego, inquit, An-

F. ALFONSVS VIR VESIVS

tiochiam, & ille (Innocentius videlicet presbyter) Constantinopolim vrbes celeberrimas deseruimus, non vt te in populis prædicantem laudaremus, sed vt in agris & in solitudine adolescentiæ peccata deflentes Christi in nos misericordiam deflecteremus, &c. Stulte quidem Hieronymus, si Philippus verus est autor, nam inter popinarum eructationes et puellares amplexus potuisset nullo labore, nullo negocio, sola tantummodo fide Christi misericordiam obtinere. Verè progredi prestat, ne patribus qui semel loqui coeperunt obstreparamus. Succedat ergo Hieronymo Cyprianus loco, tametsi tempore dignitate atq; adeo autoritate illum antecesse rit. Dominus orandus est, inquit Cyprianus in sermone de lapsis, dominus nostra satisfactione placandus, qui negantem negare se dixit, qui omne iudicium de patre solus accessit, &c. Est quidem Christus Iesus propiciatio nostra, qui solus pro peccatis electorum patri satisfecit, eundemque placauit in cruce, quem tamē satisfactione nostra nobis esse placandum admonet Cyprianus, ita tamē ut hæc satisfactio nostra sit opere eius vero cui fit, & qui placatur, virtute. Quia sine me, inquit, nihil potestis facere. Rursus in eodem sermone Cyprianus: Confiteantur singuli, quæso vos fratres delictum suum dum adhuc qui deliquit in saeculo est, dum admitti confessio eius potest, dum satisfactio & remissio facta per sacerdotes apud dominum grata est, &c. Et paulo inferitus: Ad dominum toto corde redeamus, iram & offenditam eius ieunijs, fletibus, planctibus, sicut admonet ipse, placemus. Apertissima quidem omnia hæc, sed in instituto nostro

Matth. 10.

Iohan. 5

1. Iohan.

12.

Iohan. 13

Iohan. 14

Iohan. 15

Iohan. 16

Iohan. 17

Iohan. 18

Iohan. 19

Iohan. 20

Iohan. 21

Iohan. 22

Iohan. 23

Iohan. 24

Iohan. 25

Iohan. 26

Iohan. 27

Iohan. 28

Iohan. 29

Iohan. 30

Iohan. 31

Iohan. 32

Iohan. 33

Iohan. 34

Iohan. 35

Iohan. 36

Iohan. 37

Iohan. 38

Iohan. 39

Iohan. 40

Iohan. 41

Iohan. 42

Iohan. 43

Iohan. 44

Iohan. 45

Iohan. 46

Iohan. 47

Iohan. 48

Iohan. 49

Iohan. 50

Iohan. 51

Iohan. 52

Iohan. 53

Iohan. 54

Iohan. 55

Iohan. 56

Iohan. 57

Iohan. 58

Iohan. 59

Iohan. 60

Iohan. 61

Iohan. 62

Iohan. 63

Iohan. 64

Iohan. 65

Iohan. 66

Iohan. 67

Iohan. 68

Iohan. 69

Iohan. 70

Iohan. 71

Iohan. 72

Iohan. 73

Iohan. 74

Iohan. 75

Iohan. 76

Iohan. 77

Iohan. 78

Iohan. 79

Iohan. 80

Iohan. 81

Iohan. 82

Iohan. 83

Iohan. 84

Iohan. 85

Iohan. 86

Iohan. 87

Iohan. 88

Iohan. 89

Iohan. 90

Iohan. 91

Iohan. 92

Iohan. 93

Iohan. 94

Iohan. 95

Iohan. 96

Iohan. 97

Iohan. 98

Iohan. 99

Iohan. 100

Iohan. 101

Iohan. 102

Iohan. 103

Iohan. 104

Iohan. 105

Iohan. 106

Iohan. 107

Iohan. 108

Iohan. 109

Iohan. 110

Iohan. 111

Iohan. 112

Iohan. 113

Iohan. 114

Iohan. 115

Iohan. 116

Iohan. 117

Iohan. 118

Iohan. 119

Iohan. 120

Iohan. 121

Iohan. 122

Iohan. 123

Iohan. 124

Iohan. 125

Iohan. 126

Iohan. 127

Iohan. 128

Iohan. 129

Iohan. 130

Iohan. 131

Iohan. 132

Iohan. 133

Iohan. 134

Iohan. 135

Iohan. 136

Iohan. 137

Iohan. 138

Iohan. 139

Iohan. 140

Iohan. 141

Iohan. 142

Iohan. 143

Iohan. 144

Iohan. 145

Iohan. 146

Iohan. 147

Iohan. 148

Iohan. 149

Iohan. 150

Iohan. 151

Iohan. 152

Iohan. 153

Iohan. 154

Iohan. 155

Iohan. 156

Iohan. 157

Iohan. 158

Iohan. 159

Iohan. 160

Iohan. 161

Iohan. 162

Iohan. 163

Iohan. 164

Iohan. 165

Iohan. 166

Iohan. 167

Iohan. 168

Iohan. 169

Iohan. 170

Iohan. 171

Iohan. 172

Iohan. 173

Iohan. 174

Iohan. 175

Iohan. 176

Iohan. 177

Iohan. 178

Iohan. 179

Iohan. 180

Iohan. 181

Iohan. 182

Iohan. 183

Iohan. 184

Iohan. 185

Iohan. 186

Iohan. 187

Iohan. 188

Iohan. 189

Iohan. 190

Iohan. 191

Iohan. 192

Iohan. 193

Iohan. 194

Iohan. 195

Iohan. 196

Iohan. 197

Iohan. 198

Iohan. 199

Iohan. 200

Iohan. 201

Iohan. 202

Iohan. 203

Iohan. 204

Iohan. 205

Iohan. 206

Iohan. 207

Iohan. 208

Iohan. 209

Iohan. 210

Iohan. 211

Iohan. 212

Iohan. 213

Iohan. 214

Iohan. 215

Iohan. 216

Iohan. 217

Iohan. 218

Iohan. 219

Iohan. 220

Iohan. 221

Iohan. 222

Iohan. 223

Iohan. 224

Iohan. 225

Iohan. 226

Iohan. 227

Iohan. 228

Iohan. 229

Iohan. 230

Iohan. 231

Iohan. 232

Iohan. 233

Iohan. 234

Iohan. 235

Iohan. 236

Iohan. 237

Iohan. 238

Iohan. 239

Iohan. 240

Iohan. 241

Iohan. 242

Iohan. 243

Iohan. 244

Iohan. 245

Iohan. 246

Iohan. 247

Iohan. 248

Iohan. 249

Iohan. 250

Iohan. 251

Iohan. 252

Iohan. 253

Iohan. 254

Iohan. 255

Iohan. 256

Iohan. 257

Iohan. 258

Iohan. 259

Iohan. 260

Iohan. 261

Iohan. 262

Iohan. 263

Iohan. 264

Iohan. 265

Iohan. 266

Iohan. 267

Iohan. 268

Iohan. 269

Iohan. 270

Iohan. 271

Iohan. 272

Iohan. 273

Iohan. 274

Iohan. 275

Iohan. 276

Iohan. 277

Iohan. 278

Iohan. 279

Iohan. 280

Iohan. 281

Iohan. 282

Iohan. 283

Iohan. 284

Iohan. 285

Iohan. 286

Iohan. 287

Iohan. 288

Iohan. 289

Iohan. 290

Iohan. 291

Iohan. 292

Iohan. 293

Iohan. 294

Iohan. 295

Iohan. 296

Iohan. 297

Iohan. 298

Iohan. 299

ADVERSUS LVTH. DOGMATA. Fol. 102.

stro proxima sunt, quæ ad Cornelium contra hæreticos iam
tunc suborientes scribit, & queritur: Datur, inquit, opera
ne satisfactionibus & lamentationibus iustis delicta redi-
mantur, ne vulnera lachrymis abluantur, pax vera falsæ pa-
cis mendacio tollitur, salutaris sinus matris nouerca interce-
dente, præcluditur, ne de pectore atque ore lapsorum fle-
tus et gemitus audiatur: Quibus obsecro coloribus Philippi
temeritas proprius posset adumbrari: Iam Cypriano proxi-
mus sit Augustinus, Afer Afro, Episcopus Episcopo: cuius Augustinus.
multa sunt hac de re testimonia, sed nos vt in cæteris pau-
ca referemus. Enchiridij ad Laurentium cap. septuagesimi
verba sunt hæc: Sane cauēdum est, ne quisq; existimet infan-
da illa crīmina, qualia qui agunt, regnum Dei non posside-^{1. Cor. 4}
bunt, quotidie perpetranda, et eleemosynis quotidie redimē-
da in melius quippe est vita mutanda, et per eleemosynas de
peccatis præteritis est propiciandus Deus, non ad hoc emen-
dus quodammodo, vt ea semper liceat impune committere.
Nemini em dedit laxamentum peccandi, quanvis misera-
do deleat iam facta peccata, si non satisfactio congrua negli-
gatur. De quotidianis autem brevibus leuibusque peccatis,
sine quibus hæc vita non ducitur quotidiana oratio fidelium
satisfacit. Item contra Cresconium grammaticum libro II.
cap. XII, omnes in eo donatistas alloquens. Ideo vobis non
videntur, inquit, mundari, cum ad nos a vobis transeunt,
quia non denuo baptizantur, quasi solo baptismō, quem re-
peti non oportet, cum idem atq; unus est, homines ab errore
mundentur. Mundantur & verbo veritatis ab illo, qui ait:

c ij lam

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Iohann. 15 Iam vos mundi estis, propter verbum quod loquutus sum
vobis: mundantur & sacrificio contriti cordis ab illo de quo
Psalm. 50 dictum est: Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor cō-
tritum & humiliatum Deus non spernit: Mundantur &
Lucas 11 eleemosynis, ab illo qui ait: Date eleemosynam & ecce om-
nia munda sunt vobis. Mundantur ipsa quæ supereminet
Cor. 11 omnibus charitate ab illo qui per apostolum Petrum dixit:
1. Petri 4 Charitas cooperit multitudinem peccatorum, &c. Quid:
Charitatem potest habere is cui opus est emūdari peccata?
Viderit Philippus cuiusmodi peccata sint, quæ, parta chari-
tate, supersunt eadem charitate mundanda, nam Augusti-
nus non asserit modo, verum & probat, interdum pecca-
ta charitate mundari. Sed de hoc paulo inferius differemus.
Id ipsum quod nunc eleemosynæ, alias tribuere solet ieiunio
& orationi, quas in iustificationis nostræ societate coniungit.
Hæc, inquit, iustitia hominis in hac vita: ieiunium, eleeo-
mosyna, oratio. Vis orationem tuam volare ad Deum: Fac
illi duas alas, ieiunium & eleemosynam, &c. Iure quidem ie-
junio orationi & eleemosynæ iustitia nostra tribuitur, cum
eisdem rebus & peccata remittantur, & peccatores iustificen-
tur. Nec valet hic Philippus iustitiam quandam inualidam,
& quæ solo nomine iustitia sit, comminisci, cum præter hoc,
quod omnia hæc ad Deum quem respicit vera iustitia, retu-
lit Augustinus, dixerit paulo superius. Ergo ex animo fac
ut ille qui intus videt, adhuc loquente te dicat ecce assūm,
Non igitur extimam & politicam, sed spiritualē & intimam
docet iustitiā, cū illam oratiōi, ieiunio, & eleemosynæ tribuit.

Appel-

Appellat vero iustitiam huius vitæ, hoc est, gratiae iustitiam,
vt discernat ab alterius vitæ iustitia, de qua Petrus apostolus
epistola secunda: Nouos, inquit, cœlos & nouam terram &^{2. Pet. 3}
promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat: Hæc
est iustitia gloriæ, cui non opus erunt iejunia, preces, & ele-
mosynæ, quæ hominis iustitiam in hac vita esse dicit Augu-
stinus: Locus est in enarratione psalmi quadragesimæ secun-
di. Contra Julianum vero Pelagianum testimonio etiam v= Basilius.
titur magni Basili, ad cōmendationem ieunij, id quod non
communis interpretis, sed eiusdem Augustini verbis ascri-
bam, vt in uno testimonio duorum clarissimorum hominū
complectar autoritatem. Sed audi, Augustinus ait, quod
ad rem præsentem spectat, quid de peccato primi hominis
ad nos etiam pertinente dicat iste sanctus sine vlla ambigui-
tate Basilis, quod et si reperi interpretatum tamē propter di= Basilius.
ligentiores veri fidem verbum e verbo malui transferre de
graeco: In sermone de ieunio: Ieunium, inquit, in paradiſo ^{Ieunium}
lege constitutum est, primum enim mandatum accepit A= in paradiſo consti-
tutum.
Gene. 2
dam. A ligno sciendi bonum & malum non manducabis.
Non manducabis autem, ieunium est & legis cōstitutionis
initium. Si ieunasset a ligno Eua, non isto indigeremus ieju-
nio: Non enim opus habent valētes medico, sed male haben= Lucæ 5
tes. Aegrotauimus per peccatum, sanemur per poenitētiā.
Poenitentia vero sine ieunio vacua est, &c. Si ieunium poe-
nitentiæ non adiunxit. Basilis, posset ambigī vtro de ieu-
nio loqueretur, de illo ne quo vitare peccata futura, an de illo
quo præterita luere consueuimus, verum cum poenitentiam

F. ALFONSVS VIRVESIVS

præteritorum esse peccatorum nemo scit qui nesciat, quem
nisi satisfactionis locum potest in poenitentia habere ieuni-
um; qui poenitentiae virtus asseritur, & de quo Basilius in eo-
dem sermone dixerat paulo superius. Satietas corporis ha-
bet hilaritatem, ieonium vero animæ lucrum atq; salutem.
Gaude, si sapis, quod tibi a medico pharmacum necans pec-
catum præbetur. Porro autem cū Augustinus a latinis nos

Chrysost. transtulerit ad græcos, iure Chrysostomus periclitanti poeni-
tentiae nunc ferret suppetias, nisi tanta se copia verborum ef-
sunderet, vt periculum sit, ne semel admissus, omnia occupet,
neq; vnq; eleemosynas & ieunia cōmendandi finem faciat.
Idcirco aliquot loca carptim attingamus potius quam pro-
ducamus. Scripsit de poenitentia eiusq; partibus & virtute
multoties, decem præsertim Homilias, in quar; prima sic ait:
Ieonium seruos existentes nos (peccati scilicet) atq; ligatos
inueniens, vincula remittit, & tyrannide liberat, pristinamq;
in libertatem reducit. Et paulo inferius: Quemadmodum ie-
junio spreto, mortem spernenti addidit. Sic iterum eodem
honorato, de morte reuocat. Nam & volens tibi ostendere
rei virtutem, potestatem ipsi dedit, post sententiam, post ab-
ductionem, abductos media rapere de via, atq; reducere ad
vitam, &c. Commemoratoq; Niniuitarum exemplo, quos
post sententiam damnationis dicit ieunio reductos ad vitā,
alijsque exemplis adjunctis ita colligit. Igitur ieonium mi-
rare pronisque manibus suscipe, quoniam quidem & in ca-
mino fert opem, atq; in leonum custodit lacu, dæmonesque
fugat, & Dei reuocat sententiam, &c. Fastidiat quantū velit
Tome 1 Phis.

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 104.

Philippus nostrorum ieuniorum satisfactiones, nos de voce
nunqu contendemus, rem vero dicimus esse placare Deum,
eiusque pro peccatis nostris meritam mutare sententiā. Rur-
sum Chrysostomus sermone de confessione super illud Psal-
mi: Confitemini dño qum bonus, &c. Spiritus sanctus mede-
lam purgandi facinoris & curam admissi delicti obtulit: dū
qualiter iram Dei placeremus ostendit. Non vult peccatori-
bus inferre vindictam, qui dare querit, confitentibus veniā.
Et paulo inferius: Cōfessio enim poenitentiam monstrat. Sa-
tisfactio veniam sibi diuina pietate conciliat; Et in fine sermo-
nis. Confessio reddat, quod peccatum retraxerat: curet poe-
nitētia, quod delictorum macula sordidauerat, serpentinum
virus, satisfactionis antidoto recuretur, peccatorum venena,
precum instantia depellantur, vt dominum: quem nobis de-
licta fecerant iracundum, reddant obsequia digna placatum:
& qui a nobis fuerat peccatis offensus, confessione nobis red-
datur misericors, & pius. Quae vero aut cuiusmodi sint hæc
obsequia, innumerabilibus pene locis declarat isdem Chry-
sostomus: sed nos breuitati studemus: Cōcione tamen quar-
ta de Lazaro sic ait: Ut igitur neque puniamur, neque poe-
nas demus in alio sæculo, in suam quisque conscientiam in-
grediatur, vitamque explicet, cunctisque commissis diligen-
ter excussis, condemnnet animam, quæ hæc patrauit, puniatque
cognitionem, affligat crucietque suam ipsius mentem, suppli-
cium a seipso exigat a peccatis, per condemnationem, per di-
ligenter actam poenitentiam, per lachrymas, per confessio-
nem, per ieunium, per eleemosynam, per continentiam, per
cha-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

charitatē, ut possimus omnes, omni modo hic depositis pecatis, multa cum fiducia illuc proficisci. Et in opere de poenitentia, quod modo citauimus, Homelia quinta. Illic, nempe in vniuersali & postremo iudicio, magnum iudicem ars rhetoris nulla decipiet, & nullius potentia mitigatur, dignitati non condescendit, non veneratur personam, sed tremendum & implacabile iusti iudicium. Hic vero iudicem exorabimus, & placabimus, non pecunia, magis autem, si verum dicere oportet, clemens ipse piusq; pecunia suadetur, non ipse manus, sed pīnopē accipiens: Da inopi pecuniam, & iudicem mītigaueris. Hæc autem dico, fratres, alliciens vos, quoniam quidem poenitentia sine eleemosyna mortua est: & sine plumis nequit volare poenitentia, pennas eleemosynæ nō habens. Et paulo inferius alio tropo: Num negociationis alia est ratio, quam quod minori empta maiori precio vendat, atq; duplicitam sibi summam inueniat? Tales igitur nobis Deus nudinas proposuit, modico iusticias eme, quo multo vendas in seculo futuro, &c. Quam ergo satisfacit emptor venditori in legitima mercatura, tam fideles eleemosynæ & ieunia satisfaciunt Deo, sed meritis Christi, a quo nos eleemosynas dandatq; ieunandi virtutem: ieunia vero & eleemosynæ vim satisfaciendi gratis accipiunt: Haud secus intelligenda sunt verba Cyrilli, quibus in Leui, lib. XV. ait, poenitentiæ & bonorum operum precio redimendam esse conscientiæ domum, si nobis peccantibus venundari contingat. Citat illud Pauli. Domum habemus non manufactam æternam in cœlis, & addit: Hæc est ergo domus, quam ædificare nemo potest, nisi in similitudine.

Cyrillus.

2. Cor. 5

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 105.

Simplicitate mentis & puritate cordis. Sed quoniam accidere solet, ut etiam qui bene ædificauerit, & domum sibi coelestem bene agendo, & bene viuendo ac recte credendo construxerit, incurrat alicuius peccati debitū, & hanc a crudelissimo foeneratore venundare cogatur, ac labores suos transfundere in alium: pietas & clementia legislatoris occurrit, ut intra certum tempus redimi possit. Si tamen inuenerit, inquit, Leuit. 18
 manus tua precium, quod restituat. Quale precium? Pœnitentiae sine dubio lachrymis cōgregatum, & manibus, id est, labore boni operis inuentum, &c. Hæc lib. XV. Libro vero secundo eiusdē operis ita dixerat: Audisti quanta sint in lege sacrificia pro peccatis, audi nunc quantæ sint remissiones peccatorum in Euangelio. Est ista prima, qua baptizamur in remissionem peccatorū. Secunda, remissio est in passione martyrii. Tertia est, quæ per eleemosynam datur. Dicit em̄ Saluator, verunt̄ date quæ habetis, & ecce omnia munda sunt vobis. Quarta, nobis fit remissio peccatorum, quādo & nos remittimus peccata fratribus nostris: Sic enim dicit ipse dominus & saluator. Quia si remiseritis fratribus vestris ex corde peccata, & vobis, remittet peccata vestra pater vester: Quod si non remiseritis fratribus vestris ex corde, nec vobis remittet pater vester. Et ipse in oratione nos dicere docuit. Remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris. Quinta, peccatorum remissio, cum conuerterit quis peccatorem ab errore viæ suæ. Ita enim dicit scripture diuina. Quia qui conuersti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, Iacob. 5
 saluat animam eius a morte, & cooperit multitudinem pec-
d cato-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

catorum. Sexta quoque sit remissio, per abundantiam charitatis: sicut & ipse dominus dicit: Amen dico tibi, remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Et Apostolus dicit: Quoniam charitas operit multitudinem peccatorum. Est adhuc & septima, licet dura & laboriosa, per poenitentiam remissio peccatorum: cum lauat peccator lachrymis stratum suum, & fiunt ei lachrymæ suæ panes die ac nocte: cum non erubescit sacerdoti domini indicare peccatum & querere medicinam, secundum eum qui ait: Dixi pronunciabo aduersum me iniustitiam meam, & tu remisisti impietatem coris mei. Longum esset nunc, transcribere distributionem, qua Cyrillus omnes has peccatorum remissiones refert ad legis veteris sacrificia: satis sit, eius autoritate probasse, nostris eleemosynis ac cæteris operibus bonis peccata remitti, condonari: & cum debita sint, quæ nos diuinæ iustitiae reddunt obnoxios, poenitentiae & honorum operum satisfactione solui. Quod idipsum Irenæus etiam declarat, dicens: Docet bat (nempe Christus) ut facerent præcepta, quæ ab initio præcepit Deus, & ut veterem cupiditatem per opera bona soluerent, & sequerentur Christum. Quoniam autem ea, quæ possidentur, pauperibus diuisa, solutionem faciūt præteritæ cupiditatis, Zachæus facit manifestum. Ecce, dicens, dimidium honorum meorum do pauperibus, et si cuiusque defraudauit, reddo quadruplum. Locus Irenæi est libro IIII. aduersus hæreses Valentini cap. XXV. Sed iam ad Latinos reuertamur, nempe ad Ambrosium, nam Augustini a quo digressi sumus testimonia vniuersa transcribere res eset

Lucas 7

1. Pet. 4

Psalm. 6

Psalm. 41

Psalm. 31

Irenæus.

Lucas 19

Ambroſi.

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 106.

set iusti voluminis. Ambrosius vero de penitentia lib. II. cap. VIII. sic ait: Plura soluendi habet subsidia, qui Deo, quam is qui homini debet. Homo pecuniam pro pecunia reposcit, quae non semper debitorum praesto est, Deus affectum exigit, qui in tua potestate est. Nemo pauper est, qui Deo debet, nisi qui se ipsum pauperem fecerit. Etsi non habet, quae vendat, habet quae soluat. Oratio, lachrymæ, iejunia, debitoris boni census est, multoq; vberior, quam si quis ex precijs fundorum pecuniam sine fide deferat. Denique pauper erat Ananias, cum ^{Marc. 12} ^{Lucæ 21} vendito agro pecuniam deferret ad apostolos, vnde nec solvere se potuit, sed implicauit. Diues illa vidua, quae duo æra minuta in gazophylacium misit, de qua dictum est, Hæc vi-
dua paupercula plus omnibus misit. Non enim pecuniam Deus sed fidem querit. Nec ego abnuo, liberalitatibus in pauperes factis posse minui peccata: sed si fides commendet expensas. Quid enim prodest collatio patrimonij sine gratia charitatis? &c. Quid? Soluunt Deo, qui precantur, qui iejunant, qui lachrymas fundunt, & non satisfaciunt? An potest quisquam, creditori soluere, cui non satisfecerit? Hæreat in vocabulis Philippus, mordicus verba teneat, nos rem ipsam quounque vocabulo signetur (nam multis potest explicari) disquirimus. Iam quod Ambrosius iniquior est eleemosynæ, & parum illi videtur tribuere, propter eos facit, quos Augustinus (ut superius citauimus) dicit quotidie perpetrare crimina, & quotidie eleemosynis redimere: hi enim sine gratia charitatis, quam in eleemosynis requirit Ambrosius, conferunt patrimonia. Alioquin

dij plures

F. ALFONSVS VIRVESIVS

plures habet eleemosyna promissiones, quam reliqua siue re-
ligionis siue pietatis opera, de qua vide, quid alibi dicat Am-
brosius. Si tam graue peccatum fuerit ut minime solis fleti-
bus abluatur: addamus misericordiae oleum, acrimoniamq;
ieiunij. Nullum enim tam graue delictum est, quod non pur-
getur abstinentia eleemosynis extinguatur. Ait enim sanctus
propheta. Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extin-
guit peccatum. Magna ergo est eleemosyna, quæ ardentiū
criminum globos benevolentiae suæ fonte refrigerat: & quo-
dam irriguo largitatis obruit incendia delictorum. Ut quā-
uis offensus Deus, quāuis criminibus prouocatus: cogatur li-
berare eleemosynis, quem disposuerat punire peccatis. Cogis-
tur enim a nobis quodam modo, dum compellitur pro actis
bus nostris mutare sententiā: & in vno eodem homine nunc
sæueritate iudicis promoueri, nūc patris pietate blandiri: Pa-
ter enim vobis Deus est, cum bene agimus: iudex noster est,
cum peccamus, locus est in sermone de nativitate domini. Et
Ecclesiasticus 11 enarrans illud Christi, quod habetur apud Lucā: Date ele-
mosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Vides, inquit,
Iohannes 15 quanta remēdia: Mundat nos misericordia, mundat nos dei
sermo, iuxta quod scriptum est: Iam vos mūdi estis, propter
sermonem quē loquutus sum vobis. Nec hoc loco solū, sed
etiam alijs quanta gratia sit, expressum tenes: Eleemosyna em̄
Thobit 4 a morte liberat. Et conclude eleemosynam in corde paupe-
Ecclesiasticus 29 ris, & hæc pro te exorabit in die malo, &c. Similis est Augu-
Hilarius. stino & Ambroſio Hilarius in improbanda vana ieiunio-
rum & eleemosynarum fiducia, qua legitima cōmendat uti-
lius.

ADVERSVS LVT H. DOGMATA. Fol. 107.

lius. Nos, inquit, si semel ieunamus, satisfecisse nos arbitramur: Si aliquid ex horreo domesticarum facultatum inopidamus, impleuisse nos iustitiam credimus, ieunantes ut aut placeamus hominibus, aut corpora cibis fessa releuamus, & inter ipsa ieunia, stupra, iniurias, odia cogitantes: donantes autem exiguum nescio quid dum pulsantem fores nostras inopem non sustinemus: aut dum bonitatis famam inani et ociosa hominum opinione sectamur, & deberi nobis ut audiatur, existimamus. En opera, quibus meriti fiduciam detraxerunt pietatis antistites: quorum verbis abusa Lutherana temeritas vniuersis negare conatur. Obscro per Deum, si nulla ieunia, nullæ satisfaciunt eleemosynæ, aut quicquam merentur, quid opus erat illis dūtaxat tum ieunijs, tum eleemosynis satisfaciendi vim adimere, que parce, quæ maligne, quæ inaniter & humanis tantum affectibus assumuntur? Quanto simplicius erat & facilius quod Philippus facit vni co verbo cunctis operibus nostris, optimis etiam, meritum & satisfactionem detrahere? Sed hoc nemo sanctorum auffus est patrum. Prauos hominum corrigebant affectus, quo facilius bona opera merendi fructum assequeretur, inanem præterea confidentiam cohíebabant, bona vero opera nunqdamnabant, necqe ausi sunt illis satisfaciendi vsum, & Christi gratiæ promerendæ virtutem negare. Fidei quidem salutis nostræ summam ut pietatis basi & fundamenta tribuunt, qa sine fide impossibile est placere Deo, nemo tamē eorum hoc Heb.ii asserit, quod sola sit fides, quæ placeat atque adeo sola placet & mereatur, quin fidenter pronunciant nostris bonis operi-

d ij bus

F. ALFONSVS VIRVESIVS

bus (vocant autem bona opera ieiunia, preces, eleemosynas) satisfieri Deo, atque adeo placari nobis Deum et promereri: eiusque mutari sententiam. Nam his omnibus verbis vntur & alijs huiuscemodi. Iam vt oīa hæc hominum cōmenta singat esse Philippus, & velut humanas contemnat adiunctiones, quid dicturus est ad scripturar̃ testimonia, q̃bus luce clarius apparer, vtiles esse, ne dicam necessarias, ad placandum Deum, & peccator̃ veniam promerendam, huiusmodi satisfactiones? Apud Luc. Quod superest, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Item apud Mat. Tu

Luce 11

Math. 6

Psalm. 83

Math. 5

autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo, qui videt in abscondito, & pater tuus, qui videt in absconso, reddet tibi. Quid obsecro reddet pro ieiunio? Bona fortassis tempora, quæ nequissimis quibusque nepotibus & heluonibus interdū largius concedūtur? Præclar̃ scilicet munus pro quo Christus ieiunium commendarit, & ieiunandi modum tan topere nobis tradiderit: Quid ergo dabit, nisi peccatorum veniam viuentibus, & gloriā decedentibus? Nam gratiam & gloriā ut ait Propheta, dabit dominus: Hæc nimirum sunt dona quibus nos inuitat Christus, & allicit, quæ per seipsum & in abscondito reddit pater. Nam cætera per homines & elementa largitur, aut potius pene citra discriminē euulgit, qui facit oriri solem suum super bonos & malos, et pluit super iustos & iniustos. Porro gratia delictorum veniam continet, sine qua nemo potest gratus effici Deo. Quod per semetipsum Christus hic de ieiunio docet, per prophetas suos ante

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 103.

os ante docuerat, iejuniorum faciens delectum, quorum legi
timæ probat, notha condemnat, quæ admodum in Iona. Ni-^{Ionæ,}
niuitæ ad prædicationem Ione credentes prædicauerunt so-
lenne iejunium, vestiti saccis a maiori usq; ad minimum, &
dicentes: Cōuertatur vir a via sua mala, & ab iniquitate, quæ
est in manibus eorum. Quis scit, si conuertatur, & ignoscatur
Deus, & reuertatur a furore ira sua? Et addit scripture: Et vi-
dit Deus opera illorum quia conuersi sunt de via sua mala,
&c. Quod Niniuítæ crediderunt in Deum, quod conuer-
si sunt a via sua mala, & ab iniquitate, qui erat in manibus
eorum, necessitatis fuit. Oportet enim, ut superius diximus,
quem vere poenitet, ut ab opere cesseret, & relipiscat, & quod
peccatum usq; adeo illi displiceat, ut nolle omnino peccas-
se, ex quo affectu, quando nō potest, quod semel factum est,
infectum reddi procedit, ut ieunijs & lachrymis & afflictio-
nibus vltionem de suis facinoribus sumat, quod spontaneū
quidem est, nisi tamē esset utile, & ad dituinam vltionem de-
precandam maxime conduceret, nunquam sacris literis pro-
baretur, nec ad poenitendi exemplum esset nobis ab eisdem
propositum, ut est apud Isaiam. Nolite iejunare sicut usque ^{Isiae; 8}
ad hanc diem, ut audiatur in excelso clamor vester. Et addit
conditionem, qua legitimū sit iejunium nempe relipiscen-
tiam a peccatis præteritis, cui additum, misericordiam Dei
cum iejunium tum eleemosyna adipiscitur. Tunc inuoca-
bis, inquit, & dominus exaudiet, clamabis, & dicet, ecce as-
sum, quia misericors sum dominus Deus tuus.

Philip-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Philippica XI. Confutat responsones Philippi, atq; obiter de merito supererogationis agit, & gemina solutione peccati.

Matth. 6

Matth. 15

Lucas 10

PHilippus dicit *ieiunia*, quæ in *sacris literis* probantur non esse satisfactiones: quia finguntur, ut inquit, a nobis: satisfactiones esse opera indebita, ille vero *veras orationes*, *veras eleemosynas*, *vera ieiunia*, dicit habere præcepta. Atqui si quoties hæc & id genus alia opera probantur in scripturis, præcipiuntur ut necessario fiant, plura sunt in Euangelica lege præcepta, quam fuerint in Mosaica. Christi verba de *ieiunio* nullam vocem præcipientis habent, sed probantis, & docentis quomodo ieiunare debeamus. Non dicitur *ieiunate*, sed cum *ieiunatis*, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Præterea ut sint omnia hæc præcepta, quæ non esse, quis non videt? Philippus tamen non negat, a nobis interdum posse fieri sine Christi præcepto, & tunc dicit esse humanas traditiones de quibus Christus ait: *Frustra colunt me mandatis hominum*. Sed quid si incidat casus, ut fiant sine Christi præcepto, & hominum traditione: num etiam tunc temporis Deo non erunt accepta, nihil ne huiusmodi operibus merebimur apud patrem, de quo filius ait: *Et pater tuus qui videt in absconde reddet tibi*, idque non modo semel & iterum, verum & tertio repetit de *ieiunijs*, *precibus*, & *eleemosynis*, quæ legitime fiunt. An quæ *gratuito* & *libere* nemine cogente fiunt, non possunt recte fieri? Atqui mysticus ille samaritanus quodcumque, inquit, supererogaueris, reddam tibi. Quid est

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 105.

est obsecro supererogare, nisi aliquid in obsequium Christi conferre, quod ita sit illi acceptum dum exhibetur, ut tandem prætermittenti non succenseret, cuiusmodi sunt multæ eleemosynæ, ad quas procul dubio nullo precepto tenemur, esse tamen bonas, ac pias, atque adeo de illarum numero, quas pater in abscondito videt, nemo potest nisi impie negare. Nam Paulus apostolus maxime de huiusmodi operis ^{Supererogatio Pau} li. bus gloriatur, & præter communem mercedem, quam cū ceteris, qui in cuncto Euangelizandi munere gnauiter functi essent, erat accepturus, aliam sperabat, velut auctuariam ex eo quod iuri suo, quo cæteri apostoli passim vtebantur sponte cedens sine sumptu, vt dicit, prædicabat Euangeliū. ^{1. Cor. 4} Quis neget, hoc supererogationis fuisse, ad quod cæteri apostoli non tenebantur, quodque solus Paulus libere præstabat? Nam quod huiusmodi erogatio propria mercede sit digna, eiusdem Pauli verbis appetat, hanc enim esse dicit suam mercedem, vt Euangelium prædicans, sine sumptu poneret Euangelium, & potestate sumendi stipendium, quo vtcunque in diem viueret, quam habebat cum cæteris communem, minime vteretur. Et ad Thessa. scribens. Cum ^{1. Thes.} possemus, inquit, vobis oneri esse, vt Christi apostoli, sed facti sumus paruuli in medio vestri. Et addit: Memores enim estis, fratres, laboris nostri & fatigationis, nocte & die operantes, ne quem vestrum grauaremus, prædicauimus in vobis Euangelium. Quæ cum ita sint, vehementer admiror, qua fiducia Philippus audeat asserere, nulla bona opera posse fieri a nobis, quæ dicantur supererogationis, sed ad omnia,

e quæ

F. ALFONSVS VIR VESIVS

quæ sancti viri fecerunt, & nunc multi boni viri faciunt te-
neri præcepto: qua sententia nihil scrupulosius, nihil pericu-
losius & pijs conscientijs magis incommodum doceri po-
test. Nam vos, Germani, rogo, si ad omnes preces & eleemo-
synas quas quotidie, naœta occasione, offertis Deo, præcepto
tenemini, quam periculoſe eadem aut eis simillimæ subinde
prætermittuntur a vobis, de quibus nullam potestis discri-
minis rationem afferre. An toties peccatis mortaliter, quoti-
es ieiunia, preces, eleemosynas, nulla præcepto destinatas, sed
solo pietatis amore conceptas, occasione fortassis non perin-
de graui prætermittitis, aut differtis? Id tametsi absurdū con-
cedendum est a Philippo, qui dicit huiusmodi opera, qua-
tenus bona sunt, eatenus esse præcepta, quæ vero præcepta
non sunt, mala esse & inania hominum mādata, etiam si vo-
bis illa nemo mandauerit, sed studium suggesserit pietatis.
An quicquid animus concipit ut studiosum & pium, mox
incipit esse præceptum? Videte in quas salebras, in quæ pe-
ricula vos coniiciat ista doctrina, qua negatur ullum opus
bonum alieno concilio aut pietatis nostræ motu posse fieri
a nobis absq; præcepto, nam hoc vocamus opus superero-
Opus su-
pereroga-
tionis qd.
gationis, quod Philippus negat. Et hæc doctrina una est de-
præcipuis basibus, quæ sustinent Lutheranos errores, quam
firma vero sit & constans: vos ipsos, viri Germani, conscienc-
tias vestras, pietatem, experimenta consulite: Nam si quicq; d
non præcipitur in sacris literis, est alienum a verbo Dei, atq;
adeo inanis hominum traditio, qui potestis vitare, aut pe-
riculum superstitionis humanæ in multis huiuscmodi ope-
ribus,

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 110.

ribus, quæ vltro quotidie exhiberis, aut peccati mortalis
 discrimen, in eisdem aut similibus, quoties a vobis leuiori-
 bus causis (vt sit) prætermittuntur. Nos, si debitum large
 intelligatur: scimus, nihil boni operis a nobis citra debitum
 exhiberi: si vero debitum sit tantum illud, ad quod præce-
 pto tenemur, firmissime credimus, multa bona opera a Deo
 grata atq; probata posse a nobis fieri, quæ nulla aut minima
 culpa prætermitterentur, quæ ita commendantur, proban-
 tur, & consuluntur in sacrâ literis, vt non tamen semper, ne-
 que vbiq; nec omnibus præcipiantur: quinimo sunt, q; nun
 quam & nemini, & hæc sunt, quæ nobis patrum autoritate
 appellantur, supererogatiōes. Multa sunt, ait Augustinus, fa- Augustin.
 cienda, non iubente lege, sed libera charitate, & ea sunt in no-
 stris officijs gratiora, quæ cum liceret nobis etiam nō impen-
 dere, tamen causa dilectionis impendimus. Hæc verba Au-
 gustini sunt, sententia vero totius ecclesiæ, celebris, vetusta,
 communis, & omnium sanctorum literis prædicata: Vtris
 vero potius credendum sit, illis, an vestrīs doctoribus nouis,
 ne quid amarulentius dicam, & contētionis studio recepti-
 sima quæcq; euertentibus, viri Germani vos videritis: simul-
 que vestræ prudentiæ erit, expendere, qualia sint dogmata,
 quæ nequeunt defendi, nisi tam absurdâ sententia admittatur,
 quinimo nisi negetur, quod catholici patres omnes ad vnu
 aiunt, assueretur, quod negant. Nam si non omnium com-
 munis est hæc nostra doctrina, proferte, vel vnum de tanta
 caterua veterum sanctorum, qui Philippico isti dogmati fa-
 ueat, & nec vnum quidem verbum præterea cōmutabimus.

e ij Phis

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Philippus vero tantæ lucis, quæ fæse illi, vt reor, offerebat vltro splendorem non ferens, cum decreuisset, de sententia, cui maxima pars erroris sui innititur, non discedere, nullas non latebras quærerit, non quo veritatem possit inuenire, sed quo tuto possit errare. Nemo, inquit, potest perfecte satisfacere legi Dei. Et citat totam scripturam. Ego vero vno tantum loco essem contentus, quia nullum hactenus me vidisse memini. Attamen vt hoc sit verum, quod tamen esse non credo: vt tamen verum sit, quod in ijs que lex præcipit, nemo illi hactenus præter Christum satisfecerit, qui consequitur, vt ego non possim facere aliqua bona opera, quæ nulla mihi sint legi præcepta. Quis hoc neget, nisi qui præter quotidianum experimentum apostolum Paulum velit negare, qui iuri suo, quod habebat ad sumendum ea, quæ in quotidianos usus erant illi necessaria, libere & gratuito cessit nullo cogente præcepto: id quod multis argumentis astruit, atque in hoc sitam quandam suam propriam mercedem esse, dicit. Iam vt ad humanas redeamus traditiones, si fieri potest, vt aliquoties præcepto diuino minime cogente quædam operemur, quæ non possunt negari, quin bona & pia sint, atque adeo grata Deo, cui bona cuncta placent. Quid impietatis accedat huiuscmodi operibus, si contingat per pontifices aut concilia institui, vt certis locis et temporibus fiant? Nulla, inquietus, sed Christiana libertas non fert, huiuscmodi onera imponi fidelibus, quos apostoli nullis voluerūt grauari, nec potest vlla, etiam totius ecclesiæ, autoritate propter huiusmodi opera damnari anima, cum solus Christus, sicut et seruandi,

ADVERSUS LVTH. DOGMATA.

Fol. III.

uandi, ita & damnandi habeat potestatem. Audio, sed nunc
 nō de ecclesiæ potestate suscepta nobis est disputatio, quæ in-
 ferius suum habebit locum: sed de operibus bonis, quæ citra
 diuinæ legis præceptum a nobis fieri contingit: de quibus
 duo queruntur: an scilicet, conferant ad placandum Deum,
 & aliquid ab eo quoquomodo promerendum, puta pecca-
 torum veniam, gratiam, & gloriam: & an per pontifices com-
 muni lege, aut quosuis sacerdotes priuato in poenitentia iudi-
 cio iniuncta, eandem vim habeant, quinimo maiorem. Ho-
 rum prius euidentibus a structum est scripturarum testimo-
 nijs: posterius indignum est, de quo dubitetur, nec illud ad-
 uersarij improbant vlo testimonio, præter verba Christi. Si-
 ne causa colunt me mandatis hominum: Quæ verba nihil
 nobis obsunt, quando manda hominum, vt superius atti-
 gimus, appellat Christus iustificationes quasdam prorsus ex-
 ternas & inutiles, quæ sunt ab hominibus proprij commodi
 aut inanis gloriæ causa excogitatæ: non bona opera, quibus
 iam dudum autoritate publica aut priuato consilio tempus
 præfinitur. Porro quod eleemosynæ, quod ieunia, quod pre-
 ces sint bona opera, probatur Christi ipsius verbis, qui de sin-
 gulis distincte ait: Et pater tuus qui videt in abscondito red= Matth. 6
 det tibi: Nec puto Philippum & aduersarios tam pertinaces
 fore, vt negent inter cætera quæ pro huiusmodi operibus pa-
 ter est redditurus peccatorum remissionem esse annumeran-
 dam, cum isdem Christus alibi dicat, Quod superest date e= Luke 11
 leemosynam & ecce omnia munda sunt vobis, de peccatis
 nimis loquens: Et Nabuchodonosoro regi consulit Daniel,

e iii vt

Opera ci-
 tra diuinū
 præceptū
 facta quāci
 valoris
 sunt.

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Daniel. 4 vt peccata sua eleemosynis redimat. Et nisi precibus dimitte^r rentur peccata. Christus non docuisset vt orātes diceremus:
 Matth. 6 Dimitte nobis debita nostra, &c. Dicet Philippus (scio) his omnibus interesse fidem quādam specialem, sine qua peccata nullo modo remitterentur. Quis hoc illi negabit, aut quis ignorat, in cunctis quæ agimus fidem in primis esse necessariam? Ecquis vñquam accessit ad confessionem, nisi absolutionis fiducia duceretur? Ecquis eleemosynas largiretur, nisi crederet Christo dicenti. Quotiescunq; vni de minimis meis fecistis mihi fecistis? Quis ieiunaret, nisi fidē haberet Christo prædicanti, patrem relativum esse gratiam pro ieiunio, quod sit in abscondito? Quis oraret, nisi fiducia illius magnificaë promissionis. Quicquid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis? Haec est fides illa specialis, quam tanto supercilium prædicat Philippus, & tanta saueritate exigit ut significet, a nemine ante Lutheri dogma esse agnitam: cum nemo fuerit vñquam vsque adeo simplex Christianus, quin illam vltro præstiterit: tantum illam non ostentabant, & odiouse inculcabant in quo nos a Luthero superari fatemur. Estne aliud quod in nobis Philippus desideret? An non est hæc fides in Christum, cum credamus, opera nostra peccata fore, tantum abest vt peccatorum remissionem mereantur nisi intercederet Christi gratia: qua iuuamur, & promissio cui innitimur? Haud ergo obest fidei probasse per sacras litteras esse quædam opera, propter quæ fide intercedente dispensantur peccata: Quod cum luce clarius sit demonstratum; nunc demum percunctor, quid peccati aut quæ pecca-

Quæ sint
peccata
que nobis
per bona
opera con-
donantur.

ta huiusmodi operibus remittantur: nam huiuscemodi disputationem, cui Augustini verba superius dederant occasionem in hunc locum, ne multa commiseretur, distulimus.

Catholici diuina veritate coacti distinxerunt inter culpam & poenam seu poenae reatum: quarum vtraque in scripturis, ut supra ostensum est, peccatum appellatur: culpam discrīmen inter cul-
pam & poenam.

cunt in sacramento poenitentiae absolutionis virtute dimitti, plectuntur tamen nihilominus temporaliter interdum illi, quibus est in uniuersum culpa dimissa: non quod maligne Deus conserat sua dona (temporalis enim animaduersio nō Psalm. 50 excludit magnam illam misericordiam, quam implorabat propheta) sed quod poenitentis animus a terrenis cupiditatibus non satis explicatus, necesse habeat in camino tribulationis excoqui, ut temporalis animaduersio suppleat, quod minus præsttit charitas poenitentis: Nisi forte velit Philippus dicere, nihil deesse poenitentium fidei & charitati, quod opus sit aliunde suppleri: quod certo scio illum minime dicturum: alioquin purgatoria poena superflueret: quam tamen nec ipse nec Lutherus hactenus negauerunt. Quinimo docent morientes cum imperfecta charitate secum afferre nō modo causam, verum & maximam partem purgatorij cruciatus. Cum igitur uniuersi doctores vestri fateantur aliquid superesse morientibus in charitate, atque adeo ius æternæ felicitatis secum deferentibus, quod post hanc vitam diuina exigente iustitia plectatur: qui possunt receptæ totius ecclesiæ sententiæ refragari, qua docemur accedere quosdam ad poenitentiae sacramentum tam fra-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

gili fide & imperfecta charitate: vt etiam si absolutionis beneficio peccatorum remissionem, quatenus propter illa peccata ius æternæ felicitatis amiserant, fuerint consequiti: superstit tamen illis, quod per poenas vel sacerdotis arbitrio vel spontanee assumptas luere teneantur, plectendi alioqui in purgatorio, nisi viuentes præuenerint cruciatus, qui manet illic imperfecta charitate decessuros: Respondebit quantum ex ipsis & Lutheri doctrina coniectare possum Philippus: superesse quidem non modo morientibus, verum & poenitentibus (vtrunq; enim potest homini in eadem animi dispositione contingere) quod poenarum inflictione perficiatur. Iuxta illud Iacobi apostoli: Omne gaudium existimare fratres mei cum in varias tentationes incideritis, scientes quod probatio fidei vestræ patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habet: vt sitis perfecti & integri in nullo deficiens: fatebitur ergo Philippus Deum in nobis hanc integratem & perfectionem efficere, cum in hac vita varijs nos laborebus & cruciatibus exercendo, tum in alia purgatorio igne, velut in fornace, quod reliquum fuerit excoquendo. Hanc tamen expurgationem nullius hominis potestati subesse, cum solius sit Christi argentum examinare, atq; conflare, & purgare filios Leui. Et Isai. Conuertam, inquit dominus, manum meam ad te, & excoquam ad purgariam tuam, & aufera omne stagnum tuum, &c. Itaq; cum purgationis huiuscmodi ac perfectionis munus Christo soli tribuant sacræ literæ, non modo temere, verum & impie facere videntur Luthero, quicunq; illam sibi ausi sunt arrogare. Quod si dixeris,

Iacobi 1

Malac.,
Isaiæ 1

supre-

ADVERSVS LVTH. DOGMATÀ. Fol. 113.

supremam potestatem Christi solius esse, ministerium tamē eius hominibus traditum ab eodem, scripturarum mox testimoniū efflagitant, nihil alioqui, quantumuis antiqua cōsuetudine ab ecclesia receptum, credituri. Nam prīcas sanctorum patrum satisfactiones, quas poenitentiales canones appellabant, ad politici iuris classem relegant, a Hierarchici prorsus excludunt. Si vero potestatem clauium allegare velis, negant huic potestati aliud subesse, quam vim absoluendi peccatorem etiam non confessum, modo supplex absolutio nem petierit: & firmissime crediderit verbis absoluētis: Hic iam de scripturarum intelligentia agitur: nam cum Christus claves in plurali nominauerit, plures potestates aut plures modos remittēdi peccata visus est significare. Cum etiam scēndos peccata non dimittat, nisi Christi fungens autoritate, credibile est, qui illi maximum commisit, hoc est, absolutio nem a culpa, & minimum commisisse, quod est peccati reliquias posse mederi. Sed negant quicquam peccati superesse absoluto, quod vel sponte sua vel alterius iudicio luat, tametsi multum supersit, quo fide & charitate proficiat. Nec tamen hactenus, quod viderim, explicauerunt quae sint illa peccata, si ista non sunt, de quibus dicitur, quod mundentur eleemosyna, quandoquidem etiam iuxta illos opus est absolutione: qua neglecta nihil prodeſſent eleemosynæ: & illa accepta, nihil opus est eleemosynis ad remissionem peccatorum, quorū post absolutionem nihil superest remittendum. Quid igitur agas cum huiusmodi hominibus, qui tertio quoque verbo ad scripturas prouocant, & si illas non produixeris, nihil credunt,

Purgandi
perſicien-
di ſupre-
ma pot-
ſtas Chri-
ſti eſt, mi-
nisterium
vero He-
rarchis cō-
miſſum.

Lutheri
dogmatis
& perpe-
ritas et im-
portun-
tas.

F. ALPHONSVS VIRVE SIVS

dunt, quasi ecclesia, quæ nobis potuit dare scripturas, quibus
crederemus (nisi illi dicant se habere aliunde) non possit da-
re, quod sine scripturis etiam credamus? Sed ut donemus, nō
esse credendum, nisi quod scripturis probari potuerit, quid
remedij nobis reliquum erit, vbi de earundem scriptura-
rum intelligentia fuerit dubitatum? Nihil, inquiunt, dubia-
um, aut ambiguum nobis afferri volumus, nam scriptura sa-
cra nihil ambiguitatis continet, sed omnia sunt aperta &
intellectu facilima. Atqui non talis visa est antiquis sapi-
entibus, quin & Petro quidem visæ sunt epistolæ Pauli dif-
ficiles intellectu, cum tamen extra propheticam caliginem
positæ, lucem euangelicam præ se ferant: Nec video quo
modo scriptura sacra sit facilis intellectu, quæ quingentos
& mille annos usque ad Lutheri tempora in aliquot suis
locis, ut illi videtur, non est intellecta. Ceterum quando
diuinæ veritati nunquam defuit scripturarum præsidium,
operæprecium erit nobis ostendere huic etiam quam de fa-
tisfactionibus credimus, minime deesse. Etenim quantum
libet quidam proteruant, & oculos, suscepti semel dogma-
tis errore præuenti, superbe a veritatis auertant splendore,
bona tamen spes est, inter vos fore non paucos, qui (quæ est
Germanorum ingenuitas) integri velint disputationem no-
stram suscipere.

Purgatio-
rius ignis
ad quid sit
institutus.

Ex ijs quæ hactenus differendo coegimus, constat Deum
in nobis misericorditer temporaneis corrigere disciplinis,
quicquid æternis cruciatibus vlcisci, non decreuerit: Nam
ob id peccantes tam multis exercemur afflictionibus, nec in
alium

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 114.

alium usum purgatorius est ignis institutus, id quod aperte
simis verbis propheta describit in eo Psalmus: Quia misericordia dñi in æternum cantandis exordium ausplicatur: in
cordis dñi quo posteaq[ue] longiore sermone Christi magnitudinem, poten-
tiam, ac celsitudinem vaticinatus fuerat, adiungit dñs, cuius
personam propheta gerit in loquendo: Si autem dereliquerint
filii eius legem meam, & in iudicis meis non ambulauerint, si
iusticias meas prophanauerint, & mandata mea non custo-
dierint, visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus
peccata eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eo,
neque nocebo in veritate mea, &c. Christi filios quis nescit esse ^{Iohann. 3}
christianos haud quidem omnes, sed illos de quibus dicitur,
quod non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex
voluntate viri, sed ex deo nati sunt: De quibus etiam alibi Io-
hannes: Omnis qui natus est ex Deo, non peccat. Hi quan-
titatis dicantur non peccare, idcirco quod instituti sui ac pro-
fessionis scopum tandem assequuntur, derelinquent tamen
interdum plurimi legem Dei & in iudicis domini non sem-
per ambulant, quorum iniquitates dominus visitat in vir-
ga, & in verberibus corrigit peccata eorum, quia quos do-
minus diligit, castigat: & flagellat omnem filium quem re-
cipit. Hoc cum ita sit, quis credat, non posse filios apud pa- ^{Hebr. 12}
trem huiuscmodi verbera, precibus, lachrymis, ieunijs, &
eleemosynis ultro suscepit, deprecari, cum Niniuitæ preci- ^{Ionae 3}
bus & ieunijs excidium & euersionem sint deprecatis: Eze- ^{4. Reg. 20}
chias prece ac fletibus deprecatus fuerit mortem. Achab sae- ^{3. Reg. 21}
uerissimam in se domini sententiam, & multi cum improbi

fūj tum

F. ALFONSVS VIRVESIVS

A&C. 12

tum probi diuinam vltionem precibus, ieunijs, & eleemosy-
nis depulerint. Denique fideles, qui erant Hierosolymis, Pe-
tri apostoli liberationem, cum in custodia ab Herode tenere-
tur, precibus impetrasse videntur. Oratio enim siebat ab ec-
clesia sine intermissione ad Deum pro eo: & redditus est, vt
narrat Lucas: multis orantibus in domo sceminae cuiusdam
nomine Mariæ. Et Paulo ieunanti, & oranti, donata est a do-
mino in columitas omnium, qui cum eo naufragium passi-
fuerant. Quid opus est loco communissimo iuxta atq; aper-
tissimo immorari? Quid est in sacris literis frequentius hoc,
quod quorundam exemplis confirmare volumus, diuinam
scilicet maiestatem orantium precibus, lachrymis, ieunijs, &
afflictione placari? His & id genus alijs supplicationibus
multa bona leguntur a domino impetrata, innumera mala
depulsa: & non poterunt fideles, qui filiorum Dei nomine
honestantur, meritas poenas, quæ diuina iustitia peccantie-
bus infert, etiam cum noxas condonat impetrare? Quod si
possunt, quid iam superest quo satisfactiones negantur a
Lutherio? Nos enim nihil aliud nomine satisfactionum in-
telligimus, quam huiusmodi supplicationes, quibus diuinæ
iustitiae quadantenus satisfaciendo, eius sententiam immu-
tamus. Cur iam Philippus ecclesiæ succenseat, quod id ge-
nus supplicationes certis temporibus, quando non pos-
sunt assiduo præstari, Christianis indicit? Aut cur facer-
dos iuxta mensuram affectus, quem explorauerit in poenit-
tente, non iniunget illi huiusmodi opera, quibus utruncq; sa-
tifaciat, quod minus p̄stitit charitate? Vereor, vt Philippus,
quæ

A&C. 27

quæ est eius in euadendo versutia, respondeat, nihil horum
 aduersus illum quicquam efficere: tum quod omnes illi, quo
 rum adduximus exempla, non pro castigatiōe quam ad vti-
 litatem nostram assidue nobis dominus infert, sed pro qui-
 busdam priuatis periculis precabantur, quæ nobis etiam li-
 cet, quoties ingruerint, deprecari: tum quod poenæ illæ, de
 quibus nunc agimus, ita nobis pro peccatis infliguntur, non
 vt pro præteritis ac dimissis satisfaciant, sed vt præsentibus
 quæ semper adsunt, quandiu charitas est imperfecta, mede-
 antur. Quicquid enim imperfecta fides & fragilis charitas
 in animo destituit, occupant infidelitas & concupiscentia,
 quarum tyrānidem dominus varijs in nobis afflictionibus
 vlciscitur: & extinguit, atq; adeo indies fidem & charitatem
 huiusmodi poenis perficit, & auget: idcirco nemo potest id
 genus penas siue absoluendo, siue commutando a nobis au-
 ferre. Quod si maxime quisquam posset, minime tamen ex-
 pediret. Idem reor de purgatorijs cruciatibus responsurum,
 in quibus Lutherus contra omnium sententiam, docet, cha-
 ritatem perfici, & augeri. Quicquid hæc responsio continet,
 vt sit verum, vt esse de viuentium profectu atque perfectio-
 ne, duntaxat ego non dubito, haud tamē obstat quin sint a-
 liae penæ, quæ pro peccatis, etiam quorum culpa remitti-
 tur, infligantur, & quas non sit inutile quoquomodo depre-
 cari: Horum prius probant illa prophetæ verba: visitabo in ^{Psalm. 88}
 virga iniurias eorum, & in verberibus peccata eorū, mise-
 ricordiam autem meam non dispergam ab eo, &c. Posteri-
 us vero, qn et vtruncq; simul, cōfirmat apostolus Paulus Co- ^{1 Cor. 11}

F. ALFONSVS VIRVESIVS

rinthios obiurgans quod peccarent in Christum irreuerentia, in seipso crapula et voracitate, in proximos contemptu, dominici corporis & sanguinis mysterijs abutendo, & adiungit diuinam vltionem. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, et dormiunt multi. Porro quid huiusmodi animaduersio deprecabilis esset, vt quæ non ad internacionem, sed ad correptionem peccantibus infligebatur, & de illarum numero erat, quas descripscerat Propheta: Visabo in virga iniuitates eorum, & in verberibus peccata eorum, misericordiam autem meam non dispergam ab eo, &c. declarant verba quæ subiungit Apostolus: Quod si nosmetipos iudicaremus, non vtique iudicaremur: cum autem iudicamur a domino, corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Iudicare scripturæ consuetudine dixit pro vlcisci, quemadmodum Christus cum de iustis dicit. In iudicium non veniet. Et princeps huius mundi iam iudicatus est. Et isdem apostolus: Qui conturbat vos portabit iudicium. Docet itaque, modo sumendam esse a nobis metipos peccatorum vltionem, vt diuinam præueniendo vitemus. Loquitur autem de peccatis, quorum culpas dominus ita remittit, vt poenas, tantum ad illorum utilitatem qui plectuntur, exigat. Ad dit enim: Cum iudicamur autem a domino, corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Corripit ergo dominus poenarum irrogatione, quos non vult perpetuo damnari. Quod nō video, quid aliud sit, quam poenas exigere ab illis, quibus culpas cōdonat. Hoc est, quod Propheta dixerat, visitare in virga iniuitates filiorum, & in verberibus peccata eorum,

Iohan. 5
Iohan. 16
Gala. 5

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 115.

eorum, misericordiam autem non auferre a Christo, hoc est, ^{Psal. 67}
 a filiis propter Christum, qui iuxta eundem Prophetam ac-
 cipit dona in hominibus. Lutherus & Philippus non pos-
 sunt ferre hanc doctrinam, quod illis videatur Christi glori-
 am obscurare, cuius meritis innititur remissio peccatorum,
 ita ut si dicamus, in absolutione non conferri absolutam ac
 plenam omnium peccatorum, tam quo ad culpam quam
 quo ad poenam, remissionem: videamur asserere, aut eius
 merita non sufficere, aut parce & maligne ab eo nobis esse
 communicata. Sane quod ex sententia nostra nihil gloriae
 Christi decedat, quin accedat plus multo quam ex adver-
 sa apud omnes, quibus fuerit vtraque libere & attente per-
 pensa, abunde superius est demonstratum a nobis. Nunc
 vero respondemus Philippicæ obiectioni, de operibus Dei
 non esse nostrum iudicare: tantum scimus Dei perfecta es- ^{Deut. 32}
 se opera, quomodo vero aut quibus modis illa prouehat, at-
 que perficiat, scire non possumus: quoniam operatur om-
 nia, non secundum animi nostri sententiam: sed secundum
 consilium voluntatis suæ. Porro consilium domini nemini ^{Eph. 1}
 esse notum, Isaias asserit. Idcirco catholici in tanta rerum ^{Isaiæ 53}
 caligine id eligunt, quod maxime ex scripturis colligi po-
 test, quibus frequens est poenarum deprecatione, iejunis, <sup>Peccatorū
remissio
locus den
sus & va
rius.</sup>
 precibus, & eleemosynis impetrata. Quod si scripturæ san-
 ctæ alicubi in specie sibi videntur aduersari, eligendum est
 sensum aliquod medium, in quo conueniant: alioqui co-
 geremur ab infidelibus confiteri, sacras literas alicubi fefel-
 lere: id quod non posse fieri, vt nihil certius est habendum,

F. ALFONSVS VIRVESIVS

vt nihil firmius credendum. Quamobrem cum videamus
scripturas,nunc potestati illi,quam Christus cōtulit aposto-
lis,peccatorum remissionem tribuere: quia quorum remis-
ritis,inquit, peccata remittuntur, & quorū retinueritis(hoc
est quorum vos non remiseritis) retenta erant:nūc vero pœ-
nitentiam exigere,hoc est, animi pœnititudinem cum resipis-
centia:nunc deniq; pœnas sumere ab ijs,quibus peccata con-
donat,& quas ipsi de se sumunt probare,interdum & præci-
pere, aut certe consulere, & quibusdam illarum condonare
peccata: preces ac gemitus frequentius attendere, si huic
modi pœnis & afflictionibus offerantur: tandem quotquot
sanctorum veteris seu noui testamenti peccatorum suorum
noxas aut vltionē sunt deprecati,hisce supplicationibus vlos
fuisse.Cum, inquam, hæc & id genus alia pro satisfactioni-
bus videamus: libentius (etiam si nullo ecclesiæ præiudicio
teneremur) sententiam illam amplectimur, q̄ omnia hec vti-
lia interdum & necessaria esse pœnitētibus asserit: q̄ quæ op-
positum docet, quando facilius in illa constātissima scriptu-
rarum sanctor̄ veritas & omnium suarū partiū syntagma,
& quasi concentus seruatur . Atq; hinc orta est solennis illa
pœnitentiæ partitio trimembris,in contritionem,confessio-
nem,et satisfactionem.Confessio absolutionem continet,cui
Peniten-
tia partes
vnde ortæ.
deseruit . Quod si quis contendat, has non esse pœnitentiæ
partes,substituat autem pro illis vel illarum aliqua fidē: ego
non magnopere illi aduersarer, modo necessarias esse non
neget, quando ipsa pœnitentiæ ratio , vt superius exposui-
mus, omnia ista complectitur. Nec satisfactio,quia sub hoc
nomine

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 117.

nomine in sacris literis non præcipitur est a poenitentia sciens
genda: cum nihil aliud sit, quam conatus infectum reddedi,
quod factum est, qui conatus maxime indicat vere poeniten-
tis affectum, atq; adeo quasi summam manum poenitentie
imponit. Ab hoc enim studio oritur restitutio, non quæcum
que, sed tam locuplex, vt fœnus reddat pauperibus rerum, si
quas abstulerat, a diuitibus. Ecce, inquit *Zachæus ille vere*^{LUCAS 19}
poenitens, dimidium bonorum meorum do pauperibus: &
si quem fraudavi, redde quadruplum: huic poenitentiae sta-
tim salus: hoc est, peccatorum cōdonatio est promissa. Hinc
& Paulus: Qui furabatur, iam non furetur, magis autem ^{EPIPH. 4}
laboret operando manibus suis quod bonum est, vt habeat
vnde tribuat necessitatem patienti. Quid opus est tanto la-
bore, si inutilis est satisfactio? An non satis est ei, qui resipuit
a peccato: si de cætero manum ab alieno contineat, & pro-
prio sibi labore victimum paret. Sed quem locum in poeniten-
tia dabimus huiusmodi labori? Dicemus ne esse terrores il-
los, quos Philippus exigit: Nequaquam. Nam illi precedunt,
& inchoant poenitentiam, hi vero sequuntur & perficiunt.
Erunt ne fides & absolutio? Minime. Nam absolutio in ver-
bis est, fides in mente, non in opere manuum, & pauperum
subuentione. Supereft ut sit satisfactio, qua suas etiam res,
easdemque non sine labore partas vertat in alienos usus, qui
in suos fuerat alienis abusus, iuxta illud eiusdem Apostoli:
Sicut exhibuistis membra vestra seruire immundicie & ini-^{ROM. 6}
quitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra ser-
uire iustitie in sanctificationem. Quibus verbis non tantum

g peccata

F. ALFONSVS VIRVESIVS

peccatorum, quæ in proximum admittuntur, & ad iniq[ui]tatem pertinent, verum & illorum quæ cuiusvis voluptatis libidine perpetrantur, & immundos nos reddunt, satisfactionem nobis suadet Apostolus: satisfactionem, inquam, illam qua per quæ quis peccauerat, puta rei alienæ interceptionem luxum aut voluptatem per eadem etiam puniatur, hoc est, per largitionem, laborem & carnis castigationem. His & id genus alijs rebus, quis non videat saluberrimum esse, congruum tempus, locum & modum negligenteribus aut conniventibus præscribit: Roget me fortasse

Obiectio
vehemens
per inter-
rogatio-
nem.
Passio
Christi qd
cœulit no
bus.

quispiam: Quid ergo nobis contulit passio Christi, si pro nobis non satisfecit aut quomodo satisfecit, si adhuc nobis supereft necessitas satisfaciendi? Vnde perfectissimo operi, hoc est, Christi passioni contingit ista imperfectio: An quia non sufficiebat pro tantis & tam multis peccatis satisfacere, partem poenæ nobis remisit & partem dimisit, ita ut nō sublata, sed diminuta videatur, vt ex æterna fieret temporalis? Quis hoc sanus & Christianus dicat: Nemo equidem: sed ego illum, quem ex aduerso dicere feci, vicissim rogabo, qd sit illud quod passionibus Christi defuit: quod Paulus in carne sua supplebat pro corpore Christi, quod est ecclesia. Aut quid nobis contulit Christi crux, quibus opus est afflue propriam portare crucem, carnem cum vicijs & concupiscentijs crucifigere, quidve profuit Christum pro nobis mori, quibus non semel sed quotidie moriendum est, iuxta illud, quod ex Prophetæ Paulus adducit: Quoniam propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oves occisiōnis.

Col. 1

Luce 9
Luce 14
Gala. 5

Psalm. 43

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 118.

Respondeat mihi ad hæc omnia Philippus, qui se putat multum tribuere Christi passioni, si Christianis detraherit poenitentiae onus, nobis siquidem in promptu est responsio huiuscmodi omnium difficultatum, nēpe Dei voluntas, & eius incomprehensibilis sapientiae arcana dispositio, cui visum est ita nobis expedire, vt diuersis identidem agitemur, & exerceamur laboribus, cruciatibus, & æruminis, quamdiu viuimus: vt, quod ait Paulus: destruatur in nobis corpus peccati, & veterem hominem prorsus exuamus, nouo & interiore ad perfectionem proiecto, qui renatur de die in diem in agnitionem, secundum imaginem eius qui creauit illum. Pulchre, inquietes, & catholice, sed isdem Paulus docuerat eundem veterem hominem simul cum Christo crucifixum fuisse & commortuum, vt videatur hac sententia non esse opus de cætero alia mortificatione, quod si adhuc alia opus est, cur Christus, si potuit noluit, aut si voluit, quomodo non potuit semel in nobis perficere gratia, quod tam diu in nobis fecit laborum tolerantia? Viderit Philippus in Christo renatos onere poenitendi leuare conatur. Nos vero rursus agnoscamus ita nobis expedire, & ex hoc plus Christi gloriae accedere, quam decadere, dum ipse quotidie in membris suis triumphos celebrat victoriae, quem aduersus principem mundi huius & rectores tenebrarum istarum subinde obtinet: post illam insignem qua semel illum expolians traduxit cōfidenter palam triumphans illum in semetipso. Ad hæc nos varijs temptationibus fragilitatis

Rom. 6
Ephe. 4
Col. 3

g ij nostræ

F. ALFONSVS VIRVESIVS

1. Cor. 15 nostræ admoniti, humiliamur sub potēti manu Dei, vt sub-
2. Cor. 4 limitas sit virtutis eius, & non ex nobis, ita vt ne nimia con-
fidentia & securitate pereamus, quemadmodum non mo-
do homines primi, verum & angeli perierunt. Hæc & alia
fortassis meliora responderi possunt ijs, qui post Christi la-
bores crucem & mortem mirantur, tot ac tantos nobis su-
peresse labores, perpetuas crues, quotidianas mortes. Atq;
ea ipsa nobis respondere posse videmur his, qui satisfactio-
nis doctrinam vetustam, catholicam, piam, & exercendis
fidelibus vtilem ob hoc eleuare contendunt, quod Christus
semel pro omnibus nobis satisfecerit. Eadem, inquam, respō-
dere possumus, quoniam prorsus eadem est responsio vtro-
biq; quatenus rerū, quæ humanae rationis vim longa interca-
pedine excellunt, potest ratio inueniri. Gesta sunt omnia hęc
occulta dispensatione, quoꝝ vsus & utilitas tantummodo no-
bis conceditur, conciliū ratio penes illū est, q; fecit & eo mō fe-
cit, quo magis illi visum est expedire nobis, qbus siebat. Nā
alienū est opus eius ab eo. Verissimū ergo est utilius esse ele-
ctis (quibus omnia cooperantur in bonū) per gradus quoſ-
dam prouehi, & semper obnoxios esse diuine iustitie, vt eius
misericordiā ardentius implorent, & pcenari oīm, quas pati-
untur, sese debitores semper agnoscant. Quę persuasio vt ve-
rissima, ita & receptissima semper fuit apud oēs, qui pie vis-
uere ab orbe condito studuere, non aut esset vera, nisi Deus
interdū cōdonaret culpas illis, a qbus exigit poenas. Huic ex-
actioni per poenitentias satisfacimus, has poenas spontaneis
satisfactionibus deprecamur, ab apostolo Paulo p̄moniti, q
si nob̄

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 119.

si nos met ipsos iudicauerimus, hoc est, supplicium de nobis
 legitime sum pserimus, non vniq; rursus a domino iudicabis-
 mur, quandoquidem, vt ait propheta, non consurget duplex
 tribulatio, vel quod alia translatio habet, non vindicabit De-
 us bis in id ipsum. Nostras vero satisfactiones omnino inua-
 lidas & inefficaces esse credimus, nisi Christi Iesu meritis in-
 nitantur: imo nisi eius essent præcipue merita, q; hæc in mē-
 bris suis quotidie operatur. Hæc cum ita sint, bonos viros ad
 quos subinde prouocat Philippus nunc appello, vt mihi to-
 tis animi viribus adsint ad retinendam doctrinam, quæ scri-
 pturis sanctis non modo non aduersatur, verum eisdem lu-
 ce clarius innititur, quæ sanctorum omnium literis & exem-
 plis firmata, totius ecclesiæ perpetuo consensu roboratur, quæ
 Christianorum vulgo ad frugalitatem & modestiam maxi-
 me confert, nec patiantur se verborum illecebris abduci, pie-
 tatis quidem speciē habentium, fortassis & affectuum: sed nō
 secundum scientiam, nisi illa quæ inflat animum habentis, &
 in cæterorum omnium contemptum extollit. Sed iam satissi-
 mationibus me fecisse satis existimo, q; bus adiuncta q; supe-
 rius de iustificatione dixeramus, vniuersis, quæ per Philippū
 maiori verborum copia quam necessitate coacta sunt, abun-
 de respondet: quamobrem operæ premium erit ad XIII. cap.
 &c. quæ vt iustificationi adnecteretur poenitentia intermis-
 sa sunt, expedenda reuerti.

Nau. 1

2. Timo. 3

1. Cor. 8

Philippica XII. De vi & numero sacramen-
torum.

g ij De

F. ALFONSVS VIRVESIVS



E sacramentorum numero virtute & vsu, quædam sunt ex sacris literis deprompta, & totius ecclesiæ consuetudine recepta, quædam vero priuata quo ruram opinionem vulgata, quæ omnia Philippus miscet, ut illorum, qui citra scripture testimonium libere sunt opinati lapsus in vniuersorum inuidiam conuertat. Et primum quasi nihil referat quid quo nomine appelleatur, nunc ijs, quæ vere sunt sacramenti nomen adimit, nunc rebus quæ non sunt, libere permittit. Nos, inquit, sentimus: præstâ dum esse, ne negligantur res & cæremoniæ in scripturis instituta, quocunque sunt, nec multum referre putamus, etiam si descendit causa alij numerant aliter, &c. Et inferius quinto paragrapgo: Si matrimonium propterea habebit appellationem sacramenti, quia habet mandatum Dei, etiam alij status seu officia quæ habent mandatum Dei, poterunt vocari sacramenta, & addit exemplum magistratus, orationem & eleemosynam. Hoc modo de sacramenti nomine philosophatur, cui nos respondemus, vtendum esse nominibus ab ecclesia receptis, ne prophanas vocum nouitates induxisse videamus, in quibus nouis vocibus non parua iuxta Paulum apostolum fidei pestis latet. Porro quod ad nominis rationem attinet, acceptcionibus illis, quibus arcanum aliquid aut iusitrum sacramenti nomen significat, prætermisis, nō quicquid habet Dei mandatum & promissionem est sacramentum, neq; quod sine promissione traditur etiam in sacris literis est hoc nomine appellandum, quia sacramentum a patribus describitur sacræ rei efficax signum, vnde quatenus signum

i. Tim. 6

Vocibus
in nobis
fidei pestis
latet.

ADVERSVS LVTH. DOGMATA.

Fol. 118.

signum est omnia illa excludit, quæ non sunt a Christo instituta vt signa: sed vt virtutes aut officia approbata, & coelestis præmij promissionibus ornata. Quod genus sunt eleemosynæ, preces, iejunia, & magistratum functio legitima: quantum vero dicitur efficax: excluduntur omnes ceremoniæ et ritus, qui non habent promissionem Christi, in qua vna sita est omnis sacramenti virtus & efficientia. Hæc apertiora sunt theologis quam vt probationibus indigeant, & de nominis ratione loquenti satis est ostendisse, quid apud probatores authores perpetuo significet. Nec vos aliter sacramenti nos sacramenta non tantum esse notas Christianæ professionis nos. tum quid secundum Germanos.

men accipitis, cum in confessione vestra, Germani, dixeritis, sacramenta inter homines, sed magis signa & testimonia voluntatis Dei erga nos, ad excitandam & confirmandam fidem, &c. Superest vt ostendamus quæ nam sint illa, quibus hac nominis descriptio conueniat. De Baptismo, Poenitentia, & Eucharistia conuenit inter nos, de caeteris variat Philippus, distinguens illa a superioribus: cui distinctioni & nos quadam assentimur, vel ob id quod nō sunt æque necessaria singulis membris, tametsi totius ecclesiæ corpus perficiatur eisdem, & prouehatur. Verum Philippus aliud etiam discri- men adiungit, dicens quatuor reliqua sacramenta non habere mandatum Dei, nec promissionem: quod si ita est, sequitur, apostolos sine Dei mandato baptizatos manuum impositione cōfirmasse. Nā in Actis missi sunt ab apostolis Petrus ac. 8 & Iohānes, vt baptizatis in nomine Iesu manus imponeret. Quid obsecro erat huiusmodi manū impositio, quam apostoli,

F. ALFONSVS VIRVESIVS

stoli, ne prætermitteretur, tantopere satagebant: Nos confirmationem (in gratia videlicet baptismali) appellamus: quia sequitur ibidem. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebāt spiritum sanctum. Et baptizatis Paulus manus imponebat, & accipiebāt spiritum sanctum. Hæc acceptio non erat primæ gratiæ, qua iustificantur ad vitam: sed acceptæ in baptismō augmentum & confirmatio. Alioqui sufficiebat illis ad iustificationem fides & baptismi perceptio: quoniam qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Dicet fortassis **Philippus**, Confirmationis nomen se nihil morari, modo sacramentorum numerus non augeatur, quia si sacramēta, insquit, vocamus ritus, qui habent mandatum Dei: & quibus addita est promissio gratiæ, facile est iudicare quæ sint proprie sacramenta: Nam ritus ab hominibus instituti non erunt hoc modo proprie dicta sacramenta: non est enim autoritas humanæ promittere gratiam: Quare signa sine mandato Dei instituta, non sunt certa signa gratiæ: etiam si fortasse rudes docent, aut admonēt aliqd. Ex his dictis colligit in hunc modum: vere igitur sunt sacramenta baptismus, coena domini, absolutio, quæ est sacramentum poenitentiæ, &c. Hæc in secundo paragrapho, quibus adiungit in tertio. Confirmationem & extremam unctionem esse ritus acceptos a patribus, qui mandatum Dei non habent, & sic ab eorum numero, quæ sunt proprie sacramenta illos prorsus excludit. Egó vero ex verbis eius & scripturæ locis, quæ modo citauis cillime colligam: hæc duo esse vera sacramenta æque proprie ut tria illa, quæ ipse fatetur. Porro collectio potest in hūc modum

Aet. 19.

Marc. vii.

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 121.

dum ordinari. Quicquid potest conferre gratiam, vel ad cuius positionem regulariter confertur, habet promissionē diuinam: & manuum impositio erat huiusmodi, ergo habuit promissionem diuinam. Antecedentis priorem partem probat Philippica propositio, scilicet, non est potestatis humanae promittere gratiam: posteriorem vero continent apostolorum acta: collectio apertior est, quam ut queat dubitari. Nunc ex verbis etiam Philippi rursus argumentor. Manuum impositio habet gratiae promissionem: & non est de numero illorum, quae probantur ut bona, sed quae traduntur ut signa. Est ergo sacramentum: per locum a diffinitione. Pari argumentatione efficitur, extremam vunctionem esse sacramentum: si loco verborum quae citauimus ex actis apostolicis. Iacobi apostoli verba substituas. Infirmatur quis in vobis (ait Iacobus) inducat presbyteros ecclesiae, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine domini: & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus, et si in peccatis fuerit remittentur ei. Hic promissionem gratiae nihil obscuram habemus, non aut humanam, quia non est authoritatis humanae, promittere gratiam: ergo diuinam: nisi forte dicas, apostolum Christi ecclesiam sefellisse, promissionem ei offerendo, quam non habebat a Christo, aut propria autoritate pollicendo, quod præstare non poterat: quia gratiam & gloriam dabit dominus, non homo, etiam si sit apostolus: Habet igitur vunctionem promissionem Christi, quae vunctionio cum non sit de numero illorum quae probantur ut bona, sed quae traduntur ut signa, superest illam esse sacramentum. Ad hoc profecto sacramen-

Extrema
vunctionio est
sacramenta
tum.

Iacobi 5

Psalms. 83

h tum

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Marc. 6 tum p̄t̄lūsisse videntur apostoli, quando vt narrat Marcus
vngebant oleo multos ægros & sanabantur. Non erant me-
dici apostoli, vt vunctionibus aut malagm̄is curarent, quos in
nomine Iesu Christi poterant solo verbo sanare, quod & sa-
piissime fecerunt, sed voluit Christus huiusmodi miraculis
cōmendari hominibus vunctionem, quæ futura erat, postea
symbolum gratiæ, quem ad modum Helizæi quondam mi-
raculosa tinctio in Iordanæ, & Iohannis in eodem flumine ba-
ptizatio futurum Christi baptisma cœpit hominibus com-
mendare, & linguarum cognitio, quæ per manus impositio-
nem dabatur fidelibus, confirmationis dignitatem cōmenda-
bat: simul et officijs sui admonebat confirmatos, Nam hoc fa-
ciebat interius, fidem scilicet & gratiā roborare, vnde & con-
firmatio dicta est, ad quod linguarum usus & cognitio quā-
diu durauit in ecclesia seruiebat. Quanuis autem cessauerint
vunctionis, confirmationis & omnium deniq; promissionum
externa miracula, nunquam tamen deest interna eorundem
operatio. Nam hor; prius dabatur ad tempus credendi dif-
ficultati, quæ maxima tunc temporis erat. Lingue in signum
non sunt fidelibus sed infidelibus, posterius vero perpetuo
donatur fidei integrati, per quam Christus nōbiscum est vi-
que ad consummationem sæculi: quæ fides cum iam ad iu-
stum robur & integras vires, ad veritatem adstruendam &
destruendos errores peruenierit, nō sunt illi opus tam crebra
miracula. Habemus itaq; quinq; sacramenta propriæ dicta.
Tria confessus est Philippus (nam vestra confessio nescio
quomodo numerum prætermiserit cum partes penitentia-

4. Reg. 5

Math. 3

Ad. 19

Cōfirma-
tio quan-
diu dura-
bit.

R. Cor. 14

Math. 25

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 122.

tam diserte connumerauerit) duo nos ex eiusdem Philippi
 verbis collegimus, & ad præscriptum eius per sacras literas
 demonstrauimus. Nunc sacramentum ordinis ad superio-
 res regulas expendamus: Quanquam & hoc non grauatur
 Philippus appellare sacramentum modo inter illius functio-
 nes non ad numeretur oblatio: quia nullum vult, in novo tes-
 stamento esse sacrificium, quod assidue per sacerdotes offe-
 ratur, cuius rei disputationem nos in posterum reservamus,
 locum proprium in ordine vestræ confessionis habituram.
 Cæterum quorundam & quales habeat sacerdotium functio-
 nes, constat tamen esse sacramentum proprium dictum, quia ha-
 bet promissiones. Christus eucharistiae sacramentum & sa-
 cerdotium simul instituit. Eucharistiam his verbis. Hoc est
 corpus meum. Hic est sanguis meus. Sacerdotium vero, hoc
 est potestatem perperuo faciendi, quod ille tunc inchoabat, se-
 quentibus. Hoc facite quotiescumq; feceritis in meam cõme-
 morationem: quibus verbis consecrationē præcipit, & cor-
 pus suum & sanguinē consecratis pollicetur: alioquin nō
 possent facere idem quod ille fecit, & ita inane esset præceptū
 illud. Hoc facite quotiescumq; feceritis, &c. Itē apud Iohan. Iohann. 20
 Christus spm sanctum discipulis dans, pollicitus est eis, fore,
 vt quorum remitterent peccata, essent remissa, et quorum re-
 tinenterent, retenta: quæ promissio non est, apostolis morienti-
 bus, extincta. Sed manet in eorum successoribus: quia nō po-
 test magis ecclesiæ deesse, quam remissio peccatorum. Ad
 hæc bene utentibus hac dupli potestate, cuius promissio-
 nes cedunt in totius ecclesiæ commodum, non desunt etiam

Ordo est
sacramen-
tum pro-
prie dictū.

Matth. 26
Lucæ 22

h ij aliæ

F. ALFONSUS VIRVESIVS

aliæ promissiones ipsorum propriæ & peculiares: quoniam
 qui bene ministrauerit (vt ait Paulus) bonum gradum sibi
 acquirit. Sed hoc de diaconibus: nam presbyteris copiosius
 i. Timo. 3 infra pollicetur. Haud est opus hic immorari, quādo & Phile
 lippus facetur, ecclesiam habere non solum promissiones ad
 ordinem pertinentes, verum & mandatum de cōstituendis
 ministris, quod episcopi munus est. Iuxta illud Pauli ad Ti.
 i. Timo. 4 motheum, quem episcopum Ephesiorum ordinauerat. No
 li negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per pro
 phetiam cum impositione manuum presbyteri: Et infra. Ma
 nus, inquit, cito nemini imposueris, neque communicaueris
 peccatis alienis, quoniam episcopus temere sacræ inicians in
 dignum, delictorum eius omnium, quæ admiserit in ministe
 rio, se participem facit. Habet ergo sacerdotiū suos ritus ex
 ternos: quibus confertur: habet suas promissiones utriusque
 gratiæ bonis: malis vero saltem alterius, nempe eius, quæ in
 aliorum usus accipitur. Haud enim possent consecrare, vel
 peccata remittere, nisi spiritum sanctum utruncq; habent,
 quem dominus simul tradidit cum potestate. Ex quibus col
 ligitur esse sacramentum proprio dictum.

Iam matrimonio quis audeat adimere nomen sacramen
 ti, quod illi tribuit Paulus: Veruntamen videamus, an sit sa
 cræ rei signum efficax. Si referatur ad mysterium Christi &
 ecclesiæ: signum quidem est, non tamen efficax rei cuius ima
 ginē gerit: Si vero ad politicam conuentione verba illa cōtra
 hentium referantur, longe absunt a sacramenti ratione, tū quod
 non sint sacre rei signum: tum quod sint de numero illorum,
 quæ

Matrimo
nium viru
s sit sacre
rei signu
m efficax.
Ephie. 5

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 113.

quæ etiam si non sint signa, bona tamen sunt, & digna quæ
 Euangelio probarentur, utpote mutua consensu conciliatio-
 nis, quæ sunt natura coniungibilia, virum scilicet & foemi-
 nam, inter quos coniugium contrahitur. Est tamen aliquid
 in matrimonio Christiano, ad quod naturæ leges non attin-
 gunt, nec Mosaica lex unquam præscripsit, & hoc est, pro-
 pter quod matrimonium sacramenti rationem potest habere,
 quia sola Christi institutione verba contrahentium illud
 significant, & efficiunt. Quid, inquires, hoc est? Tam sacrum
 foedus & arcta coniunctio, ut neutri coniugium liberum sit,
 utroque viuente, alterum deserere, aut noui coniugij accessi-
 one priorem coniugem, vel minima sui iuris (quod par est
 utriusque) portione fraudare. Hoc est, quod nulla lex, quam-
 diu matrimonium non fuit sacramentum, unquam præscri-
 psit, quandoquidem patribus ante legem Mosaiam licuit
 plura matrimonia contrahere, natura non refragante, quo
 minus unus vir haberet plures foeminas, tametsi nunquam
 tulerit, unam foeminam simul habere legitime plures viros.
 Hoc, inquam, est, quod sola Christi Iesu institutione significat
 & efficiunt, quod nunquam antea effecerunt. Sacrum
 scilicet illud & prorsus intiolabile foedus, quod ita verbis
 contrahentium significatur, & sit, ut etiam mystice sublimior
 sacra sacramenta significet, nempe unionem verbi ad naturam
 humana, qua unus Christus Deus & homo in duabus sub-
 sistit naturis, & eiusdem Christi ad ecclesiam, qua unione ex
 capite & membris unum corpus mystice constat, id quod
 Paulus ad Ephesios sublimi sua philosophia est prosecutus. Ephes.

h ij Quæ

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Quæcum ita sint, constat matrimonium multis nominibus esse sacramentum. Superest tamen ut ostendamus illud suas habere promissiones, quas circa foecunditatem carnis Philippus non negat, sed eis nihil efficitur, nisi etiam promissiones gratiæ ostendamus. Paulus apostolus : Saluabitur, inquit, mulier per filiorum generationem, si permanserint in fide, & dilectione, & sanctificatione. Hic rogo, an huiusmodi promissiones habuerit unquam naturale coniugium, quale fuerat a primis coniugibus usque ad Christum? Nam quam magnifica sit ista promissio, non opus est nobis exponere aduersus Philippum, qui ea sola matrimonium non modo cœlibatii, verū & monasticæ professioni glorioſissimis verbis anteponit: haec vero promissio, cum sit salutis, qui poterit efficax esse sine gratia? Adde quod, apostolus matrimonii sanctificationem appellat, quod nunquam illi potuit continere, nisi Christi munere. Repetita igitur Philippi sententia illa: non est autoritatis humanæ promittere gratiæ, facile colligitur ex his quæ citauimus, matrimonium esse sacramentum, atque adeo non iniuria catholicos theologos exegisse, ut confessio vestra septem sacramenta numeraret, cuius ad numerationis prætermissio iure fuit illis suspecta in confessione, quæ tam scrupulose partes poenitentiæ, quæ preteriri potuerant, connumerauit.

Superest nunc ut de sacramentorum usu & efficacia disseramus, quo in loco damnamus, inquit Philippus, totum populum scholasticorum doctorum, qui docent, quod sacramenta non ponenti obicem, conserant gratiam ex ope

ADVERSUS LVTH. DOGMATA. Fol. 114.

re operato sine bono motu vtentis: Miraberis certe vt ex-
istimo lector, tam arrogantem Philippi censuram, ijs ver-
bis auspicatam, quibus vix ecclesia tota in damnandis aper-
tis & conuictis hæresibus solet vti, sed audi nunc modesti-
ora: Hæc, inquit, simpliciter Iudaica opinio est, sentire quod
per cærementiam iustificemur. Hæc Philippus & his similia
de vniuerso theologorum ordine: imo de totius ecclesiæ sen-
tentia, vt postea demonstrabimus. Ego vero nō dicam, qua-
les sint eius opiniones, aut quale sit, extra ecclesiam damnas-
re, quod a quibusdam theologis suis gymnaſticis verbis di-
ctum, & ab ipsa ecclæſia catholice receptū, ab ijs qui dam-
nare sunt ausi, minime intelligitur: Verum hoc leue eſſer,
damnare scholasticos omnes aperte, tacite vero reliquos, si
quenquam reliquissent, quē non expreſſe damnarent. Nam
additur in apologia. Et tamen hæc impia et pernicioſa op-
nio, magna autoritate docetur in toto regno pontificio. Pon-
tifica potestas totam complectitur ecclæſiam, in qua nihil li-
berum a Iudaica ſuperſtitione vult eſſe Philippus: Ut ſe tamen
habeat religionis & fidei cauſa, quid obſecro, nūc opus
erat, theologos et vniuersos ecclæſiae ordines uſque ad ipsum
ſummum pontificem, tragicis & contumeliosis verbis laceſ-
ſere: Si theologi pro veritatibus ſomnia quædā aut cōmen-
ta, ſi Christiani pro pietate ſuperſtitionem, ſi pōtifex pro mi-
nisterio regnum inuexit, argumētorum robore & imprimis
verbi diuini gladio erant feriendi, concutiendi, & euertendi,
nō conuicijs irritandi. Nunquam enim ſuam virtutem & e-
nergiam utentium modestia abstulit verbo Dei, neq; contri-

Philippi
insolēta.Hæc, inquit, simpliciter Iudaica opinio est, sentire quod
per cærementiam iustificemur. Hæc Philippus & his similia
de vniuerso theologorum ordine: imo de totius ecclesiæ sen-
tentia, vt postea demonstrabimus. Ego vero nō dicam, qua-
les sint eius opiniones, aut quale sit, extra ecclesiam damnas-
re, quod a quibusdam theologis suis gymnaſticis verbis di-
ctum, & ab ipsa ecclæſia catholice receptū, ab ijs qui dam-
nare sunt ausi, minime intelligitur: Verum hoc leue eſſer,
damnare scholasticos omnes aperte, tacite vero reliquos, si
quenquam reliquissent, quē non expreſſe damnarent. Nam
additur in apologia. Et tamen hæc impia et pernicioſa op-
nio, magna autoritate docetur in toto regno pontificio. Pon-
tifica potestas totam complectitur ecclæſiam, in qua nihil li-
berum a Iudaica ſuperſtitione vult eſſe Philippus: Ut ſe tamen
habeat religionis & fidei cauſa, quid obſecro, nūc opus
erat, theologos et vniuersos ecclæſiae ordines uſque ad ipsum
ſummum pontificem, tragicis & contumeliosis verbis laceſ-
ſere: Si theologi pro veritatibus ſomnia quædā aut cōmen-
ta, ſi Christiani pro pietate ſuperſtitionem, ſi pōtifex pro mi-
nisterio regnum inuexit, argumētorum robore & imprimis
verbi diuini gladio erant feriendi, concutiendi, & euertendi,
nō conuicijs irritandi. Nunquam enim ſuam virtutem & e-
nergiam utentium modestia abstulit verbo Dei, neq; contri-

lit

F. ALFONSVS VIRVESIVS

lit insolentia. Quanquam quid alienius potuit hic adduci, quam regnum pontificis, cui nihil lucri aut cuiusvis alterius temporalis commodi accedit ex opinione, quam Philippus vult insectari? Neque pontificis interest, etiam si pro regno tyrannidem velit obtrudere, sacramenta conferre, aut non conferre gratiam ex opere operato. Sed suis conuicijs Philip po relictis, nos institutum prosequamur.

Sacramen
ta confe-
runt grati-
am ex ope-
re opera-
to.

Est quorundam theologorum opinio quod sacramenta ex opere operato, ut dicunt, sine aliquo animi motu in suscipiente, conferant gratiam non ponenti obicem ipsi gratiae. Quid habet incommodi hæc opinio? Primo in ihs. qbus datur sacramentum, ratione nondum vtentibus, ut baptismus datur infantibus, verissima est opinio, haud enim hic admisit quæstiones de genere causalitatis, ut vocant, quam habet sacramentum ad gratiam, sit causa illa, quam gymnasti ci vocant, sine qua non, quam, cum nihil efficiat, necesse est tamen regulariter effectum præcedere. Confert ergo baptisma infantilis gratiam absq; aliquo bono motu suscipientis. Occurret Philippus, &c. dicet: tunc temporis sacramenti virtutem inniti totius ecclesiæ fidei generali, & speciali suscipientium, quos patrinos appellamus, professioni. Respondebit Scotus ita esse, addet etiam, quinimo & præferet Christi Iesu promissionem & merita, nihilominus tamen obtinebit, infantem illum consequi gratiam sine aliquo bono motu suscipientis ex opere operato sacramenti, hoc est, nō propterea quod suscipiens quicq; agat erga sacramentum, sed propter id quod sacramentum efficit in suscipiente. Quod si omnia

sacra-

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 115.

VERVS LVTH. DOGMATA. Fol. 125.

sacmenta habeant eandem vim, idem poterunt omnia fa-
cere, citra bonum animi motum actualem in suscipiente, dū
tamen habitualis non desit adulto, nec ei quicq̄ alioqui oblit.
Nam ecclesiæ fides haud minus confert cæteris sacramentis
atq; baptismo. Præterea hęc opinio eatenus est ab ecclesia su-
cepta, quatenus, cum docet sacramenta conferre gratiam ex
opere operato, omne meritum suscipiētis excludit ab effici-
entia sacramenti. Ita enim intelligit nō vna theologorum se-
cta, sed vniuersus ordo, gratiam sacramentalem (sive prima
sit, qua renouamur et iustificamur, sive alia, qua prouehimur
atq; perficimur) non dari nobis propter nostra merita, sed
propter pactum Dei, quod per Christum pepigit cum eccl-
esi, & in huiusmodi foedere atque pactione dicunt esse sitam
sacramenti vim ad iustificandum, non in meritis suscipiētis.
Hoc perspicuum est legenti eorū scripta. In hoc em̄ tam aper-
ta sunt, vt etiam a Philippo queant intelligi, modo legere nō
dedignetur. Quamobrem intētio aut quiuis alias bonus ani-
mi motus etiam dum necessarius est, ad suscipientis potius
dispositionem pertinet, aut qualitatem, quam ad sacramenti
virtutem & efficaciam. Hęc opinio tantum abest, vt Philip-
po debeat improbari, quod nulla magis esset illi probanda,
& amplectenda: Nam quam ipse vocat promissionem, eam
scholastici, receptis inter se nominibus rerū de quibus dispe-
runt, nec inepte neque improprie vocant pactum, seu pactio
nem: habet enim omnis pactio promissionem, tametsi pro-
missio possit esse sine pactione: & in foedere seu pactione ali-
quid ab utraque parte præstatur, seu in sacramentis, quibus

i hac

F. ALFONSVS VIRVESIVS

hac de causa aptius fortasse conuenit nomen pactionis, quā
promissionis. Atqui promissio, inquies, non apprehenditur
sine fide, & hanc illi secludunt, cum dicunt, sacramenta cō-
ferre gratiam absque bono motu animi. Quid si illi negent
hanc hypothesisim, qua subinde vtitur Philippus, & dicant
promissionis vim non inesse fidei audientis, sed veritati pol-
licentis, quandoquidem multa promissa præstantur etiam
non credentibus? Quid quod multoties promittitur vni,
quod est alteri exhibendum, vt si quis promitterat patri insa-
nientis filij sanitatem. Sed non negabunt theologi, quod il-
lis negato non est opus, quodque ferme semper verum est,
& in hisce rebus, de quibus differimus, semper verissimū.
Attamen respondebunt se fidem secludere a precedentī me-
rito gratiæ sacramentalis, sed non ab actu aut certe non ab
habitu. Nam quis vñquam adultus, modo sui cōpos esset, sa-
cramentum sine fide suscepit? Quis baptizaretur, nisi crede-
ret Deum redditum quod pollicitus est credentibus, &
baptisma suscipientibus? Quis confiteretur, et absolutionem
supplex imploraret a sacerdote, nisi absolutione crederet se a
peccatis liberum eusurum? Nam quod theologi fidem nō
secludant ab actu suscipientis: cum dicunt sacramentum ex
opere operato iustificare, vel ex hoc appareat, quod susceptio
sacramenti in adulto & ratione vtente est, vt nihil aliud ha-
beat virtutis, saltem actio humana, quando nemo nisi sciens
& volens suscipit sacramentum, quoniam requiritur inten-
tio in suscipiente. Quæ cum vera sint, colligitur ex eis, or-
minem suscipientem propter finem aliquem suscipere. Por-

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 116.

ro sacramentorum finis cum sit gratia & gloria, non conci-
pitur nisi fide in Christum : cuius promissione scimus, ad
hoc esse huiuscemodi symbola instituta, ut suscepituris es-
sent signa & causæ iustificationis & gratificationis , quam
promissionem scholastici vt diximus, pactum seu pactio-
nem appellant seederis, quod gratuito Deus in Christo pe-
pigit cum ecclesia . Iam fidem a merito Philippus etiam ex-
cludit, non solum in sacramentis, verum etiam in cunctis qui-
bus fide intercedente iustificamur, aut quoquomodo mere-
mur. Non enim dicit nos fide iustificari , quia fides quicquā
mereatur: alioqui non posset omne meritum nostrum sustu-
lisse cum Luthero: sed quia promissio ipsa, qua iustificamur,
non potest esse efficax sine fide, ita ut fidelitas potius sit con-
ditio suscipientis, seu dispositio, quam eius rei, quæ accipien-
da est, meritum aut hostimentum . Theologi vero quanuis
humana merita alias non euertunt, in sacramentorum tamē
efficacia quadam, quæ est illis peculiaris & propria: nullum
locum nostris meritis relinquunt quantum ad necessitatem:
tametsi docent, gratiam maiorem vel minorem in ipsis etiā
sacramentis contingere posse suscipienti, quo maiore vel mi-
nore fide ac pietate accesserit ad sacramenta. Nec video qui
possint Lutherus, Philippus & ceteri doctores vestri, hoc
negare nostris, nisi dixerint, omnes qui sacramenta suscipia-
unt, parem gratiam in illis accipere . Quod usque adeo ab-
surdum est, ut hactenus quod meminerim, nemo dicere sit
ausus, tametsi ex ijs quæ de meritis & iustificatiōe docet Phi-
lippus, apertissime colligatur. Nā si nihil tribuamus meritis

F. ALFONSVS VIRVESIVS

suscipientium sacramenta, haud video, vnde possit illis contingenere disparitas gratiae, quam suscipiunt. Verum de hoc disseruimus abunde superius. De sacramentis vero communis est omnium fidelium sententia: quam Augustinus in expositione psal. XXXIII. ponit, sacramenta nouae legis gratia conferre, quam veteris legis sacramenta promiserant. Huic doctrinæ, quæ catholica est, & omnium veterum consensu probata, recentiores innixi, varie sunt philosophati de sacramen-

Sacramentorum efficientia, alijs dicentibus sacramenta ipsa causare gratiam, ut ipsi loquuntur: alijs, tantum dispositionem quandam in anima suscepturi: alijs, quod ego verius existimo, nihil prorsus sacramentum efficere afferentibus, nisi quod est signum, eatenus efficax, quatenus nunquam illi deest effectus diuine propiciacionis: idque habet non ex se, sed quia is qui promisit, fallere omnino non potest, nec committere, ut sacramenti pignore, quod ipse interposuit, exhibito, quicquid pollicitus est, non praestet. Quod si hæc displicant Philippo, viserit ipse de suo iudicio, nobis satis est ecclesiæ fidem & sanctorum patrum quotquot praecesserunt doctrinam, in ijs quæ creditu necessaria sunt sequi, etiam si in alijs non assuequamur.

Philippica XIII. De ecclesiasticis munib[us] & functione.



Reticulus quartus decimus vestre confessionis ita est a vobis positus, ut nihil in eo desiderari posse videatur: ita per Philippum explicatus, ut nihil pene habeat cum catholica veritate commune. Verba

ba vestra hæc sunt: De ordine ecclesiastico docent (ecclesiae
 scilicet vestræ) quod nemo debeat in ecclesia publice docere,
 aut sacramenta administrare, nisi rite vocatus. Quæsierunt
 theologi, qui intererant conuentui Augustensi, quæ nam es-
 set vobis legitima vocatio, experti nimirum, quod in multis
 artificio verborum simulareris conuenire nobiscum, in qua-
 bus maxime dissidetis: nec vestræ sunt, hæc & id genus aliæ
 technæ: sed vestrorum doctorū, qui veritatis luce in arctum
 compulsi, illam simulare potius superbe volunt, quam inge-
 nue confiteri: id quod non semel aut nunc recens vñuenit
 dogmatistis. Respondet itaq; vestro omnium (vt ipse vult)
 nomine Philippus: vos summa voluntate cupere cōseruare
 politiam ecclesiasticam, & gradus in ecclesia factos etiam hu-
 mana autoritate: esse tamen causas quasdam, quæ impediūt,
 quominus sacerdotes vestri agnoscant episcopos. Quænam
 obsecro sunt huiusmodi causæ? Quia episcopi, inquit, sacer-
 dotes nostros aut cogunt hoc doctrinæ genus, quod confes-
 si sumus, abijcere, ac damnare, aut noua & inaudita crudelita-
 te miseros innocentes occidunt. Siccine nulli episcoporū poa-
 tuit hactenus doctrina verstra probari: Et non pudet vos fa-
 teri doctrinam sequitos, quam episcoporum nemo, cum ta-
 men multi sint hodie doctissimi inter illos, nō improbauerit,
 sed igne & ferro, quod aiunt, eradicandam decreuerit, & vt
 facinoris genus sauerissime vlciscendam. Sed hac in re, inq;
 Philippus, nostræ conscientiæ nihil habent periculi: quia cu-
 sciamus confessionem nostram, veram, piam, & catholicam
 esse: non debemus approbare seuiciam istorum, qui hāc do-

F. ALFONSVS VIRVE SIVS

Ecclesia
vba.

Ecclesia
dignos-
cen-
tia signi.

Etrinam persequuntur. Et ecclesiam esse scimus apud hos qui verbum Dei recte docent, & recte administrant sacramenta, non apud illos, qui verbum dei non solum edictis delere co-
nantur, sed etiam recta & vera docentes trucidant, &c. His ver-
bis quid aliud vult agere, nisi ut ostendat apud vos solos esse ecclesiam, apud nos vero sequiciam & tyrannidem? Ita Carolus stadius, Oecolampadius, Zwinglius, Pellicanus, & ceteri eiusdem classis nec apud vos ecclesiam esse credunt, sed apud se, & suos sectatores. Qui poterimus ergo dignoscere utrum ve-
strum habeant veram ecclesiam, ut si qui forte sunt, quibus nostra displicant, vobis possimus accedere? Nam utroque ve-
strum habere impossibile est, cum ab alteris alteri, non modo pro haereticis, verum pro furiosis, & phanaticis, & rursus alteri ab alteris pro idololatris vicissim habeamini. Et tamen utriusque iactatis Euangeliū, utriusque, vestra quidem sententia, rite administratis sacramenta, utriusque verbo Dei nobis insul-
tatis, cui vobis inniti videmini, quod apud vos solos pure doceri obstinatis animis deieratis: neque hic morbus est vobis peculiaris: eodem labore laborant Anabaptistæ, & reliqua haeresum portenta, quæ post Lutheri discessionem ab ecclesia nata sunt in Germania. Eodem etiam morbo labora-
uerunt semper haeretici: qui morbus Arrianorum tempore totum ferme orbem infecerat. Ecclesia tamen, quæ vera est, nunquam multitudine haereticorum obrui potuit, semper haeresibus alijs post alios succendentibus, manet eadem, quæ a Christo capite orta, & in apostolis ac martyribus propagata, per varios gradus Christianorum eandem fidem profitentium &

& obedientiam pontificibus & cæteris hierarchis præstantium hucusq; perseuerat: Hæc nō pōt esse in ijs, qui noua dogmata cōminiscuntur, quibus vetera antiquentur & insoleuant: Nam vt donemus esse veteribus vtiliora ecclesiæ certe necessaria esse nō possunt: alioqui maiores nostri, qui huiusmodi dogmata nescierunt, haud habuissent ecclesiam. Et enim ecclesia minime vocanda erat illa, cui aliquid tanto tempore defuit ad salutem, nec si tātillo quidem defuisset. Quod si dicatis, vos habere verbum Dei, cui soli innititur ecclesia, facile est verbum dei iactare verbotenus: & non semel est olim ecclesia vera hoc temate ab hæreticis lacerita, quæ tamē Christi promissionibus fidenter innixa, illud ex propheta usurpat, imo vt sibi proprio, refellendis simul ac propellendis hostibus vtitur. Et respondebo, inquit, exprobrantibus mihi verbum quia sperauī in sermonibus tuis. Et ego vehementer admiror prudentiam vestram, cum videatis nos nihil vobis obijcere nisi verbum domini, qua fronte nos tam importune ad verbum domini prouocetis, quasi nos scripturas ignorremus, aut citra illarum autoritatem quicquam doceamus. Imo ignoratis, inquit Lutherus, quando verum illorum sensum non estis assecuti, sed pro ea humana somnia inuexistis. Belle quidem ac satis censorie dictum, si dixisse satis illi esset extra Germaniam. Veruntamen illi credere, qui nemini præter se credit, quo iure tenetur orbis? Qui possumus ergo scire vtri nostrum habeant verum scripturarum intellectum, nisi ab ecclesia doceamur? Hanc dicitis vos habere: vnde probatis? Quia ecclesiam esse scimus, ait Philip-

Perplexitas Philippi

pus,

F. ALFONSVS VIRVESIVS

pus apud hos , qui verbum Dei recte docent . Si dixerimus , nos recte docere verbum Dei , negatis : & nos etiam , quod verbum Dei recte doceatis , non concedimus . Quis erit huius controvrsiae iudex ? Verbum dei , quod omnis controvrsiae iudicem facitis . Atqui modo non potest esse , quia de illo nobis est alteratio suscepta . Quorsum igitur aut quo usque progedietur tam perplexa contentio ? Ecquis erit iudex huius litis ? Nos nullum alium agnoscimus , nisi ecclesiam , quae in vobis iure suspecta nobis est propter nouitatem , in nobis vero scimus eandem esse , quae fuit ante annos CCCCC . DCCC . M . & ultra usque ab apostolis : eandem , inquam , perpetuo fidei tenore seruato , tametsi moribus post mille ferme annos in deterius prolapsis : Quod si dixeritis , quædam etiam nunc inter nos credi , quæ olim haud ita explicite credebantur , id nihil obstat , quando nihil noue creditur : cuius oppositum sit aliquando creditum a maioribus . Sed tantum quædam ab hereticis in dubium vocata , apertioribus verbis sunt in synodis explicita . Et vos si ea proposuissetis , de quibus hacenus in neutram partem fuisset pronunciatum , haud grauaremur , quæ utilia viderentur , accipere : quæ vera , fateri : quæ verisimilia , ad scripturarum trutinam expendere : quæ falsa , boni consulere : quando non vni dat cuncta Deus : Verum enim uero cum omnia ferme quæ proponitis , sint olim a patribus aut concilijs per scripturas excusa , & improbata , non possumus credere in vobis esse ecclesiam , ne cogamur confiteri aliquando nusquam fuisse , tunc scilicet cum vos non odiu eratis , & omnes Christiani oppido diuersa a vobis credebatis .

Ecclesiam
Lutherani
sine nobis
habere non
possunt.

Iam

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 129.

Iam cum ecclesiā sine nobis habere non possitis, qui potestis
rectam ministrorum vocationem & ordinationem habere:
Christus ex multis discipulis duodecim selegit, & ordinavit
apostolos. His tradidit potestatem consecrandi, quia cum so- Lucas 6
lis cœnabat, cū dixit: Hæc facite quotiescumq; bibetis in meā 1. Cor. 11
cōmemorationem. Eisdem tradidit potestatem ligādi & sol- Iohann. 10
uendi. Horum numerus cum esset (damnato Iuda) reficien-
dus, non temere non humano iudicio aut populi rogatione
duodecimus est subrogatus, sed oīm apostolorum suffragijs
designati sunt duo, quorum alter^r Christus forte probauit: Act. 1
nec ad hanc dignitatē cuiq; patuit aditus, nisi Christi Iesu
ordinatione, qui per spīm sanctum iussit sibi segregari Paulū Act. 13
& Barnabam ad apostolicum munus. Apostolis ordinatis a Marc. 6
Christo, quemadmodum ille, crescente numero discipulor^r,
adiecerat eis alios septuaginta duos, qui secundum locū post
apostolos obtinerent, ita & apostoli in ecclesia, crescente nu-
mero fidelium, ordinauerunt presbyteros diaconos & cæte-
ros ministros, qui necessarij erant ad ecclesiasticā Hierarchiā. Tit. 1
Quæ ut ex Dionysij, Clementis, Ignaci, & cæteror^r qui apo-
stolis successerunt scriptis & synodalibus actis apparet, per-
petuo durauit hucusq; vtpote sine qua nec veros episcopos,
nec veros presbyteros, nec veros ministros ecclesiæ habere-
mus. Nec episcoporum crimina excusare quenq; possunt a Act. 14
schismate, qui illorum contempserit ordinationem: Nam vt
quæ per homines sunt instituta, possint hominum abusu &
insolentia aboliri, siue in melius aliquid commutari, non ta-
men illa, quæ Christus instituit, a quo non tantum doctrina,

k verum

F. ALFONSVS VIRVESIVS

verum & opere quasi per manus tradita nobis est ecclesiastica ordinatio: hac contempta, vos videritis cuius ordinatione possitis habere verbi diuini & sacramentorum ministros, aut quam intelligatis vocationem in illis verbis confessionis vestrae: Nemo debet in ecclesia publice docere, aut sacramenta administrare nisi rite vocatus: Nam Philippus, ut dixi, verba vestra pia quidem in specie atque catholica maxima schismatis onerauit suspicione.

Philippica XIII. De ecclesiæ ritibus & ceremonijs, quas humanas traditiones appellat Philippus.



Vicquid quintum decimum confessionis vestrae caput contineat, & Philippus adducit in apologia in superioribus est a nobis excussum. Verum ne

cubi deesse veritati videamur, oportet nos toties eadem respondere: quoties a vobis eadem obiectiuntur. Humanæ traditiones duplices, alteræ quæ nihil nouum inducunt, sed tantum præscribunt tempus, locum & modum, quibus quedam pietatis & religionis opera a Christo probata & instituta, aut si manu multis præcepta commode & oportune fiant. Alteræ vero, quæ nouum aliquem cultum aut ritum alias non præscriptum inducunt. Prioris generis exempla sunt ieunium, preces, eleemosynæ. Posterioris, vestium varietas, qua aliter clerici simplices, aliter episcopi, aliter cardinales, aliter monachi, aliter seculares, & inter ipsos monachos, aliter benedictenses, aliter franciscani, &

Humanæ
traditiones
duplices.

ADVERSUS LVTH. DOGMATA. Fol. 130.

cæteri induuntur. Item varij ritus sacrorum , quibus aliter quadragesimæ tempore , aliter resurrectionis , aliter festis , aliter profestis diebus celebratur : In neutro genere traditionum iustificat aut reddit nobis propicitum Deum humana constitutio , sed diuina promissio : quamobrem iure damnata est altera pars huius articuli , quia dicitis , quod traditiones humanæ institutæ ad placandum Deum , ad promerendam gratiam , & ad satisfaciendum pro peccatis , aduersentur Euangelio . Nam qui potest Euangelio aduersari , quod eidem subinde probatur ? Dicetis fortasse vos de humanis traditionibus loqui , non de ijs quæ probat aut instituit Euangelium . Si per humanas traditiones posterioris generis ordinationes intelligitis , libentissime accedimus vestræ confessioni . Nemo est enim inter catholicos tam stupidus aut supersticiosus , qui credat vestium colorem aut formam , & caeremonias alias huiuscmodi iustificare . Cum vero ex superius dictis , & ijs quæ in hiis capitib[us] apologia Philippus respondet , appareat manifeste , vos de vtrisq[ue] operibus loqui , haud possumus probare , aut præterire , quod aperte sacris literis improbatur . Nam ostendimus , & eleemosyna , quæ continentur primo generis traditionum , vtilia sunt ad placandum Deum , promerentur gratiam & satisfaciendum pro peccatis . Vtilia , inquam , sunt non quatenus illis ab hominibus tempus , locus aut modulus prescribitur (tametsi huiusmodi præscriptionis obedientia sua mercede non caret) sed quatenus per sacras litteras constat , huiuscmodi opera suas promissiones habent .

Vtilia quæ
sunt , ora-
tio , ieumai
um & ele-
mosyna .

k n re.

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Tob. 12: re. Nam Tobias ait: Bona est oratio cū iejunio & eleemosyna
 na magis quam thesauros auri recondere, quoniam eleemosyna
 a morte liberat, & ipsa est que purgat peccata, & facit in-
 uenire vitam æternam. Item apud Matthæū: De iejunio ora-
 tione & eleemosyna dicit Christus. Et pater tuus qui videt in
 absenso, reddet tibi. Quid, obsecro reddet, quibus non pla-
 catur? Similiter in Luca: Quod superest date eleemosynam,
 & ecce omnia munda sunt vobis. Quæ oīa: Peccata nimirū
 de quibus loquebatur Daniel. Placeat tibi rex, cōsilium meū,
 & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas miseri-
 cordijs pauperum. Innumera sunt loca scripturarū, quibus
 nobis hæc tria magnificis promissionibus cōmandantur, i.e.
 iunium, quo vniuersa corporis castigatio: eleemosyna, qua
 omnis beneficentie genus: & oratio, qua omnes religionis af-
 fectus & studia continentur. Sed videamus, quomodo hæc
 & id genus alia testimonia eludat Philippus. De mortificati-
 one, inquit, carnis & disciplina corporis ita docemus, sicut
 narrat confessio, quod vera & non simulata mortificatio fiat
 per crucem & afflictiones, quibus Deus exercet nos. In his or-
 bediendum est voluntati Dei, sicut ait Paulus. Exhibitete cor-
 pora vestra, hostiam, &c. Et hæc sunt spiritualia exercitia ti-
 moris & fidei: Verum præter hæc mortificationem, quæ fit
 per crucem, est & voluntarium quoddā exercitij genus ne-
 cessariū, de quo Christus ait: Cauete ne corda vestra grauen-
 tur crapula. Et Paulus: Castigo corpus meū, & in seruitutem
 redigo, &c. Et hæc exercitia suscipienda sunt, nō quod sint cul-
 tus iustificantes, sed vt coerceant carnem, ne saturitas obruat
 nos,

Matth. 6

Lucas 11

Daniel. 4

Rom. 12

Lucas 21
1. Cor. 9

A D V E R S V S L V T H. D O G M A T A. Fol. 131.

nos,& reddit securos & ociosos : qua ex refit, vt affectibus
carnis indulgeant & obtemperent homines. Hæc diligentia
debet esse perpetua, quia habet perpetuum mandatum Dei.
Et illa prescripta forma certorum ciborum, ac temporum, nihil
facit ad coercendam carnem. Est em̄ delicatior & sumptuo-
sior, quam reliqua conuiua. Et ne aduersarij quidem obser-
uant formam in canonibus traditam. Nunc in primis ope-
ræ premium est animaduertere hominis prudentiam: qui cū
versaremur inter omnia, quæ sacræ literis per spiritum san-
ctum probata, humanis vero traditionibus ordinata sunt in
ecclesia, & per certa tempora locos & vicissitudines distribu-
ta; tantum respondet ad ea, quibus iejunium commendatur,
cum superius a peccator̄ remissione non minus eleemosy-
nam & orationes, q̄ie ieiuniū excluderit: Adhæc cum vestra cō-
fessio habeat humanas traditiones contra Euāgelium insti-
tui, ad placandum Deum; ad promerendam gratiam, & sa-
tisfaciendum pro peccatis, nunc, ceteris prætermissis, tantū
admit ieiunio peccatorum remissionē, tametsi ne nihil pro-
diffe videatur, tribuit illi carnis mortificationem, necessario
quodam exercitiū genere voluntarie assumptam: de q̄ Chri-
stus ait: Videte ne grauentur corda vestra crapula & ebrie-
tate. Et Paulus: Castigo corpus meum, & in seruitutem redi-
go, &c. Hæc appellat exercitia, quæ dicit esse fuscipienda, non
vt sint cultus iustificantes, sed vt coerceant carnem, ne saturi-
tas obruat nos, &c. Nullum ne alium vsum habent iejunia,
nihil ne aliud nobis conferunt: nisi vt coerceant carnem ne
saturitas obruat nos: Quid igitur est illud quod pater vidēs

k ij in

F. ALFONSVS VIRVESIVS

in abscondito reddet ieunantibus: In quem vsum successiva
ieiunia ieunabant apostoli & cæteri fideles, qui sp̄ritus
sancti primitias acceperāt, si nihil aliud debet esse ieunium,
quam perpetua sobrietas: ieunantibus ecclesiæ primoribus,
qui & prophetiæ munere præstabant, dixit illis sp̄ritus san-
ctus: segregate mihi Saulum et Barnabam in opus, ad quod
assumpli eos. Tunc ieunantes & orantes imponentesq; eis
manus dimiserunt illos. Hi (autore Philippo) non ieunau-
sent, quando nihil ieunium impetrare poterat apud Deum,
quem orabant. Nisi forte apostolos dimissuri ieunauerunt
ne grauarentur corda eorum crapula & ebrietate, quemad-
modum accidere solet ijs, qui compotatiunculis aut iusto cō-
uitio accipiunt amicos peregre profecturos: At qui nihil hu-
iuscemodi timendum erat Christi apostolis, prophetis, et di-
scipulis, qui iugū parsimonia & sobrietate carnē sp̄iritui sub-
diderant: Sed cum viderent ingentem messis farraginem,
quam tam pauci operarij excolendo non erant, rogabāt iux-
ta Christi doctrinam dominum messis, vt mittat operarios
in messem suam: has preces cum ieunijs augerent, impetrar-
uerunt, vt sp̄iritus sanctus illis apostolicam designationem
Sauli & Barnabæ reuelaret, quinimo & committeret. Alio-
qui, nisi hoc significare voluit Euangelista, quid illi opus
fuit, tam diserte ascribere sp̄iritum sanctum ieunantibus es-
se loquutum? Cuius oraculo accepto, rursus ieunio & ora-
tione felix faustumque nouis apostolis & ecclesiæ munus et
iter precantur. Comminiscatur nunc Philippus præsidium
aliquid, quo confugiat: nos simpliciter accipimus scriptu-
ras,

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 132.

ras, quibus docemur ieunio & oratione apostolos suppli-
 casse. Qui si scirent, Deum nobis, ieunio non placari, aut
 promereri, nec ipsis priuatim incidete casu aliquo ieunassent,
 nec Euangelista tam diligenter, vbi numinis fauor alijs cō-
 memorandus erat, ieunia recenseret. Deniq; Paulus & Bar-
 nabas cum per singulas ecclesias Lystri Iconiæ & Antiochiae
 ordinassent presbyteros, discessuri cum ieunationibus orati-
 se scribūtur. Si ieunia illa nihil aliud erant atq; assidua quæ-
 dam sobrietas, et nihil illis potuit promereri, quamobrē Euā-
 gelista priuatis casibus, vbi aliquid discriminis intererat, tam
 sedulo commemorat priuata ieunia, illorū præsertim, quos
 credendum est, iugi parsimonia cauisse, ne grauarentur cra-
 pula & ebrietate. Si nihil aliud debet esse ieuniū, atq; iugis
 temperantia vietus, quenam sunt multa illa ieunia que Pau-
 lus Corinthiis suadet? Quodnam est illud ieunium, quod 1. Cor. 6
 orationi adiunctum, genus quoddam dæmoniorum expel-
 lit? Cuius denique ieunij exēplum Christus nobis præbuit Matth. 9
 suo ieunio? Non certe assiduae sobrietatis. Nam hoc perpe- Matth. 9
 tua temperantia, rebus vniuersis modeste vtiens, præbebāt.
 Præterea si patres, vt Philippus dicit, nihil aliud existimat
 runt esse Euangelicū ieuniū q̄ huiusmodi perpetua carnis
 castigatio, et nulla est ab illis traditio hoc cōsilio instituta, vt
 mereamur remissionē peccatorū aut iustitiā, sed propter bo-
 num ordinē in ecclesia & tranquillitatem: in quem, obseero,
 vsum instituta est ab eis quadragesimae ieunatio, q̄ nihil ad
 ordinē ecclesiasticæ Hierarchiæ, necq; ad tranquillitatē vide-
 batur attinere. Hæc institutio patrum est antiquorum, non
 recentium

F. ALFONSVS VIRVESIVS

recentiorum pontificum, sed omnium qui ab ipso nascentis ecclesiæ exordio cum sapientia tum sanctitate polluerunt cō sensu & obseruatione instituta, roborata, firmata. Vereor ne Philippus (vt est illi Lutherus semideus) respondeat illos homines fuisse. Dicit tamen (vt aliquid respondisse videatur) nunquam illos hoc consilio quadragesimam & ieunia quædam alia instituisse, vt per ea mereremur Deum nobis esse propicium, aut peccata remitti. Quo igitur consilio instituerunt: Nunquam explicabit. Nam illud de ordine & tranquillitate, quis non videt, esse prorsus alienum a proposito: Ad coercendam vero carnem Philippus negat ciboru & tēporis præscriptionem quicq̄ conferre: præscripsisse vero patres negare non potest, cū vetustissima vna atq; religio fissima fuerit apud illos quadragesimalis ieunij obseruatio. Declarant hoc, præter annales & chronica, conciones sanctorum, habitæ in quadragesima. Quales sunt Chrysostomi in Genesim, ac cæterorū etiam antiquorū usq; ab apostolis. Porro consilium suū, in probandis instituēdiscj ieunijs, & quid de ieuniorum fructu et utilitate crediderint: ipsi suis verbis q superius Philippica X. citauimus, aperte declarant: possemusq; multa eiusdē generis si opus esset testimonia producere. Sed quid Philippo satisfecerit, cui verba Christi & apostolorum eius, toties a nobis producta, non satisfaciunt: iam illud, quo toties nobis difficultatem facit, de Christi meritis & satisfactione, quæ videretur inanis, si nostra ieunia satisficerent, eandem habet in mortificatione carnis obiectionem: Ut enim semel Christus pro nobis omnibus satisfecit, ita semel

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 133.

semel vetus homo noster cum eo crucifixus est, nō em̄ com-
mortui modo sumus, verum et consepulti cum Christo per
baptismum in mortem. Quibus tamen verbis non obstan-
tibus (tametsi verissima sunt) isdem Apostolus, qui Christi ^{Col. 1}
Iesu gloriam in illis predicat, frequens est in admonendo, vt
nos mēbra nostra ac nosmetipſos mortificemus. Haud igi-
tur, quod nostra ieunia ac cætera pœnitentiæ opera satisfa-
ciunt pro peccatis, magis Christi gloriæ, qui pro nobis satis-
fecit, decadere credendum est, quam eiusdem gloriæ detra-
hit iugis nostra mortificatio, cum semel ipse veterem homi-
nem nostrum extinxerit, & affixerit cruci. Satisfecit semel
Christus pro nobis, sed nondum desit satisfacere, quin quo-
tidie in membris suis satisfacit, ita vt sint ex illis, qui prædica-
re ausint, supplere se, quæ desunt passionum Christi, in car-
ne sua pro corpore eius, quod est ecclesia. Ad eundem mo-
dum extinxit Christus veterem hominem, sed nondum est
extinctio hæc & mortificatio consummata, quin quotidie
fit in ijs, qui non secundum carnem ambulant, sed secundum
spiritum. Hoc nimirum est quod Paulus ait: Quia vetus ho-
mo noster simul cum eo crucifixus est, vt destruatur corpus ^{Rom. 6 & 8}
peccati, & iustificatio legis impleatur in nobis, qui non secū-
dum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Roget
me fortasse quispiam, si hoc efficit Christus, cur nō assequun-
tur omnes, q̄ Christo credunt? Fortassis esset hic potius hæ-
rendum, q̄ respondendum: sed fiderenter respondeo, quia nō
oēs sequitur, & conantur, vt destruatur corpus peccati. De-
dit enim Christus potestatem, filios Dei fieri, ijs qui credunt ^{Iohann. 1}

F. ALFONSVS VIR VESIVS

in nomine eius, penes illos autem est fungi hac potestate, et frumentum eius assequi. Porro quod attinet ad traditiones humanas, de quibus in uniuersum est orta disputatio, quasque per nos suscitari Philippus queritur, cum omnes has aboleuerit Christi gratia, duplice causa Christus abstulit. quarum neutra cogit, ut nobis auferantur: Primo (ut praetermittam mysticas illas significationes quae Christo adueniente cessarunt) veteres Hebraeorum ritus Deus ipse tradiderat, qui pondus quoddam diuinæ saueritatis præ se ferebant, atque adeo spiritum timoris potius quam amoris gignebant affectum, graue enim erat, & cui tolerando impares essent humanæ vires, illud subinde repetitum: Ego dominus: Hæc dicit dominus, & similia. Nostros vero ritus Christus ipse, tametsi verus homo, non aedit, tantum tradidit auctoritatem ecclesiæ, ut ipsa sibi prescriberet ritus, quibus pietatem præstaret & religionem qui ab hominibus instituti, humanae imbecillitatis rationem in primis haberent, ut habent, esse que humana prouidentia & autoritate mutabiles. Praeterea veteris legis traditiones obsitæ erat præceptis & interminationibus, terribilesque contestationes saepius obtundebant, nisi mordicus seruarentur, nostræ vero traditiones nihil capit, talis periculi afferunt transgressoribus, modo absit animus impius aut contemnens. In hac enim sententia sum, quādiu ecclesiæ non improbatur, cuius interim autores habeo gravissimos iuxta atque doctissimos. Hactenus de fidei & operum meritis, tertium sub diueris titulis differuimus. In quibus sic ubi forte, ut sum homo, lapsus sum, aut deceptus, in hoc

Amos,
Milach.

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 134.

hoc certe scio, me nullo modo decipi posse, quod est totius
 controversiae argumentum: Haud sola fide homines saluos
 fieri sed etiam charitate, & operibus bonis, si per ætatem pre-
 stari potuerint. Hoc quippe scripturæ oës prædicant. Hoc Matth. 21
 iudex ipse discrimin fore seruandorum a damnandis in iu-
 dicio pollicetur: Hoc tota per orbem terrarum ecclesia hactenus
 credidit, cuius iudicium semper est catholicis amplectendū:
 id quod & me fecisse, & perpetuo facturæ profiteor: Quanq;
 etiam si me in hac causa ecclesiæ prejudicium destituisset, scri-
 pturarum testimonijs, quæ utrinque possunt adduci, perspectis,
 libentius accederem huic sententiæ, qua bona opera ad salu-
 tem requiri iudicantur, q; opposite, quādoquidem certo scio,
 plura hanc cum antecedere, tum cōsequi, quæ ad cōmunem
 vtilitatem possint cōducere, q; istam. Qui fit, vt maiori cum
 fructu asseratur, & minori periculo in ea, si forte contigisset
 errare, decipiamur. Nam ab operum fiducia nullum immi-
 net nobis periculum, qui vni Christo fidimus, sine quo fate-
 mur nihil boni operis a nobis posse consequi, nihil bona ope-
 ra quod ad veram attinet felicitatem, in nobis posse facere.

Iam quod ad alterum genus humanae traditionum perti-
 net, haud grauate fatemur illas nihil ad placandum Deum,
 aut promerendam gratiam conferre, vt quibus immediate
 nulla est in sacris literis merces promissa. Nā mediate, nihil
 est a maioribus institutum, quod non cōplectatur illa Chri-
 sti promissio. Qui vos audit, &c. Tametsi non ignoro, quic-
 quid mercedis hisce verbis promitti, non operibus alias in-
 utilibus, sed obedientiæ deberi, q; vna cū fide præmiū huius, Lucas 10

F. ALFONSVS VIRVESIVS

& aliarum id genus promissionum immediate apprehendit. Habent etiam præter hoc, huiusmodi ritus alias utilitas, quæ diligentibus Deum cōferunt ad pietatem. Primum enim symbola sunt Christianæ societatis, deinde mysticas Ceremonia marii viuētias. habent significaciones, ab institutione sua ortas, vsu & consuetudine firmatas, quibus multa non modo rudes docent verum & admonent sapientes. Adhac extima illa corporis supplicatio, supplicem animum haud raro efficit, & intime quodammodo ad orandum cōponit. Hinc cineres, hinc facci, hinc cilicia, hinc prostratiōes, quare rerum toties meminit sacra scriptura, & patrum antiquissima decreta nos admonent: Quamobrem mea qdem sententia temere Philippus (ne interim utar verbo grauiori) huiusmodi Christianorum ritibus æquat gentilium & Mahumetarum obseruatiōes, & Iudeorum, qui cū Hieroboam descierunt a lege per impia commēta. Si licet, inquit, hominibus instituere cultus, et per hos cultus merentur gratiam, iam omnium gentium cultus erūt approbandi, cultus instituti Hieroboam & alijs extra legem erunt approbandi, &c. Et infra: Sicut regnum, inquit, Mahumetici habet cultus, habet opera, per quæ vult iustificari coram Deo, nec sentit homines corā Deo gratis iustificari fide propter Christum: ita et Papatus erit pars regni antichristi, si sic defendit humanos cultus, quod iustificant: detrahitur enim honos Christo, cum docent quod non propter Christum gratis iustificemur per fidem, &c.. Sunt qui huiusmodi floribus, quibus maxime vernant cum Philippi tum Lutheri vniuersa commentaria, vsque adeo irritentur ut iusto zelo,

zelo, velut oestro, perciti: suis illos coloribus pingant: Ego ve-
 ro eo minus huiusmodi verbis commoueor, quo facilius eti-
 am nobis tacentibus, scribētis animus proditur, arguitur, de-
 prehenditur. Illud me maxime mouet, cum Philippus soli-
 dis, ut videntur, rationibus & scripturarē validissimis, quod
 non raro facit, testimonijs catholicam veritatem lascessit &
 insectatur. Nunc enim quis non videat illum argumentorē
 præsidio destitutum, ad acerbissima ista parerga confugere?
 Quem, priusquam ad collationem rituum, quos æquare co-
 natur, descendam, mansuete percunctor. Quid obsecro erit si
 ecclesia, quam inuidioso nomine Papatum vocas, doceat ho-
 minem gratis iustificari propter Christum, & tamen exigat
 ritus quosdā externos, a se eiusdem Christi autoritate institu-
 tos ad colendum Deum? Num erit tunc temporis regnum
 antichristi? Minime, inquieres, sed tyrannice exigitur a fidelis-
 bus, quod illos non iustificant coram Deo. Atqui si hoc esset
 tyrannis, tyrannicum esset exigere, ut Christiani Dei & pro-
 ximorum dilectionem externis operibus præstarent, quan-
 doquidem nihil horum nos (si Philippo credimus) nec ipsa
 quidem charitas iustificat coram Deo: Iam collatione, quæ
 ecclesiæ ritus, præsertim cum neutros illorum quos nos di-
 stinximus exceperit, confert ritibus paganorum & pseudoiu-
 dæorum, quid ineptius, si penitus inspiciantur? Hieroboam
 instituit ritus contra Dei mandatum & religionem, quibus
 verum Dei cultum euerteret. Ecclesia tradit ritus, qui nullis
 diuinis aduersantur, & Christo permittente, ne dicam præ-
 cipiente sunt inducti, nisi forte dicamus (ut ieunia & preces

F. ALFONSVS VIRVE SIVS

tandem omittam) apostolos, qui primi omnium ritus huius
cetodi, quod superius demonstratum est, sanxerunt Christo prohibente sciuisse. Ad haec Hieroboam, vnius veri Dei
cultu sublato, idolorum inuexit culturā, id quod verba pro-

Ezech. 20. phetæ aduersus ecclesiam a Philippo citata declarant. In præceptis patrum vestrorum nolite incedere, nec iudicia eorum custodiatis, nec idolis eorum polluamini, ego dominus Deus vester. In præceptis meis ambulate, & iudicia mea custodite, & facite ea. Idem quod Hieroboam fecit facturus est antichristus iuxta aliud testimonium, quod etiam Philippus ex Daniele citat aduersus nos, ita enim animum induxit suum, ut nullum conuiciorum genus prætermittat, nullum scripturarum locum non torqueat, quo ecclesiam & eius Hierarchiam, synagogam satanæ & regnum antichristi, esse persuaderat. Danielis verba sunt: Deum Maosim in loco suo colet, &

Daniel. 11. Deum quem non nouerunt patres eius, colet auro & argento & lapidibus preciosis. Ecquid rogo simile fit a Christianis, etiam si credant ecclesiæ ritus necessarios ad placandum Deum, modo non sine Christo sentiat se posse iustificari: vt, quatenus Christiani sunt, non assentiri non possunt? Num Christiani suis ritibus Deum Maosim colunt, aut adorant?

1. Cor. 8. Deum aliquem quem patres non coluerunt? Minime gentium. Nam etsi sunt qui dicantur dii siue in caelo siue in terra, nobis tamen vnuis est Deus pater, ex quo omnia, & nos in illo: & vnuis dominus Iesus Christus, per quem omnia & nos

Roma. 10. per illum. Sed non in omnibus est scientia, inquit Apostolus: quod & modo accipit vniuerso ferme christianorum vulgo:

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 136.

vulgo: cuius superstitionem si Philippus sibi proponebat in-
sectandam: opportebat illum bonam ecclesiæ doctrinam &
leges a malis moribus & peruersis interpretationibus inter-
dum & additionibus seiungere, & ita apostolica moderatio-
ne in docenda vera iustificatione & cōmenticia dedocen-
ti: Id quod nostro sæculo egregius vir Erasmus Rotero-
damus, si quis alius, conatus est obseruare, tametsi et ille (quod
eius pace dixerim) feruentior est interdum & acrior quam
vulgari simplicitati & quorundam malicie expediret. Ha-
c tamen per illum ecclesiæ traditiones incontulsa per-
manent, & suum locum retinēt in ministerio pietatis. Et nos
non nihil ecclesiasticis concionibus Euangeli⁹ causam aduer-
sus hominum commenta pro nostra virili iuuimus, ad inui-
diam vscq; illorum qui adulterantes verbum Dei, quæstum
existimant pietatē, qui vbiq; velut lolium, bono semini sunt
admixti, absit tamen vt vbiq; regnent, quod Lutherus no-
bis exprobrat. Solus enim Christus in ecclesia regnat, & vin-
cit in membris suis hostem, quem, a seipso deuictum, ad exer-
cendam fidem electorum quadantenus respirare, permittit,
Mahumetici ritus, q; supersunt ex Philippica collatiōe, haud
scio quales sint, neque quatenus aut quomodo illis vtantur
Garraceni, quos eodem studio & pene eodem commento
auerit Mahumetes a religione Christiana, quo Hieroboam
auerit decem tribus a vera religione, vt tunc temporis erat
Mosaica. Hoc vnum tantum modo omnes illi ritus mihi vi-
dentur, quod cum multarum sint sectarum velut rapsodia,
itidem olen, quasi cum vna multa iura confundit coquus:
quid

F. ALFONSVS VIRVESIVS

quid oleas nescias, nisi id vnum male olere intelligas. Cæteræ
quæ potest esse collatio illorum, quicunq; sint, quos excogita-
uit infidelitas, ad ecclesiæ ritus, quos instituit fides, pietas pro-
bat, religio seruat. Quibus, si incommodis interpretatiōibus
aut ineptis ad inuentionibus quidam fortassis inter nos abu-
tuntur, haud propterea succensendum est omnibus: Nec os-
mnes Germani concionatores tam sancte docent, quam fin-
git Philippus. De iustitia, inquit, fidei, de fide in Christum, de
consolatione conscientiar; nihil dicunt aduersarij, imo hanc
saluberrimam Euangeli partem lacerant conuicijs. Econtra
in nostris ecclesijs omnes conciones in his locis cōsumuntur.

Lutheri cō- De poenitentia, de timore Dei, de fide in Christum, de iustitia
ciones. fidei, de consolatione conscientiarum per fidem, de exercitijs
fidei, de oratione qualis esse debeat & quod certo statuēdum
sit, quod sit efficax, quod exaudiatur. De cruce, de dignitate
magistratum & omnium ciuilium ordinationum. De di-
scrimine regni Christi, seu regni spiritualis et politicarum re-
rum. De coniugio, de educatione & institutione puerorum,
de castitate, de omnibus officijs charitatis, &c. Speciosa ver-
ba, & quibus dignum est, vt omnes applaudant catholicitatē
tamen utri sint in causa concionatores an auditores, minime
scio tamē quod re ipsa licuit experiri, nihil horum, de quibus
illi differunt pro cōcione, sanctius aut religiosius seruari post
Lutheri doctrinam, quam antea seruabantur: quinimo om-

nia sunt in deterius mutata: ita vt coactus sit ipse Lutherus,
pontificis et monachorum regnum, quod vocat, in vrbibus,
quæ maxime illi credūt, desiderare. Concionatores etiam ipsi
ita

Non qua
de re, sed
quid Eccle-
sias di-
cat.

ita de locis huiusmodi differunt, ut præstaret eos non attigisse. Concionabantur Arriani de trinitatis mysterio, de verbi Dei incarnatione. De eisdem etiam locis Sabelliani: interest tamen multum, quid aut quomodo de unaquaque re differas, cum de eadem vere & false, impie & catholice possit haberi concio. Denique quod vestri concionatores de his locis prædicant, non potest non esse eiusdem farinæ cum eo, quod Lutherus docuit, & Philippus defendit: Quomodo autem audentium animos afficiant, aut quos affectus excitent in eis, appareat ex epistola illa Erasmi testis oculati & vobis non perinde multum infensi (cum Erasmus nomine honoris ac dignitatis, ut pars est, causa nomino) quam epistolam ad quosdam Argentoratenses ecclesiastes misit. Porro nostri concionatores (de concionatoribus loquor, non de vendinugis cauponatoribus, quorum utique magnus est numerus) nostri, inquam, concionatores de eisdem locis dicunt, quos Philippus recenset, varie tamen, & a vestris longe diuersa. Dicunt illi de poenitentia diserte quidem & plausibiliter, quandoquidem habent expositum, quo spaciari possint, & suæ maledicentiae copiam ostentare, campum nugarum, quas tum quæstus, tunc inepta deuotio quorundam sparsit in vulgum Christianorum: Hæc tamen ita lacerant, ita conuellunt, ut deteriora disseminent: ita locum explicant, ut satius esset non attigisse, quando populus ista doctrina de Christi unius meritis sibi blandiens, ignauam quandam non fidem sed confidentiam ac presumptionem concipiunt, esse poenitentiam. At nostri poenitentiam esse dicunt præteriorum scelerum detestatio-

m nem,

Concionaria
collatio.Prædicatio
nostra q̄n
& in quo a
Lucheran
nori predi
catione differat.

nem, qua etiam ad euāgelicā vltionem animus in ardescat
 & futurorum resipiscētiam: id quod patres dixerunt, com-
 missa ligere, & lugenda non cōmittere: Quæ omnia fide illa,
 quam sacramento profitemur, perficitur, & sunt efficacia.
 Vestri timorem Dei quosdam Hiperbolicos terrores & ha-
 stenus minime intellectos nedum expertos esse dicunt, no-
 stri vt animus summopere vereatur, & summam curam ad-
 hibeat: ne quicquam prætermittat etiam minimum illorum
 quæ diuinis oraculis sunt nobis præscripta, nam qui timet
 Deum nihil negligit. De fide, quod sola iustificet, & sufficiat
 ad salutem, vestri docent. Fidei nostri primas tribuunt in
 iustificatione, ita tamen vt minime sola sufficiat: quoniam si
 habuero omnem fidem, ait Paulus, qua vel montes transfe-
 re possim, charitatem autem non habuero nihil sum. Conso-
 lantur vestri conscientias illorum, quos trædet affectus mor-
 tificare, & crucem domini ferre: dicentes sufficere illam, quā
 Christus pro nobis tulit: nec satis illi fidere, qui huius labo-
 ribus & meritis alia conantur adiungere, & hanc vocant fi-
 dei cōsolationem, de qua maxime gloriatur Philippus, & Lu-
 theri doctrinam cōmendat. Hanc gloriam non inuidemus,
 quæ cōmunis est illi cum Epicureis, qui gloriabantur se suo
 dogmate deorum metum ab animis hominum sustulisse:
 Nam quo aliqua secta perniciosior fuerit, & sordidior, eo pæ-
 catores reddet mentes eius persuasionē semel imbutas: Quæ
 obrem nostri tantummodo eos consolantur, qui iuxta Chris-
 ti doctrinam, suas cruces eius cruci nituntur adiungere: &
 membrorum merita capit is fulcire meritis. Essent enim alio-
 qui

qui profus in ualida. Hæc cum tam sublimia sint, ut miracu-
lo, cum fiunt, potius quam virtuti tribuenda videantur, sub-
leuantur tamen ad aggrediendum nostra fragilitas Iesu Chri-
sti promissionibus nec obscuris nec infrequentibus: vt pote
quæ maxima pars sunt euangelicæ doctrinae. Venite, inquit,
ad me omnes qui laboratis & onerati estis & ego reficiam
vos: tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem
animabus vestris. Et rursus: Considerate quia ego vici mun-
dum, & alibi: Nolite timere pusillus gressus, quia complacuit
patri vestro dare vobis regnum. Et ego vobiscum sum usque
que ad consummationem saeculi. Et per Apostolum: Fidelis
est deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis;
sed faciet cum temptatione prosectum. Et propheta: Laudabit
te, inquit, populus fortis, ciuitas gentium robustarum time-
bit te, quia factus es fortitudo pauperi: fortitudo egeno in tri-
bulatione sua, spes a turbine, umbraculum ab æstu. Vestri
docent crucem esse, patienter ferre calamitates & incômoda
vniuersa, quæ nobis frequenter accidunt. Nostrî addunt af-
fectuum mortificationem assiduam, de qua Paulus: Morti-
ficare membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem,
immundiciam, libidinem, concupiscentiam malam, &c. ad-
dunt & labores quosdam pios, ad hoc suscepitos, ut iuxta e-
udem castigemus corpus nostrum & in seruitute rediga-
mus. Exhibeamusque corpora nostra hostiam viuentem, Roma. 14
sanctam, Deo placentem, rationabile obsequiuñ nostrum. Fi-
dei fructum, charitatē & eius opera esse docent vestris cui do-
ctrinæ (tametsi in sacris literis non inueniatur) haud magnō-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

pere aduersaremur, nisi illa conaremini charitatem a iustifica-
tione secludere. Porro nostri, quid de hisce rebus docet, nem-
pe si ad fidem referantur, charitatem esse fidei non fructum,
sed vitam, vim, energiam, quoniam fides per dilectionem ope-
ratur. Et sine operibus mortua est. Cætera vero opera vtriusque
fructus esse fidei scilicet & charitatis, qm̄ charitas patiens
est, benigna est, & innumera pene alia bona gignit, quae Paulus
enumerat. Vestros de oratione docere, quod certo statu
endū sit, quod sit efficax, & quod exaudiatur, ait Philippus, id
quod de nostris, vt sunt vestris timidiiores, nunq̄ audire me
memini, sed quod interdum maximo nostro bono iustas eti-
am orationes Deus non exaudiat, cuius rei experimentum
in promptu est, vt cæteros omittamus, in Paulo ter domino
deprecante. Idem vsuuenit multis alijs bonis viris proph-
etis, apostolis, & martyribus. Quanq̄ quid opus est peccatorum
exemplis vti, ad confirmandam rem, cuius in semetipso no-
bis Christus exemplum exhibuit. De cruce haud video qd
docere possint, qui passionum tolerantiae omne meritum at-
que adeo mercedem omnem ademerunt, & iactant se sua do-
ctrina, si Christo placet, maximam consolationem attulisse, cu
nulla sit alia, consternandis animis, eneruadæ virtuti, & pror-
sus abiiciendæ, accommodatior ista, alioqui frustra nos Chri-
stus tam crebris tamq̄ magnificis promissionibus ad pietatem
capessendam hortaretur, nunq̄ adeo frequenter gloriae triu-
phum crucis ignominiae sacræ literæ adiunxit. A nostris
vero quid hoc de loco prædictetur superius exposuimus. Po-
stremo isti de discrimine regni Christi et regni politici ita lo-
quuntur.

Iacobi 2.
1. Cor. 13

2. Cor. 12

2. Cor. 10

2. Cor. 11

2. Cor. 12

2. Cor. 13

quiritur, ut catholicos omnes papistas, Romanam ecclesiam Babylonem, Pontificem maximum Antichristum, non modo verbis pro concione, verum et libris aeditis, ut neminem latere possint eorum blasphemiae, appellant: nos vero summum Pontificem Christi vicarium, ecclesiam Romanam omnium supremam esse prædicamus; eius abusus & scelera, si quae sunt, minime probamus, quinimo ubi opus est, nobis aperte damnantur, cauent tamē sum mopere quotquot sunt Euangelica prudentia prædicti, ne ad vulgum, suapte natura principibus & magistratibus cunctis infensum, principum mores, sacrorum præsertim, traducantur: hoc enim quam sit periculose, si hactenus ignorabatur, profecto sola Germania, ne dubitaremus, potuit efficere. Nihil est quod ad conti- nendos vulgi animos in officio & pietate aequa conferat, atque ut optime sentiant de vtriusque ordinis principibus vi- ris, aut si hoc per illorum facinora assequi non possumus, saltem ut Hierarchiam ipsam & ordinem magistratum, tan- quam celeste munus, in cuius obseruantia totius reip. salus, in violatione pernicies & euersio sita est vniuersi suspiciant. His cum ex diametro (quod aiunt) dissidentia vestri doceant, qui potest esse verum quod Philippus asseuerat, in ecclesijs disciplinam ecclesiasticam, & pias cæremonias, & bonos mores ecclesiasticos propter tranquillitatem diligenter conseruari; Cuius oppositū nos proprijs oculis vidisse, & multis experimentis deprehendisse, libere testamur, et vos ipsi, vi- ri Germani, nisi suscepti semel dogmatis immodicus amor imponat, negare minime potestis.

F. ALFONSVS VIRVE SIVSIVCA

Philippica XV. De politicis magistratibus, & vsu
rerum ciuilium, de quibus capite X VI. confessio-
nis, ac de libero arbitrio & causa peccati , de quo
capite X VIII. & X IX.



Apostoli
cōmunitatē
rerū approba-
uerunt &
nō Monachī pri-
mo.
Acto. 2

Am multa sunt a me haec tenus de confessione ve-
stra discussa, ut videar mihi posse de cætero plus
ra confessionis & apologiae capita, vna velitatioē
transcurrere, presertim cum (ut a cap. XVI. inci-
piam) quicquid in eo a vobis est confessum, catholicum sit,
& a nostris theologis, ut apparet, Auguste probatū. Quama-
obrem nihil hic apologia opus erat, nisi ut Philippus vnde
captaret occasionem comminiscendi aliquid, quo nos tradu-
ceret, & in inuidiam traheret apud Germanos, Monachi, in-
quit, multas pernicioſas opiniones sparserunt in ecclesia, vo-
cauerunt Euangelicam politiam communionem rerū, dixe-
runt esse consilia non tenere proprium, non vlcisci, &c. Quo
in loco non tñ in monachos, verū & in apostolos ipsos pec-
cat. Nam monachi opinionem de rerū cōmuniōne nō spar-
serunt in ecclesia, sed a primis eisdemque optimis Christia-
nis inchoatam, & ab apostolis ipsis ysu probatam, & mira-
culis cōfirmatam, monachī amplexi sunt. Locus est apertior
in actis apostolicis, quam vt citari sit necesse. In monachos
vero solos peccat, dicens, ab eis doceri quod consilium sit in-
iurias non vlcisci, cum nihil minus congruat illorum cum
doctrinæ, tum professioni, alioqui proferat locum Philip-
pus, quo fidem faciat amarulentissimæ delationi. Nec mi-
nus peccat inferius cum monachorum pernicioſas, vt illi vi-
dentur.

dentur, opiniones improbaris dicit. Vanissimum & hoc est, quod sit perfectio Christiana non tenere proprium. Vanissimum profecto, sed æque vanum, prope dixerim est imperitæ multitudini sublinioros, ut credat monachos huiusmodi mendacia docere. Nullus vniquam monachorum ita desipit ut diceret non habere proprium, esse Christianam perfectionem, quam in sola vera pietate sitam esse sciunt, aiunt tamen nihil possidere ut proprium, cuius curis & solicitudine animus ab assidua Euangelij meditatione auertatur, viam esse satis compendiariam ad hoc ut perfectionem assequamur. Quod si & hoc vanissimum esse dixerit. Christum Iesum summam veritatem arguat vanitatis, ipsius enim est ilud: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, &c. Sed quid ego Philippic ^{Math. 19} calumnias scripturnarum verbis refello, cum ipsa se prodat vanitas, experientis rerum, quæ ante XV. annos in Germania contigerunt, adiuncta. Monachi, inquit, vocauerunt Euangelicam politiam rerum communione: scilicet monasticae sectæ et rantrustici plusquam centies mille, qui Lutherano furore correpti, aduersus diuites & nobiles in Germania pro rerū communione arma sumpserunt, a quibus demum trucidati sunt, & nō pudet Philippum, dogma, cuius autor Lutherus fuit, & ipse fortassis patronus & asseuerator, in monachos rejceret. An opus est argumento euidentiore, quo prodatur eius vanitas, & studium calumniandi?

Articulus decimus septimus qui iudicium vniuersale, bonorum præmia, & malorum poenas continet, nihil habuit

Possidere
nihil quod
inellat
gat.

F. ALFONSVS VIRVESIVS

buit controuersiae, neq; XVIII. ac XIX. vt ex Philippi veris
bis appetet, quanquam de causa peccatorū & meriti hacte-
nus vobis haud per omnia nobiscum conueniebat. Luthe-
rus em̄ liberz arbitrium in vniuersum abstulerat, ita vt nega-
ret hominem quicq; boni aut mali posse facere, sed omnia sie-
ria Deo in nobis. Quae impietas, a multis theologis impeti-
ta, tandem corruit: successit illi altera opinio aliquanto mo-
destior, tribuens hominis arbitrio vim ad peccandū ad me-
rendum vero negans. Totum enim opus bonum, non a no-
bis, sed a Deo fieri in nobis non modo Oecolampadius, ve-
rum & Philippus ipse aliquot locis operum suorum aperte
docuit, plus nimio vt credo, Christi gratiæ studiosus. Quo
nomine hoc in loco maxime veniam merebatur, tametsi libe-
rum arbitrium, vt a catholicis asseritur, nihil detrahit gloriæ
Christi. Est etenim apud omnes Christianos in confessio, hu-
manam voluntatem nihil prorsus boni efficere posse (omis-
to nunc ciuilia officia, & alia id genus, quæ etiam vt ab ethnici-
cis præstabantur, quadam tenus dici bona poterant) sine gra-
tia, a qua tñ præuentia & adiuta potest & velle & efficere le-
gem Christi, haud quidem perfecte et absolute, quādo caro
nunq; non concupiscit aduersus spiritum, vt non quæcunq;
volumus faciamus, sed eatenus, quatenus eiusdem legis ob-
servatio a nobis qđiu viuimus, præceptis exigitur. Jam quid
aut quantū in bono opere voluntas impendat, & quid gra-
tia efficiat, varie traditum est a doctoribus in diuersum salua-
illa communi veritate abeuntibus. Mihi vero videtur, volū-
tas sola nihil facere boni: ac rursus nihil esse boni operis, qđ a
voluntate

voluntate non fiat. Idem & totidem verbis audeo pronun-
 ciare de gratia. Erunt fortassis, quibus hoc videri possit nra
 mis laconice dictum: idcirco paucis & compendio locum a
 multis copiose simul & subtiliter expositum: nos pingui, qd.
 aiunt, minerua tantummodo deliniemus, & vnica similitu-
 dine complectamur. Similis videtur animi nostri imbecillia Collatio
volunta-
tis ad gra-
tiam per si
militudi-
nem.
 tas infantiae puerorum gestientium ambulare, nondum ta-
 men valentium ingredi, quibus apponitur machinula quæ-
 dam lignea, curriculum appellant Hispani, rotulis quatuor
 ceu pedibus suffulta. Huic machinæ admotus infans, inniti-
 tur ad ambulandum, ita vt quasi præcedentem machinæ se-
 qui videatur, quæ tamen minime præcederet, nisi ab infantu-
 lo impulsa, nec infans impellere posset nisi machinæ innixus,
 alioqui omnes eius conatus tantummodo conferunt, vt fre-
 quenter cadat. Quandiu infans ambulare vult, præcedente
 machina, potest: potest etiam, si velit, cessare: nec id tantum,
 verū & a machina, si libeat, discedere, accedere vero postea-
 quam semel ceciderit, etiam si maxime conetur, suis viribus
 minime potest. Itaque quod admotus est machinæ in hunc
 usum illi præparatæ, quod stare potest, & ambulare, alieni
 muneric beneficio habet, tametsi non aliis sed infans ipse
 vere dicendus sit, & stare, & ambulare: quoniam ipsius est
 aptare se machinæ, & pedes ubi opus est mouere, quorum
 tamen omnium nihil sine machina potest efficere. Porro
 quod cessat, quod vehiculum deserit, quod cadit, quod lu- Analogia
caularii.
 to & puluere volutatur, solius infantuli est, cui nullus super- De gratis
& libero
arbitrio.
 est locus excusandæ infirmitatis, cum certū ac firmum presi-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

dium sua sponte deseruerit, quod ut illum non cogebat, vt
 vellet, ita volentem nunquam destituisset. Hæc similitudo,
 in qua machinula gratiæ puer animæ speciem gerit, rem to-
 tam & vniuersa quæ ad illam pertinent sub oculos ponere
 non valet: facit tamen utrum intelligibile, quod præmisimus
 de gratiæ & liberi arbitrij efficientia in merendo: quorum
 neutrum sine altero quicquam facit. Sola enim gratia aut
 sola humana voluntas nihil boni operis potest præstare, sed
 totum bonum opus ab utroque, totum ab alterutra profi-
 ciscitur. Est tamen discrimin quoddam inter hæc, in boni
 operis productione per quam simile illi, quod philosophi
 inter causas æquiuocam & vniuocam inuenerunt: cum e-
 nim redditurus sit in iudicio Christus vnicuique secundum
 opera sua, necesse est ut eorum opera qui eius misericordia
 seruandi & æternam felicitatem adeptur sumus, & nostra
 sint, & bona, atque adeo ab illo fiant & a nobis. Nam si a
 nobis fierent sine illius gratia, essent quidem nostra, sed non
 essent bona: si vero ab illo sine nobis, etiam si in nobis, fie-
 rent, essent quidem bona, sed non essent nostra. Ut ergo
 & nostra sint, & bona, opus est, & a nobis fieri, & a Chri-
 sto, cuius spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Nihil itaque
 boni operis soli libero arbitrio, nihil gratiæ soli potest ascri-
 bi, quando neutra res sine altera operatur, sed utraque simul.
 Quarum tamen prior rationem habet causæ vniuocæ, quæ
 sibi vendicat effectum, posterior vero rationem æquiuocæ,
 quæ non tam cooperatur, q[uod] voluntatem humanam adiuuat
 operantem. Cum hæc sententia concordant omnia scriptus
 rarum

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 142.

rarum sanctorum testimonia, siue que nobis cuiusvis vel minimi boni adimunt facultatem, siue quae tribuunt efficiendi operis libertatem: hoc est, potentiam operadi, cum adest gratia, & cessandi ab opere, etiam si maxime adsit, nec id tantum, verum & in contrarium retinendi, cum volumus. Humanæ quippe naturæ, ut docet Bernardus, per gratiam restitutæ, Bernardus, inest vis ad peccandum, & non peccandum, destitutæ vero, tantum ad peccandum: perfectæ autem & consummatæ, tantum ad non peccandum. Noster itaque locus est medius, idcirco utriusque extremi participatiōe nutamus, in alterutram partem casuri. Porro ubi ceciderit lignum, ibi manebit. Ad Ecclesiam de quod hæc nostra sententia nihil prorsus homini relinquit, unde possit gloriari nisi in domino, in quo omnia se posse gloriabatur Paulus. Satis sit his paucis lineis, quid nobis de gratia & libero arbitrio videretur significasse, magis quam exposuisse, quandoquidem haud erat opus iusta lucubratio tractare locum, tam docte, tam pie, tam ingeniose, tum a veteribus, tum a neothericis theologiis explicatum.

Porro articulus vigesimus idē repetit, quod articulis quarto et duodecimo fuerat propositum, quamobrem sufficit lecto ribus prijs & solam veritatem expetentibus quod Philippicis quarta & sequentibus ex sacris literis pro catholica veritate produximus. Querimonias Philippi, quibus huius articuli apologiam exorditur, nihil moramur. Reiecerunt, inquit, & improbarunt theologi in conuentu Augustensi, verba confessionis, quibus dicitur, quod non merentur homines remissionem peccatorum bonis operibus. Quid n

n ī reijce

F. ALFONSVS VIRVESIVS

reijcerent & improbarent quod aduersatur prophetis & Euangeliis. Confessio enim cum negatiue pronunciet , nullum discrimen operum, nullum meriti, nullum peccatorum aut remissionis faciens, ita bona opera a peccatorum remissione prorsus excludit , vt ne solis nec cum fide vim aliquam illis tribuat ad peccatorum remissionem . Atqui scriptura sa-
Dani. 4 cra sexcentis locis exigit opera, vt condonentur peccata: Da-
niel consulit Nabuchodonosoro, vt peccata sua eleemosy-
nis redimat . Tobias: Eleemosyna, ait, ab omni peccato & a
Lucas 11 morte liberat. Item apud Lucam: Quod supereft, date ele-
Matth. 6 mosynam, & ecce omnia munda sunt vobis . Deinde expo-
nens Christus illud orationis: Dimitte nobis debita nostra,
&c. Si dimiseritis, inquit, hominibus peccata eorum, dimit-
ter et vobis pater vester cœlestis delicta vestra. Rursus apud
Lucas 7 Lucam: Dimissa sunt ei peccata multa , quoniam dilexit
multum . Hæc omnia & id genus alia permulta , quæ pa-
sim in sacris literis inueniuntur, perspicue, ac nullius coactæ
interpretationis commento docent bona opera multum ad
peccatorum remissionem conferre: quibus cum aduersetur
generalis negatio confessionis, haud immerito a theologis
non est admissa. Verum quid fides faciat, quid & quatenus
conferant bona opera ad iustificationem, quando non uno
loco superius exposuimus, nunc ad articulum primum &
vigesimum accedamus.

Philippica XVI. De cultu & inuoca-
tione sanctorum.

Diu-

DIuorum cultum & inuocationem , frequenter ab hæreticis impeditam , ecclesia nunq̄ passa est anti-
quari: cuius sententia sufficere debet catholicis, ad probandum & perpetuo retinēdum, quod sacris
literis non improbatur. Nam quod vnuſ eſt mediator Dei ^{1. Timo. 2.}
& hominū homo Christus Iesuſ, nihil aduersatur sancto-
rum inuocationi, quos non colimus ut mediatores, sed ut su-
as preces nostris adiungant, postulamus, quod idipſum vi-
cissim viri boni viuentes ambire ſolent. Cur, obſecro, non idē
nobis liceat erga vita defunctos? Nam ſi idecirco non ſunt in ^{Rom. 8.}
uocandi sancti, ut orent pro nobis, quod Christus pro nobis ^{Hebr. 7.}
affidue interpellat, nec viuentium orationes eſſent nobis im-
plorandae: Haud enim video, quid impietatis contineat coe-
lites appellare sanctos, ut nos orationibus iuuent, quod non
continet eos qui nobiscum in hoc mundo versantur appel-
laſſe, quorum ſe Paulus apostolus precibus commendabat.
Nisi forte quis dicat poſſe quidem nos ac debere sanctorum ^{Rom. 11.}
viuentium preces implorare, quibus affectus nostros verbis
aut literis poſſumus aperire, eos vero, qui iam vita deceſſe-
runt, minime inuocandoſ eſſe: ut qui longa intercapedine di-
ſtanties a nobis, & in alio mundo poſti, nos exaudire nō po-
ſint: Verum hoc non iam eſſet agere de sanctorum inuocati-
one, quatenus pia eſt, vel impia, ſed quatenus utilis eſſet, aut
inutilis. Nam ut sanctos inuocare, quo nobis ſuis precibus
adſint, ſurdis (quod veteri prouerbio dictum eſt) canere ſit,
certe impietatis nihil poſteſt habere, quando non aliud effla-
gitamus ab illis, quos, extra viciflitudiniſ aleam conſtitutos,

F. ALFONSVS VIRVE SIVS

numinis fauore & amicitia felicissime frui, scimus, quā quod
a quibusvis homīculis licet exorare. Cur autē negabimus bea-
torum animis, quod illorum nec naturae, nec sorti repugnat,
& nō potius tribuemus, quod perpetuo illis detulit vetustissima
pietas atq; religio? Nam si felicium animorum naturae
aut statui repugnaret absentium preces audire, nec Christus
villas audiret ut homo, qui tamen, licet Deus sit pariter & ho-
mo, quatenus homo est, hominū preces quotidie audit, pro
quibus etiam patrem assiduo interpellat. Erit fortassis, qui
mihi respōdeat, Christum nostras preces & quicquid apud
nos geratur intueri quidem & audire, non tamen quatenus
homo purus, cuius anima assumpta est ad fastigium deita-
tis. Audio & probo, sed interim concedant mihi necesse est,
in eo quod assumpsi. Nam quod dicitur Christus adesse, &
audire nostras preces, propterea quod animus verbo dei cō-
iunctus, vniuersa non modo præsentia aut præterita, verū fu-
tura potest in illo contemplari, intelligendum est, nō de vniō-
ne personali, quam græco vocabulo hypostaticam theologi
dicunt, sed de vniōne beatifica, quæ posterior est illa, quemad-
modum in cunctis rebus prius est esse, quam operari: Porro
vniōne beatifica oēs animæ felices cōiunctæ sunt verbo Dī,
æque sicut & anima Christi, quis non æqualiter, alioqui non
possent esse beatæ. Ex qua coniunctione quantum lucis au-
cognitionis rerum quæ apud nos gerantur, accipient singu-
li spiritus siue angeli, siue humani, non est nostrum adamus
sim pronunciare, tametsi dubitare nō debemus, quin illa co-
gnoscant quæ illis ad gloriam & nobis ad salutem expedit
nosc;

ADVERSUS LVTH. DOGMATA. Fol. 144.

nosse: Hic est enim illa Christi doctrina, qua nos admonet, Matth. 13
 ne contemnamus quenquam ex minimis, qui crediderint in
 illum, quandoquidem habent angelos Dei, in cœlum itatis suę
 vindices & patronos, quos nō potest quicquam latere, quod
 clientibus suis euenerit, quoniam angeli eorum semper vidēt
 faciem patris qui in cœlis est. Hinc etiam est quod Raphael
 angelus dicit, se Tobiae preces & eleemosynas obtulisse do- Tob. 12
 mino. Et frequenter sunt huiusmodi oblationes in Apoc. fa- Apoc. 5
 ctæ, non modo per angelos, verum & per viros sanctos, qui Ibidem 8
 iam Christo perpetuae felicitates participes astant: nam qua-
 tuor animalia & vigintiquatuor seniores hoc eos qui sub v= Apoc. 5
 troque testamento Deo seruierant, vident Iohannes cecidisse
 coram agno habentes singulos citharas & phialas aureas ple-
 nas odoramentorum, quæ ut isdem Iohann. interpretatur,
 sunt orationes sanctorum. Et nisi sancti pro nobis orarent,
 aut orantes exaudirentur, nequaquam dominus sum mam
 indignationis, quam habebat in populum Israel, his verbis
 explicasset: Si steterint, inquit, Moyses & Samuel coram me,
 non est anima mea ad populum istum. Adhæc Hieremiam Hier. 25
 ipsum, multis retro annis defunctum vita, Iudas Machabæ-
 us vident orantem pro populo & ciuitate sancta Hierusalem. 2. Mach. 25
 Haec & id genus alia scripturæ loca etsi inualida videantur
 aduersarijs (quæ tamen nullis aprioribus possunt refelle-
 re) validissima tamen visa sunt hactenus ecclesiæ catholicæ,
 quæ tum perpetuo consensu, tum sanctorum ac sapientium
 doctrinis diuorum cultum & invocationem probauit. Nā
 diuus Hieronymus in hac olim controversia Vigilantium Hieronym.
hære-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

hæreticum vicit, protriuit, atq; prostrauit, id quod theologi nostri in conuentu Augustensi, ut Philippus dicit, obiecerunt vestræ confessioni. Sed enim uero operæ premium est videre, quam modeste respondeat ille, qui sanctos non colendos aut inuocandos, sed imitandos esse prædicat. Hic triumphant, inquit, aduersarij quasi iam sit debellatum, nec vident isti alii nisi apud Hieronymum contra Vigilantium nullam extare syllabam de inuocatione sanctorum, loquitur de honoribus sanctorum, non de inuocatione, &c. Ita nimurum Philippus colit imitatione, quos non vult colere inuocatione. Nam sancti similem modestiam præstiterunt erga illos, cum quibus de sacris dogmatibus conferebant. Sed nos eius contumelias nihil moramur: Illud autem quis ferat, quod ut nobis insulet, sanctum virum in sui erroris patrociniū videtur ascisse: Nam cum totius controvæsiæ constitutio versaretur in hoc, quod Vigilantius dicebat, sanctos non esse religione aliquo colendos aut inuocados, ut pro nobis orarent, si hoc Hieronymus non voluit improbare, procul dubio probatum recesserit: Veruntamen hac de re ipsum eundem audiamus:

Obiecerat Vigilantius sanctorum inuocationi, quæ fiebat a catholicis, id quod & nobis hodie Philippus obijcit, non posse videlicet sanctos, præsentí luce defunctos, cultus vide re, aut preces audire illorum, a quibus inuocantur. Ais (ingt Hieronymus Vigilantio) vel in sinu Abrahæ, vel in loco refrigerij, vel subter aram Dei, animas apostolorum & martyrum cōsedisse, nec posse suis tumulis, & ubi voluerint, adesse præsentes, &c. Et paulo inferius: Et post hæc de baratro pectoris tui

ADVERSUS LVTH. DOGMATA. Fol. 14.

cui coenosam spurcitiam euomens audes dicere: Ergo cine-
 res suos amant animæ martyrum, & circunvolant eos, sem-
 perq; præsentes sunt, ne forte si aliquis precursor aduenerit, ab-
 sentes audire non possint, &c. Hactenus Hieronymi verba
 declarant, qua de re disputaret aduersus Vigilantium, non
 scilicet de solis honoribus, vt Philippus cōminiscitur sed etiā
 de inuocatione sanctorum, hoc est, de ea religionis parte, qua
 diuos inuocamus, vt pro nobis precentur. Quod cum ita sit,
 Philippi conuicia integra illi maneant, alias vt vti possit mi-
 nus inepit. Vos autem, viri Germani, æquum est animad-
 uertere cuius fidei viris pietatem vestram committatis. Nūc
 quibus verbis has obiectiones Hieronymus refellat, videa-
 mus: Tu, inquit, Deo leges pones? Tu apostolis vincula in-
 ijicies, vt vsque ad diem iudicij teneantur custodia, nec sint
 cum domino suo; de quibus scriptum est: Sequuntur ag- Apoc. 14
 num, quocunque vadit. Si agnus vbiique, ergo & hi qui cum
 agno sunt, vbiq; esse credendi sunt. Et cum diabolus & da-
 mones toto vagentur in orbe, & celeritate nimia vbiq; præ-
 sentes sint, martyres post effusionem sanguinis sui arca ope-
 rentur inclusi, & inde exire non poterunt. Dicis in libello
 tuo, quod dum viuimus, mutuo pro nobis orare possumus,
 postquam autem mortui fuerimus, nullius sit pro alio exau- Apoc. 6
 dienda oratio: præsertim cum martyres ultionem sui san-
 guinis obsecrantes, impetrare non quiverunt. Si apostoli &
 martyres adhuc in corpore constituti possunt orare pro cæ-
 teris, quando pro se adhuc debent esse solliciti: quanto ma-
 gis post coronas, victorias, & triumphos? Unus homo
Moyses,

F. ALFONSUS VIRVESIVS

Exod. 11 Moyses, sexcentis millibus armatorum impetrata Deo ventam: & Stephanus imitator domini sui, & primus martyris in Christo, pro persecutoribus veniam deprecatur, & postquam cum Christo esse cceperint, minus valebunt; **Aet. 8** Paulus apostolus ducentas sexuaginta sex sibi dicit in naui animas condonatas: & postquam resolutus esse cceperit cum Christo, tunc ora clausurus est, & pro his qui in toto orbe ad suum Euangeliū crediderunt, mutare nō poterit. Eat nunc Philippus & apud Hieronymum de sanctorum inuocatione vllam extare syllabam neget: nos totidem verbis illi de sanctore precibus respondemus, quot Hieronymus respondet Vigilantio, ex cuius dogmate constat Philippum etiam in eo esse falsum (id enim suspicari placet potius quam fallacem) quod ait ante Gregorij tempora nō esse solitos inuocari sanctos. Si enim hoc ita erat, qui sunt illi aduersum quos disputat Vigilantius, & inuehitur, & pro quibus Hieronymus illi obsticet, eiusdem cultus, quem Vigilantius negabat, patrocinium suscipiens? Quinimo ante Hieronymi tempora & Vigilantij eandem hæresim constat fidelium pietati exhibuisse negotium, quod idipm inferius attingit Hieronymus, dicens: Tertullianum aduersus hāc hæresim olim scripsisse, qui et si alioqui ab ecclesia discesserit, vel hoc ipso habet autoritatē, quod eius verba declarant antiquissimam ecclesiæ fuisse consuetudinem inuocandi sanctos. Quanq id etiam quod autoritatis Ambrosij. Tertulliano deest, supplere poterit Ambrosius, qui libro primo de viduis ait: Obscurandi sunt angeli pro nobis, qui nobis ad præsidium dati sunt. Martyres obscurandi sunt, quorum videmur

videmur nobis quodā corporis pignore patrocinium ven-
 dicare. Possunt pro peccatis orare nostris, q̄ proprio sangu-
 nesi qua habuerunt peccata, lauerunt̄ ilsti enim sunt Dei mar-
 tyres, nostri præsules, speculatores vitæ actuumque nostro-
 rum. Non erubescamus eos intercessores nostræ infirmitatis
 adhibere, quia ipsi infirmitatem cordis, etiam cum vincerent,
 cognoverūt. Quid ego vnum aut alterum sanctor̄ patrum
 allegor̄ Nemo est eorum, qui sanctor̄ inuocationis religiosissi-
 mō non meminerit. Et vide quā antiquitus sit a patribus re-
 cepta persuasio, quod sancti viri postq̄ fatō concesserint, pro
 his qui peregrinantur, adhuc orent quod diuus Cyprianus Cyprianus
 scribens ad sanctum Cornelium, quasi paciscitur cum eo, vt
 qui prior altero deceserit vita, pro fratribus & sororibus su-
 perstitibus oret assiduo. Sed Philippus omnia hæc diluta exi-
 stimans & inutilia, scripture locum exigit a nobis, quod præ-
 cipiat, aut doceat inuocare sanctos, a quo nos vicissim regri-
 mus locū, quo prohibeamur sanctor̄ preces implorare. Nos
 quædam attulimus, ipse nulla potest adducere, nisi illa quæ
 prædicant Christum orare pro nobis, ex quibus Lutherana
 dialectica ex affirmatiuis colligēs negatiuas, infert qd propo-
 fuerat: Christus orat pro nobis, ergo sancti non orant pro no-
 bis: Christus est inuocandus, sancti ergo nō sunt inuocandi:
 Cur nō eadē consequitione colligit, nec nos debere vicissim
 pro nobis orare, quia Christus orat pro nobis? Si nos sic ad-
 uersus illum scripturas citaremus, quemadmodum ille citat
 aduersus ecclesiam, in quos cachinos solueret orationem qui-
 bus non ornaret epithetis, quas technas, quas fraudes, quæ

o ij sophi

F. ALFONSVS VIRVESIVS

sophismata nobis obijceret: Sic olim hæretici colligebant
Spiritus sanctus procedit a patre, non ergo procedit a filio.
Sed libet adhuc liberius agere cum illo, proferat ex patribus,
quorum doctrinas recipit, & ad quos non semel prouocare
solet, vel vnicam sententiam, quæ sanctorum cultum & inuo-
cationem damnet, vt vel hac ratione persuadere nobis possit,
se aduersus totius ecclesiæ consensum hanc disputationē non
temere suscepisse. At qui veteres, inquit, autores ante Grego-
rium nō fecerunt mentionem inuocationis sanctorum. Ec-
clesiæ exemplum quod allegant, cōstat nouum in ecclesia cl-
se. Apage bone vir, quid aiss. Vide ne quid temere effutias, et
rursus impingas ad lapidem, quo superius lapsus es in Hiero-
nymo: Nam ecclesiæ mos in sanctorum inuocatione vsque-
adeo vetus est, vt vix huiusc consuetudinis inueniri possit
initium; id quod verba sanctorum, quos modo citaui, aper-
tissime probant: De sanctorum enim inuocatione loquun-
tur, non vt illam inducant (quanq; etiā ab illis instituta haud
esset nouitatis nomine contemnenda) sed vt rem totius ec-
clesiæ pietate receptam, & vsu probatam, fidelibus illis, quos
alloquuntur, cōmendent, atq; suadeāt, & ab hæreticorum in-
solentia defendant. Et tamen Philippum (quod eius pace di-
xerim) nō pudet te de re vscq; adeo graui, in qua totius populi
Christiani pietas vocatur crimen, tam oscitanter agere, vt q;
quid primum in buccā venerit, effundat: Siccine credis im-
ponere te posse tot viris, cum dignitatis amplitudine conspi-
cuis, tum sapientiæ splendore præcedentibus: At imposue-
rat tibi prius species ipsa rei, de qua differebas, quæ cum scri-
pturis

Consuetu-
do ecclesiæ
sufficit ad
veneran-
dum san-
ctos.

pturis improbetur, & a vere pietatis ratione appareat aliena,
 non potuisti animum inducere, ut crederes a maioribus no-
 stris obseruari solitam; Scripturarum testimonia quod nul-
 la habeas, & ea quae profers, quanti sint ponderis, ad refragā-
 dum sanctorū inuocationi, iam exposuimus. Supereft ut cæ ^{Angeli o-}
 teras collectiones expendamus. Primum largitur angelos o-^{rati pro}
 rare pro nobis, propter illud quod apud Zach. legitur: ange ^{nobis.} Zacha.
 lum scilicet orasse pro Hierusalem. Sed quid si nō largiretur
 Philippus, nunquid nō sufficeret nobis oraculū prophetæ?
 Dialecticis largiri aut donari est, id fateri, quod negare pos-
 ses, quasi in his que iuris tui sunt, alteri cedas. Quid hic habet
 Philippus, quod nobis largiri possit? Necq; qd mox etiā con-
 cedit, fatebimur ab illo nobis esse donatum, quandoquidem
 & illud facile erit exigere ab intuitu. De sanctis, inquit, & si cō-
 cedimus, qd sicut viui orant pro ecclesia vniuersa in genere,
 ita in coelis orent pro ecclesia in genere, tametsi nullū de mor-
 tuis orantibus testimonium extet in scripturis, &c. Hic vi-
 deri posset aliquid nobis largiri, si verum esset, quod nul-
 lum de mortuis orantibus testimonium extet in scripturis,
 ceterum cum extent nonnulla, quid est quod in hac conce-
 sione illi debeamus acceptum referre? Quænam isthæc? In ^{Hiere.} 13
 primis quod scriptum est in Hiere. Dixit dominus ad me, si
 steterint Moyses et Samuel coram me, non est anima mea ad
 populum istum. Cum Moyses & Samuel iam dudum æta-
 tes non paucas fato concessissent, quid aliud dñs hac asseue-
 ratione significat, quam placari se frequenter orationibus san-
 ctorū, qui vita decesserant, tunc vero decreuisse, nullius viri

P. ALFONSVS VIRVESIVS

quantumlibet sancti precibus cedere: Iam quod legitur in libro Machabæorum, quod viderit Iudas Hieremiā propria tam orantem pro populo & ciuitate sancta Hierusalem, Philippo somnium esse videtur, mihi vero quid de Philippi iudicio videatur, non est animus pronunciare, agnosco tamen veterum dogmatistarum præsidium, quo confugere consueuerunt, quoties in angustum disputationis medijs tenerentur. Caeterum ex quatuor librīs, qui Machabæorū historias continent, duos esse receptos ab ecclesia & pro canonicas habitos, testantur tum decreta pontificum, tum vetustissima patrum concilia, quorum non meminisse videtur Hieronymus, cum ad Chromatium et Heliodorum scribēs dicit, hos libros ab ecclesia legi, sed inter canonicas scripturas non recipi. Haud itaq; nobis opus est dono Philippi, vt pro vero statuatur sanctos orare pro nobis, quinimo id quod addidit, in genere, merito nobis debet esse suspectum, quando non modo in genere, verum & in specie pro certis causis, regionibus, atque personis nos vicissim sanctorum apostolorum exemplis & doctrina precamur, & eodem modo sanctos & angelos & homines in coelis orare credimus. Nam apud Zachariam angelus tantum pro ciuitate Hierusalem orabat: & Tobiae preces & eleemosynæ offerebantur ab angelo, & varia sunt exempla, quibus pro priuatis, seu causis, siue personis orandum esse docemur. Nunc his de Philippi concessione suppositis, argumentationis vim expendamus. Porro, inquit, ut maxime pro ecclesia orent sancti, tamen non sequitur quod sint inuocandi. Qui sicc: Quia cū neg:

neq; præceptum, neq; promissio, neq; exemplum ex scriptu-
 ris de inuocandis sanctis afferri possit, sequitur cōscientiam
 nihil posse certi de illa inuocatione habere. Et cum oratio de
 beat ex fide fieri, quomodo scimus, quod Deus approbet il-
 lam inuocationem? Vnde scimus sine testimonio scripture,
 quod sancti intelligat singulorū preces? Hactenus argute q-
 dem & subtiliter: sed superest, vt facete nos etiam irrideat.
 Quidā, inquit, plane tribuūt diuinitatem sanctorū, videlicet,
 p̄tacitas cogitationes mentium in nobis cernant. Disputat
 de matutina & vespertina cognitiōe, fortassis quia dubitat,
 utrū mane an vesperi audiant, &c. Videtis viri (ne quid inui-
 diosius attingā) prudentissimi, quibus technis vobis insidi-
 entur vestri doctores, quibus fucis veritatem, quae nuda est
 inquirenda, illiniant. Interrogant, affingunt, subsannanc,
 & in omnes sese formas atque figurās inuoluunt, vt videan-
 tur euicisse, cum nihil minus efficiant. Sed quid ad nos? Er-
 rant illi, fortassis non maliciose, sed quia ita illis videtur, &
 arbitrantur obsequium se præstare Deo, si quibus potue-
 rint modis & artibus, receptae in populo Christiano doctri-
 nae aduersentur, nos veritatem pro nostra virili parte tute-
 mur. Primum, vt eisdem gradibus, quibus ille descendit,
 nos ascendamus, quod nobis exprobrat disputationem de
 notitia matutina & vespertina in Augustini contumeliā po-
 tius q̄ nostram commemoratur. Qui quarto libro super Ge-
 nesim ad literam, & lib. XI. de ciuit. Dei de hac duplii noti-
 tia disertissime tractat. Cogitationem rerū in verbo, quā ha-
 bēt sancti, appellat matutinam, nos illam superius attigimus,
Cognitio
matutina
& vesp-
ertina q̄nd.
carun-

F. ALFONSVS VIR VESIVS

earundem rerum cognitionem in proprio genere vespertinam appellat. Augustinus ergo vocandus erit in ius, si quid impietatis habet huiusmodi doctrina: nos eius viri autoritate contenti sumus, quamdiu grauior illi non opponitur, a quo scimus nihil doceri, quod non vel ex diuinis literis, vel ex arcans naturae penetralibus, quam solertissime est indagatus, produxerit in lucem. Porro in eo quod præmittit Philippus, nos tribuere sanctis diuinitatem, quod tacitas mentium cogitationes in nobis cernant, more suo colligit, hoc est, illegitime. Non enim sequitur: si vir sanctus cognoscat hominis alicuius cogitationes, quod statim sit Deus aut diuinitatem habeat: Cognovit enim Daniel cogitationes Nabuchodonosori regis, nec tamen habuit deitatem, & omnes ferae prophetæ non modo cogitationes, verū & abditissima que cognoscet interdum, ut quibus proprias etiam cogitationes dñs revelabat, & tamen non erant dñi, nisi eo modo quo s̄j ad quos factus est sermo Dei, dñi quodammodo dici meruerunt. Deniqz in argumentatione ita exigit a nobis scripturæ locū, quo probentur sancti intelligere nostras preces, quasi quod non intelligent, ipse ullis aut rationibus, aut testimonijs monstrauerit, esse perspicuum. Cum interim nō desint viri sapientes, quibus videatur, nullo miraculo opus esse

Miraculo adhoc ut animæ corporibus exutæ, præsertim felices, viuentium cogitationes intelligent. Nam quid, inquit, obstat: Localis intercapedo? Atqui ea quæ loco non circumscribuntur, nulli rei possunt esse propinquæ, atque adeo nec discimus aliquos. stantia quidem, idcirco in alio mundo, ceu loco eminentiori, consti-

Dani. 2

Psalm. 81
Iohann. 10

seculo animæ felicis viuentium cogitationes intelligent. Nam quid, inquit, obstat: Localis intercapedo? Atqui ea quæ loco non circumscribuntur, nulli rei possunt esse propinquæ, atque adeo nec discimus aliquos.

constituta, vniuersa quae geruntur apud nos ex equo prospicunt. Obstat fortassis secessus interiorum sensuum, qui sunt quasi remotiores animæ officinæ? Sed hi haud minus cedunt animis iam felicibus, quam corporibus glorificatis vniuersis corpora sunt cesura. Cur enim oblitus animæ corporis, quominus suas vires exerceat? Quinimo cur spiritus flexus in cæteros spiritus non habeat eandem vim, quam corpora felicia in cætera corpora creduntur habere? Conferat nunc Philippus Lutheranam philosophiam cum his philosophis, nec indoctis, nec ineptis, aut si mauiult ad scripturas configere, probet per eas quod spiritus beati preces non videant. Nam quod videre non possint nulla ratiocinatione probabit, nec validiora poterit argumenta producere, ad improbandum, quod hi non in ualidis certe confirmant: Quāquam ad hoc ut intelligant oēs nostras preces, non est illis opus videre cogitationes, quandoquidem non sola cogitatione precamur. Postremo cum fidē exigit, q̄ est illi velut pantomolia, non videt sufficere nobis dum cæteros rogamus, ut pro nobis orant, communem fidem quam habemus de Christo, quod quoties per nosip̄los vel per alios oramus, qc̄ quid petierimus si nobis accipere expedierit, proculdubio fiet, sū minus, aliud saluti nostræ et Christi gloriæ magis expediens, pro illo reddetur: hoc tū Christi promissiones, tum sanctorum patrum exempla docent aperte. Nam David ^{2. Reg. 1} pro templi constructione, quam pie quidem optauerat, ac religiose accepit, vt filius, quem maxime sibi cupiebat in regnum succedere, quique aptior futurus erat illi functioni,

.Cor. 11. templum ædificaret. Paulus pro stimulo carnis, quem depre
 cabatur, accepit vim, qua possebat angelum satanae superare.
 Math. 10. Christus denique pro calice quem a se transferri prolixius
 oravit, obtinuit, ut prætereuntis & quasi momætanæ mortis
 commertio suos posset, hoc est, electos, æternæ virtutem mu
 nere donare. Quam ergo fidem exigit in oratione Philip
 pus? Quia credamus, ac certo statuamus, nos quicquid petie
 rimus assequuturos. Hæc qui possunt habere, qui diuersum
 & in se & in alijs sunt experti. Id quod exemplis modo de
 scriptis apparet. An qua credamus, aut fidamus illi, quem obse
 cramus ut pro nobis oret? Nec hanc possunt habere, qui
 viuentium preces efflagitant: Omnis enim homo mendax.
 Vnde fieri potest, ut pro nobis non oret is qui promisit, &
 vt oret, fieri etiam possit, ut non exaudiatur. Sed exigit for
 tassis fidem, qua credamus, non improbaria Deo huius
 modi preces. Sic enim querit a nobis: cum oratio debeat
 ex fide fieri, quomodo scimus, quod Deus approbet illam
 invocationem. Nunc ut argumentationem redarguijsem
 mel exhaustum, ego vicissim ab illo quaero, cur dubiter plaz
 cere Deo, si sanctis deferamus honorem, quem peccatoribus
 deferri nunquam prohibuit? Si enim orare ut pro nobis or
 rent, honorare est, hunc honorem ut sibi vicissim exhibeant
 peccatoribus præcipit Iacobus: Hunc honorem detulit Ro
 manis Paulus. Denique si indigni sunt sancti, ut pro nobis
 orent, quomodo peccatores digni sumus, ut pro nobis ina
 uicem oremus? Si autem pro alijs orare, res est indigna, ut
 a sanctis petatur, quomodo Christus orat pro nobis? Sed

vnus

vnuis est, inq[ue]t Philippus, mediator Dei et ho[m]in]e homo Christi^{1. Tim. 2}
 stus Iesus, idcirco non licet nobis plures opponere media-<sup>Christus
vnuis me-
diator</sup>
 tores. Quid ait bone vir: Nunquid omnes illi sunt tibi me-<sup>quod in et
ligatur.</sup>
 diatores, qui pro nobis orant: Ergo ego sum mediator su-^{Dani. 9}
 us, pro quo non semel (testis est mihi Christus) oraui, vt
 pietatis specimen quod hactenus dedisti, perficiatur: quod
 vero in te ad ecclesiæ sanctæ trutinam expensum, inuentum
 est minus habens, reficiatur ab eo, qui calamum cassatum no[n]^{1 Cor. 4:5}
 confringit, & linum sumigans non extinguit. Nec ego tan-
 tum, verum & vniuersi quantumlibet peccatores mediato-
 res esse poterimus, quibus præcipitur orare vt saluemur.
 Absit, vt tam vulgarem existimationem habeamus de me-^{Jacob. 5}
 diatore, cuius ratio sita est, non in eo quod pro cæteris po-
 test orare, sed in eo quod cæterorum omnium preces & o-
 pera in illo tantum & per illum placent, ei qui dixit: Hic est ^{Math. 3}
 filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, & idcirco
 mediator est, hoc est, vniuersis factus medium salutis æter-
 næ, vt pote de cuius plenitudine nos omnes accepimus, in
 illo enim habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter,^{Iohan. 14:10}
 & ideo noui testamenti mediator est, vt morte interceden-^{Col. 1. & 2}
 te in redemptionem earum prævaricationum, quæ erant
 sub priori testamento, re promissionem accipiant, qui vo-
 cati sunt æternæ hereditatis, & cætera. Vides hic Christum
 idcirco mediatorem esse pro nobis factum, vt sit via
 ad promissionum consequitionem, soluens, vt alibi dici-
 tur, inimicitias in carne sua, legem mandatorum decretis
 euacuans, vt duos condat in semetipso, in uno nouo homine^{Ephes. 2:14-16}

F. ALFONSVS VIRVESIVS

faciens pacem, vt reconciliat ambos in uno corpore Deo per
crucem, interficiens inimicitias in semetipso, & Euangeli-
zans pacem his qui longe erant: & pacem his qui prope-
Quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno spi-
ritu ad patrem. Hunc mediatorem vniuersalis agnoscit ec-
clesia: cui soli acceptum fert, quicquid gratiae aut glorie ha-
ctenus collatum est, aut confertur hominibus: reliquos ve-
ro quantumlibet sanctos colit, non vt mediatores, sed vt hu-
ius mediatoris ministros, quinimo vt membra, per quae mul-
tities nobis sua dona largitur. Quemadmodum vir pius
solet indigenti denarium manu porrigerere, lingua consilium,
& cæteris sui corporis membris imbecillum necessitati fre-
quenter adesse: Itaque cum sanctorum merita (quod nobis
Philippus obiicit pro religione) orando citamus & interpo-
nimus, non ex sanctis facimus mediatores, sed Christum
in membris suis agnoscimus, cui innixi illi Deo placuerunt.
Id quod luce clarius apparet ex ordine, quem in solennibus
precibus seruat ecclesia. Nam preter hoc quod cum sanctos ipsos
alloquimur in letanijs, nihil ab illis petimus, nisi vt orent pro
nobis, quoties illorum merita patre deprecantes proponimus,
semper vt per Christum Iesum oia illa a nobis contingant,
peroramus: nimirum aperte confitentes, neminem sanctorum esse
idoneum ad placendum Deo, nedum ad nobis placandum, nisi
Christus, in quo cætera sanctorum multitudo patri compla-
cuit. Gratificauit enim nos in dilecto filio suo, in quo habemus
redemptionem, &c. Vides nos ubique vnu profiteri media-
tores, sine quo neque nos neque sancti ipsi, quorum meritis utimur,

ADVERSUS LVTH. DOGMATA. Fol. 151.

ut a Christo profectis, placere Deo poteramus: Vides nos
 vbiq; per illum interpellare patrem, vbiq; ad illum vnum,
 velut ad sacram anchoram, quod aiunt, confugere, cuius me-
 rita fatemur esse, non tantum quæ in proprio ac naturali cor-
 pore gessit, sed & illa quæ in mystico quotidie operatur. Sup-
 plebat enim Paulus, quæ desunt passionum Christi in carne Colos. 1
 sua pro corpore eius, quod est ecclesia: hoc est, patiebat Chri-
 stus in Paulo, quæ iam in seipso pati non poterat: Quod for-
 tassis significauit vulnus illud Christi corpori iam emortuo
 inflictum: Corpus nāq; Christi mortuū est ecclesia, cui dici-
 tur: Mortui estis & vita vestra abscondita est cum Christo
 in Deo, Quid aliud a nobis requiris? Testimonium, inquis,
 ex quo certo sciamus, quod Deus velit misereri, & exaudire
 inuocationes, per hūc vel illum propiciatorem, nam talis ex-
 trat de Christo promissio, de sanctis nulla extat talis promis-
 sio. Nobis non sunt opus alia testimonia, præter ea quæ de
 Christo mediatore & propiciatore tradūtur, cum fateamur
 omnia per Christum nobis a patre donari. Quod vero san-
 ctorum preces et merita, ut Christi membrorum, interponi-
 mus, non cogit noua testimonia proferre, cum nihil aliud ni-
 si Christum in illis agnoscamus. Quin potius oporteret Phi-
 lippum, qui ecclesiæ consuetudini & religioni temere recla-
 mat, ex scripturis probare esse impium, quod nos ex eisdem
 productum & expositum, nihil impietatis continere proba-
 vimus. Cum enim vniuersalisecclesia ab origine mundi eun-
 dem semper habuerit mediatorem, haud magis fidei nostræ
 obest sanctorū inuocatio, quam Israelitico populo. Quod in
Colos. 5
 p. iij Gene.

F. ALFONSVS. VIRVE SIVS

Gene. 48 Gene. orabat Iacob vt inuocaretur super eos nomen eius, & nomina patrum suorum Abraam Isaac: quanq; nos nullius sancti nomen inuocamus, nec in ullius nomine petimus: tam illos, qui Deo placuerunt oramus vt nobis eundem suis precibus placent. Idq; tam propheticis quam apostolicis doctrinis & exemplis. Cur enim tres amici Iob admonentur, vt illum cum septem tauris & totidem arietibus adirent, & pro eis sacrificium offerret, nisi quia ille aptior erat ad placandum holocaustis, cuius pietas magis placuerat? Aut quid saeueritatis habent illa verba. Si steterint Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum, si non consueuit placari Deus, illorum præcipue precibus, quorum opera illi maxime placuerunt? In Christo tamen, cuius membra sumus sancti, electi in ipso (vt ait apostolus) ante mundi constitutionem, ut essent sancti & immaculati in conspectu Dei in charitate. Tantum igitur habentes impositam nubem testium, quarto quoque verbo prouocamus a Philippo, ut testimonium ex scripturis proferamus de sanctorum inuocacione: cum ipse nullum haec tenus adduxerit ad probandum, quod sancti non sint inuocandi, tantum enthematibus consuetis ex affirmatiuis colligit negatiuas, & accumulat exempla, quibus ecclesiæ proceres reddat odiosos, Nam vulgi superstitionem non dignatur attingere. Quænam exempla? Quod ex sanctis facimus mediatores: quod sanctorum merita pro alijs applicemus, quod Christi gloriam in sanctos transferimus, quod fingamus Christum duriorem esse sanctis, & ideo magis confidamus misericordię sanctorum, quam misericordia

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 152.

dia Christi: deniq; quod Christum fugientes, confugiamus ad sanctos. Quis hæc non exhorreat quis non execretur? Sed quam vera sint, ex proxime dictis appareat. Simile est quod inferius obijcit. Fortassis, inquit, ex aulis regum sumunt huc ordinem, vbi amicis intercessoribus vtendū est. At si rex constituerit certum intercessorem, non vellet ad se causas per alios deferri? Ita cum Christus sit constitutus intercessor et pontifex, cur quærimus alios? Passim usurpatur hac forma absolutionis. Passio domini nostri Iesu Christi, merita beatissimæ virginis Mariæ, &c omnium sanctorum, sint tibi in remissionem peccatorum. Hic pronunciatur absolutio, quod nō solum meritis Christi, sed meritis aliorum sanctorum reconciliemur, & iusti reputemur, &c. Quærit a nobis Philippus cum Christus sit constitutus intercessor & pontifex, cur quærimus alios? A quo vicissim ego quero: Si ita Christus constitutus est intercessor, vt alij omnes superfluant, & sint prorsus inutiles, cur Paulus fidelium Romanorum querebat Rom. 15 intercessionē? cur Iacobus docet vt vicissim omnes pro nobis intercedamus? Cur angelus pro ciuitate Hierusalem in Hier. 1 tercedebat? An aliud est orare pro alio, quam pro illo intercedere? Si rex ita constituit certum intercessorem, vt non velet ad se causas per alios deferri, quomodo Raphael Tobiae preces & eleemosynas detulit ante Deum? Et si angeli fideliū causas non agunt apud Deum, quorsum spectant verba illa Christi: Videte ne contemnatis unum ex his pusillis, qui in me credunt, quia angeli eorum semper vident faciem patris. Respondeat Philippus suis proprijs obiectiōibus, si nō vult negare.

Tob. 12

Math. 10

F. ALFONSVS VIRVESIVS

negare scripturas, & quicquid pro illis responderit, pro nobis intelliget esse responsum: Acrius tamen vrgere exemplum, quod affert de absolutio[n]e, si ita se res haberet, vt ille narrat: Nam sacramentorum suscep[t]io specialis quædam est fidei professio, qua soli Christo fidendum est, vt sacramenta sint efficacia, imo vt impia non sint. Sed quis nescit absolutio[n]is formam nihil aliud necessario exigere, quam simplicem enunciationem, qua significetur peccator absolui, cuiusmodi est hæc: Ego te absoluo: cui sunt qui præmittant, Dominus Iesus Christus te absoluat, alij: Dominus Iesus Christus qui

qbus verbis constat.
plena[m] habet potestatem absoluendi, te absoluat, & ego auctoritate ipsius, &c. te absoluo: Verum hæc & alia ad ornatum verborum, aut excitandam deuotionem, eius qui absoluendus est, pertinet: & non ad necessitatem sacramenti. Cæterū verba quæ producit Philippus, vt nos insimulet impietatis, haud absolutionis partes sunt, sed precum, quas nonnulli adiungunt absolutioni. In quibus precibus, quod nihil habeat periculi sanctorum allegare merita, et illorum implorare preces, hactenus exposuimus vtcunq[ue], an sufficienter, iudicium sit penes pios & integros lectores, modo catholicae veritatis, quam vniuersalis ecclesia v[er]su simul & doctrina retinet, integritas maneat semper incorrupta. Iam quod varijs diuisi[onis] tria[rum] tribuantur procurrationes, velut sortiones prouinciarū, &c. quæ ultimo & maximo huius articuli paragrapho Philippus enumerat, non de sapientium errore, quod nobis operat, sed de vulgi simplicitate, & quorundam verbo Dei abutentium ad questum, procedunt iniquitate. Quæ omnia

& si

et si pontificum ac sacerdotum cordia interdum & collusione hactenus creuerint, nunc Christi Iesu favore primum, deinde verbi Dei sarculo indies quae impia sunt aut vana succiduntur, quae vero praeter impietatem retineri possunt, aut purgantur, aut excoluntur, aut diriguntur: idq; citra tumultus & schismata, quae sunt maxime vitanda inter fideles, quādiu salua pietate vitari possumus, Quibus vitandis atq; sedandis nos vteunque pro nostra virili parte laboramus: Quod si nobis plantatibus atq; rigantibus nondum visum est arcaña Dei sapientiae, ut pacis incrementum succedat, bona tamen spes est fore, ut affectus Christo probetur, cui sit honor & gloria in saecula saeculorum.

Philippica XVII. De communione Eucharistiae sub

vtraque specie,



Omnino sub vtraque specie, de qua Philip-
pus oppido quam insolenter differit, bifariam po-
test a laicis usurpari: aut quia Christum non esse
sub alterutra credunt: aut quia non existimant sa-
tisfieri Christi precepta, nisi sub vtraq; specie communicent:
Horum prius nemo hactenus credidit, praeter eos, qui usque
adeo insaniant, ut negent realem Christi presentiam in sacra-
mento. Quorum haeresim praesenti opere non attingimus:
tantum cum illis agimus, qui de sacramento Eucharistiae ca-
tholice credunt, sed non perinde (tametsi religionis causam
suæ temeritati praetexunt) religiose & pacifice utuntur. Quo
igitur nomine appellem nouum hunc ritum, quem priuato

Comunio
sub vtraq;
specie bi-
fariam po-
test a lai-
cis usurpa-
ri.

q consilio

consilio aduersus vniuersalem ecclesiam inuexistis? Creditis nobiscum Christum non diuidi specierum varietate, vt in altera solus sit sanguis, in altera sola sit caro, alioq; in neutra esset Christus, nec in vtracq; quidem, cum necq; caro sine sanguine viueret, necq; sanguis esset viuus extra carnem: Cum ergo nō estis viuius speciei communione contenti, quia creditis necessarium esse vnicuicq; fidelium ad æternæ vitæ consequitionem, vt sub vtracq; specie communicet, sic enim habet vestra confessio: Laicis datur vtracq; species sacramenti in cena domini, quia hiemos habet mā datum domini. Bibite ex hoc omnes, vbi manifeste præcipit Christus de poculo vt omnes bibant, &c. Falsa est igitur hactenus ecclesia, quæ tam multis sæculis hunc morem intermisit, non enim constat, vt vos ipsi in confessione vestra fatemini, quādo, aut quo auctore mutatus sit mos geminæ cōmuniōis, qđ proculdubio facile constaret, si nō esset iam verustissima ista mutatio. Quod si admiserimus ecclesiam tot sæculis errasse, videtis quā multa infideles aduersum nos colligerent absurdā. Nā vt cetera p̄termittant, quonā auctore errauit? Illa nimis, qui pollicitus est ei, se affuturum vscq; ad sæculi finem, quiq; spiritum sanctum illi promisit, a quo doceretur omnem veritatem. Quomodo vero hanc docuit, circa quam (cum tamen a vobis necessaria, ad salutis æternæ consequitionem asseratur) vniuersa ecclesia tot sæculis errauit. Hāc obiectionem diluit Philippus huiusmodi verbis: Nos, inquit, ecclesiam excusamus, quæ hanc iniuriam pertulit, cum vtraque pars ei contingere non posset, sed autores qui defendunt, recte prohiberi vslum integrum.

March. 26

March. 28

Iohann. 16

ADVERSUS LVTH. DOGMATA. Fol. 154.

grī sacramenti, quicq; nunc non solum prohibent, sed etiam
 vtentes integro sacramento excommunicant, & vi persequuntur,
 non excusamus: ipsi viderint, quomodo Deo rationem
 suorum consiliorum reddituri sint. Nec statim iudicandum
 est ecclesiam constituere, aut probare, quicquid pontifices co-
 stituerunt, praesertim cum scriptura de episcopis et pastoribus
 vaticinetur in hanc sententiam ut Ezechiel ait: Peribit lex a ^{Ezech. 3}
 sacerdote. Philippus his verbis ita causam ecclesiæ agit, vt in
 iustrahat plures, non modo pontifices & episcopos, verum
 & viros non minus pietatis obseruatione quam sapientiæ
 fulgore conspicuos, quorum tempore constat intermissum
 fuisse morem cōmunicandi sub utraq; specie: Est enim usq;
 adeo vetustus vnius speciei usus in communione, vt eius ini-
 tium nec aduersarij quidē inuenire potuerint. Est apud Eu-
 sebitum Cæsariensem libro VI. Ecclesiastice historiæ cap.
 XXXIII, epistola Dionysij vetustioris aliquāto episcopi vi-
 tri pietate iuxta atq; eruditio[n]e insignis, qua non obscure si-
 gnificatur Eucharistiæ sacramentum vnicæ specie iam tunc
 solitum tradi saltem in fieri. Eius verba ut interpretata sunt
 a Rufino transcribam: Dionysius vero ad hoc scribendo
 ad supradictum Fabianum intexit etiam quandam histori-
 am dignam memoria dicens: Serapionem quendam fuisse
 apud Alexandriam, vnu ex his qui lapsi sunt, eundemq; sa-
 pe deprecatus, vt susciperetur, nec tñ impetrasse. Oppressum
 deinde hūc esse aegritudine, ita vt priduo iam sine voce pror-
 sus iaceret. Paululum vero quarta die respirante[m], vocasse
 ad se filiam suam, & dixisse: Quousq; me detinetis? Quaso

q ij vos,

F. ALFONSVS VIRVESIVS

vos, cito aliquis presbyterum roget, ut possim aliquando dis-
 mitti, & cum hoc dixisset, rursum sine voce permanxit: Abiit
 cursu puer ad presbyterum noctis tempore. Infirmabatur
 presbyter, venire non potuit. Tamē quia præceptum fue-
 rat a me, ut lapsis in exitu nemo consolationis solatia denegar-
 ret, & maxime his, quos prius id rogasse constaret, parum Eu-
 charistie puerο dedit, qui ad se venerat: Quod infusum iussit
 seni præberi. Regrediente adhuc puerο, antequam ingredie-
 tur domum, rursus Serapion respiciens, redisti, inquit, fili-
 & licet presbyter venire nō potueris, tamen imple quod ri-
 bi præceptum est, ut possim discedere. Cumq; esset comple-
 ta solennitas, velut catenis quibusdam vinculisq; disru-
 ptis: laetorem iam spiritum reddidit, &c. Hæc Eusebius.
 Vnde quod sacramentum commissum est puerο, quod pa-
 rum Eucharistiae datum, quod infundi iussum, vino scilicet
 aut aqua, quo sumi posset ab ægrioto, qui moribundus &
 æstuans glutire nequibat, omnia hæc declarant in sola specie
 panis accidisse. Nam si moris esset specie vini dari, nō fuisset
 opus infusionis tā diserte meminisse. Sed usū fuerit aliquā eccl-
 esia vtraq; specie. At eadem generali synodo mutauit hanc
 consuetudinē: quinimo iam duduā aetates iustissimis causis mu-
 tatā eisdē restitui vetauit. Nec autoritatem quam Philippus
 detrahere pontificibus verbis prophetæ conatur, vniuersalit
 synodi decretis negare poterit, tametsi nihil sit tā firmum &
 evidens, quod non possit apud ignatos elevarit. Vnde & ad-
 versus hæc & id genus alia argumenta obiecitur Christi præ-
 ceptum quod nullis hominum consuetudinibus aut decretis
 possit

possit labefactari: Bibite, inquit Christus, ex hoc omnes. Nos
 Christi præcepta labefactare nō conamus, sed intelligere, nec
 animum inducere possumus ecclesiam vlo tempore Chri-
 sti præceptum deseruisse, ne dum aduersus illud quicquam
 publice decreuisse. Cum enim generalis cōcilij decreta pro-
 duxerim, non me existimo humaham consuetudinem, aut
 humanas allegasse leges, sed diuinas, quandoquidem eo loco
 habenda sunt qmnia quae generali synodo sanciuntur, maxi-
 me si totius ecclœ catholice consensus accesserit, non sus-
 fragiorum (quod fieri nequit) collatione declaratus, sed vni-
 uerorum, qui alias nunquam discesserant ab ecclœ, obedi-
 entia & approbatione processus. Consideremus tamē si pla-
 cet, qui sint illi, quibus præcipitur ut bibant. Nempe apo-
 stoli Christi duodecim, cum quibus discumbebat ut nar-
 rat Matth, quibus succedunt episcopi & presbyteri. Ita ut si
 ad homines illos verba Christi referas, nullos possint alios
 obligare, si vero ad ordinem et personas quas gerebant solos
 obligant sacerdotes. Alioqui cum aequo generaliter dictum
 sit: Hoc facite in meam eom memorationem, omnibus Chri-
 stianis esset præceptum ut consecrarent, aut si hæc verba non
 præcipientis sunt ut illa: sed potestatem tradentis, omnibus
 esset collata consecrandi potestas. Id qd resi Lutherus olim
 docuerit, ita nullis est Lutheranis hucusq; receptum: Soli em sa-
 cerdotes consecrant, & nihil ab ecclœ consuetudine & do-
 ctrinæ in hoc differt yestra confessio: Quiquid igitur præ-
 scriptionis & præcepti habentilla verba, nō ad oes Christianos, sicut nec posteriora hæc referendū est, sed ad sacerdotes,
 inod

q iij qui

qui vtriusque censuræ pondus sustinere debent. Est tamen aliquid in prioribus nempe illis: Bibite ex hoc omnes, quo potuerunt simplices Christiani aliquando uti sanguinis scilicet potio pro quod non est in posterioribus: quippe quod cum solam significant hierarchicæ potestatis collationem, nihil sit in eis quod simplicibus Christianis possit concedi. Et quamquam Philippus oblitus autoritatem quam una vobis cum Germani, se deferre synodis vniuersalibus superius est professus, non existimet ab ecclesia fieri quod pontifices consti-

Augustin. turunt. Augustinus tamen ecclesiam fecisse iudicat, quicquid pontifices & episcopi, ceteris Christianis non refragantibus faciunt. Et hinc assumit potissimum medium argumentationis aduersus Donatistas: Cum igitur tot secula pontifices & ceteri sacerdotes sanguinem Christi non ministraverint laicis, nisi quatenus ad corporis communionem sequitur sanguinis participatio & communii fidelium non refragantium consensu ista communio sit probata, tanquam quem sufficeret ad aeternam salutem, nemini dubitum esse debet, quin proposit, & sufficiat, nec opus sit laicis communione postculi, ne cogamur alioqui dicere, tam multos annos ecclesiam caruisse re, quae necessaria illiberata salutem animarum. Imo nullam cogeremur credere toto illo tempore ecclesiam fuisse, si nemo erat in illa qui hanc veritatem auderet publice profiteri, & pro ea si opus esset mori. Quanquam quem per Deum reverentur, aut quem timerent. Principes. Horum nihil intererat, nec ad illos attinebat huius cause cognitio: Romanum pontificem. Atqui ecclesiae nunquam defuerunt aliquot virtus boni,

boni, quorum tanta esset pietas & fidei virtus, vt vtrisque
 principibus etiam inuitis, quin & mortem intentantibus,
 veritatem, quae scitu necessaria videretur ecclesiæ, nunquam
 fuerint tacituri. Seruauerat sibi dominus in Israels plebecus ^{Rom. 11}
 la flagitijs & infidelitate corrupta septem milia virorum, &
 Christiana respública, per vniuersum pene orbem diffusa,
 nullum tot sæculis habuit, qui starera veritate, qui clamaret,
 & profiteretur, quod tantopere necessarium erat ei & cæte-
 ris vniuersis fidelibus: Ego quidem nequeo hactenus intel-
 ligere, quid conductat, aut quid emolumenti afferat ponti-
 ficibus & cæteris sacerdotibus hæc consuetudo, vt si in rem
 Christianorum esset vtriusque speciei communio, non il-
 lam perpetuo retinerent. Haud enim auger subtracta census
 ecclesiarum: neque quia lex est prohibitua dispensationibus
 aut compositiōibus ditat Romanos, tantum prospicit fidelii
 um pietati ne circunducto calice & promiscuae multitudini
 virorum, foeminarum, adolescentium, senum, sapientium, in-
 sipientium, ægrotantium, & valentium, decumbentium, &
 ingredientium propinato, sinistrum aliquid accideret, eo-
 rum quibus tener ac fluidus liquor est obnoxius. Qua in re
 non conferimus Christi præceptum cum humanis traditio-
 nibus, nec humanam prouidentiam diuino mandato præ-
 ferri contendimus: sed hoc agimus, vt intelligantur Christi
 verba per Philippum aduersus nos producta, quorū opti-
 ma interpres est cōsuetudo Christianorum, non quæcunq;
 sed cum sanctissimorum virorum, tum catholice synodi do-
 strina confirmata, & omnium fidelium roborata consensu.

Non

Non satis assequi possum quid sibi velit Philippus, cum dicit
 nos theologos non hoc egisse Auguste, ut excusarent
 ecclesiam, cui adempta est, inquit, altera pars sacramenti: Et
 addit: Id decuit bonos & religiosos viros. Erat querenda
 firma ratio excusanda ecclesiae, & docet idarum conscientiarum
 quibus non potest contingere, nisi pars sacramentum
 Nunc ipsis defendunt recte prohiberi alteram partem, & ve-
 tant concedere usum utriusque, &c. Quid ego audio? An
 Ecclesiæ ex-
 cusa. io.
 non excusat ecclesiam a sumptione alterius partis, qui defendit
 recte fidelibus prohiberi laicis? An aliter defendenda est,
 quam docendo, astruendo, consutando? Scimus omnes quo-
 modo sit actum de hisce rebus Augustæ: non armis, sed ver-
 bis, non exercitibus, sed literis, non turbulentio vulgi præiudi-
 cio, sed tranquillo sapientium congettatu: ubi defendisse atq;
 probasse, recte prohiberi laicis alteram speciem communio-
 nis, quid aliud est, quam ecclesiam excusasse? Si modo excusatione
 opus est ecclesiae, quæ nihil excusandum statuere po-
 test aut docere. Excuset ecclesiam Lutherus, qui illam toties
 accusat, qui a tempore Niceni consilij ecclesiam a veritate la-
 psam ausus est blasphemare. Nos sola ecclesiae consuetudine
 & approbatione vniuersa, quæ nobis criminis dantur ab her-
 reticis, excusamus: q; sanctam & catholicam ecclesiam agno-
 scimus, & in symbolo profitemur: quod neutiquam esset, si
 quicquam accusandum admitteret. Erramus singuli fortal-
 sis catholici, oës tamen errare non possumus. Nam qualis fu-
 isset ecclesia, in qua tot saeculis nemo fuerit, q; pro re adeo ne-
 cessaria nempe pro Christi precepto (si Philippo credimus)
 publica

ADVERVS LVTH. DOGMATA. Fol. 157.

publice deserto reclamaret, vscq; ad Hussem & Vwicklefum
nouellos hereticos Lutheri duces. Non vult recipere Philip
pus locos, quos nostri ex scripturis produxerunt, ostenden-
tes apostolorum tempore vsos fuisse fideles altera parte sa-
cramenti, idque significari, quoties de fractione panis calice
prætermisso fit mētio. Fortassis hic est tam superstitione dia-
lecticus, vt non admittat negatiuam collectionē ex affirma-
tiuis propositionibus, qua tamen nihil frequentius (quod su-
perius non vno loco monstrauimus) solet vti. Nos vt non
omnes huiuscmodi collectiones probamus, ita non omnes
reñcimus in disputatione, loquor theologica, in qua summo
iure agere, est interdū iniuria sacras literas afficere: Vbi præ-
termisso fuerit aliquid, quo maxime opus erat his quæ di-
cuntur, quodcꝫ maxime cohærebat cum eis, videtur scriptu-
ra negare, qd nō asseuerat: atcꝫ adeo tunc temporis nō pror-
sus inepte ex affirmatione vnius & alterius prætermissione
colligitur eius quod pretermisso est, quodcꝫ nusquam est
alias in eisdem literis affirmatum, negatio. Cæterum causam
cur Philippo nō probetur huiusmodi collectio, audiamus:
Quanquam autem, inquit, non valde repugnamus quomi-
nus aliqui (loci scilicet adducti) de sacramento accipientur,
tamen hoc non sequitur vnam partem tantum datam esse:
quia partis appellatione reliquum significatur communi cō-
suetudine sermonis. Pulchra, me Christo, responsio, per quā
sequitur non potuisse fideles corpus Christi sumere sine san-
guine, non tamen sequitur, non potuisse panis suscepisse spe-
ciem, sine specie vini. Quandoquidem regulariter vnius

x partis

F. ALFONSVS VIRVESIVS

partis intelligentia, tunc in alterius expressione concluditur, quando neutra potest esse sine altera, aut illud efficere quod totius narrationis summa complectitur. Ita animæ appellatio corporis, interdum etiam totius hominis significationē in sacris literis habet, & multi id genus tropi in eisdem inueniuntur. Corpus autem Christi viuum, quale continetur in sacramento, quanvis non posset esse sine sanguine, potest tamen sub specie panis contineri & fidelibus tradi sine sanguinis seorsum consecrati participatione. Nam etiam tunc cum Apostoli Christo Iesu ministrante communicauerunt susceppta panis specie verum corporis Christi atq; perfectam, calice etiam nondum hausto cōmunionem susceperant, tametsi alijs mysterijs ante poculum nondum complectis: quæ mysteria non ad quosvis Christianorum, sed ad Hierarchas solummodo in ecclesia pertinēt. Haud igitur est opus ijs locis, quæ Philippus fatetur accipienda de sacramento, vt addamus de nostro, calicem in scriptura prætermissum, quando quod attinet ad veram corporis & sanguinis Christi communionem, æque perfecta est sine poculo atq; cū eo. Et hæc de Philippi responsione per tropos: Est autem opera preciū animaduertere, quā æquus sit nobis Philippus antagonistes: Cū locū producit ex scripturis, contendit singula verba simpliciter esse accipienda: expositiones, si que afferuntur, clamat esse impias, esse sophismata, cū vero vicissim scripturæ locis vrgetur, tunc quid non comminiscitur, vt effugiat: Ibi omnis abscedit scripturæ simplicitas: accedunt tropi dialectici, grammatici, rhetorici, vt est in hac respōsione videlicet In

Verū cor-
pus eisfan-
guis Chri-
sti sine po-
culo atq;
eius eo.

In multitudine argumentorum quæ producuntur a nostris
haud possunt omnia esse paria. Philippus infirma quæque
carpit, inuadit, exagitat: & vsque ad sanguinem, quod aiūt,
emungit. Et fingamus, inquit, liberum esse ut vna parte
aut ambabus, quomodo poterit prohibitio defendi? Quo-
mō? Quia si calicis cōmunio non est necessaria, non debet in-
periculum contumeliae Christi vulgo concedi. Postremo
ipse (quod nostros accusauerat non fecisse) ecclesiam excu-
sat, quæ hanc iniuriam pertulit. Imo vero, hoc est, ecclesiam
accusare. Nam (ut nos etiam pro nostris attigimus) qualis
esset ista ecclesia quæ prætulerit antiquari Christi præceptū,
quæ non stetit a Christo aduersus sacramenti diuisores, non
clamauit, non totis viribus fategit, ut retineatur Christi man-
datum si de hac re ullum esse credebar. Pertulit, inquit Phi-
lippus, hanc iniuriam. Carnificum iniurias & tyrannorum
pertulit ecclesia, quæ & hodie illi non desunt. At quamob-
rem illas pertulit? Non ut connueret & dissimularet verita-
tem, sed ut veritas regnaret, & aduersus mundi huius & in-
ferorum phalanges esset in propatulo, nec hostium peruica-
cia posset aboleri, aut obscurari Christi doctrina. Nam hoc
est quod ecclesia ferre nequit: alioqui non esset ecclesia.
Quinimo tantum ut hæc non ferat, omnia discrimina subi-
re decreuit, sciens quod portæ inferi non præualebunt ad-
uersus eam. Vnde & gloriatur in Psalmo: Propter ver = Matt. 16
ba, inquiens, labiorum tuorum ego custodiui vias du- Psal. 16
ras. Nos ergo illam duntaxat ecclesiam agnoscimus, quæ
Christi præcepta perpetuo retinet, nec vñquam passa est

r ij ina

F. ALFONSVS VIRVESIVS

incercipi veritatem. Idcirco quāuis nouandarum rerum cū
pidi, vt vulgi curam gerere videantur, singūt vniuersis præ
cipi, quod solis sacerdotibus est præceptum, nos tamen
quicquid ecclesia ausa est intermittere, constanter asserimus,
Gala. 5 non esse Christi mandatum. Sed vtinam abscindantur, qui
vos conturbant.

Philippica XVIII. De cœlibatu & matrimonio.



Vllibi magis sibi regnare videtur Philippus, quā
cum causam agit matrimonij, aduersus illorum
cœlibatum, qui sacris iniciantur. Sic in exordio
velut cœstro percitus furit, gestit, subsannat, in-
uehitur, contumelijs indulget, & maledictis theologos nos-
stros insectatur, atque lacescit, vt nihil minus in Euangeli-
ca controuersia quam Euangelium præster. Ita triumphat,
ac sublimis effertur, quasi in limine controuersiæ vicerit:
Mox ad artem conuersus, exorditur ab insinuatione, quam
Cæsar is laudibus amplificat, conatur aduersarios trahere
in inuidiam, & nullum non monet lapidem, quo lectoris
animum præiudicio sibi conciliet. Nos oratoris partibus
Philippo concessis, vt de quibus optime præcipiat, magni-
fice præstet, Euangelica modestia contenti, theologi par-
tes exequi conabimur, & ita exordijs præteritis, ac Cæsar is
nunquam satis pro merito celebrati laudibus prætermis-
sis, in rem ipsam omnes considerationis, & orationis nostra-
neruos intendamus. Et quoniam Philippus in præfatione
iudicem ambit virum bonum, & timentem DEI, omnes
vos

vos obsecro, quotquot estis in Germania viri boni (neque Cœlibatū
 enim dubito plures esse) adeste animis, & vtriusq[ue] partis ar-
 gumenta simul expendite. Primum quoniam duplex homi-
 num genus cœlibatum in ecclesia profitetur, clerici scilicet &
 monachi, quorum non vtricq[ue] eodem iure tenentur ad conti-
 nendum: nos primo de ipso cœlibatu indefinite, & sine per-
 sonarum designatione, mox de sacris initiatorum, vltimo de
 monachorū cœlibatu differemus: Cœlibatum fatemur ne-
 mini esse præceptum lege diuina, nec coniugium quidem: id
 quod & Philippus ipse negare non potest, tametsi coniu-
 gium multis verbis, testimonijs, & argumētis conetur astru-
 ere, vniuersis esse præceptum, qua tamen de re inferius sibi
 aduersatur, secumq[ue] pugnat, nec sibi vnq[ue] in hac materia con-
 stat. Sed vtcuncq[ue] se habeant verba Philippi, hoc citra contro-
 versiam est: Christianis non esse præceptum coniugium, qui
 bus non semel consulitur cœlibatus. Imo nec bonum quidē
 est coniugium, tantum abest ut sit præceptum, si Hieronymo
 credimus: Illi enim est minus malum in remedium maioris
 permissum. At iniquior fuit matrimonio Hieronymus, non
 negamus. Fortassis hanc sæueritatem illius temporis lasciuia
 & Iouiniani hæretici petulantia requirebat, nos in neutram
 partem ab euangelica doctrina declinantes dicimus, bonum
 esse coniugium, sed meliorem cœlibatum. Qui matrimonio
 iungit virginem suam, benefacit, & qui non iungit melius
 facit, Quin & toto ferme capite de hoc discrimine Paulus
 differit. Praeterea Christi doctrina tantum abesta præce-
 pto coniugij, vt cum de illo ageret, potius videatur præcipe
Hierony. 1. Cor. 11. Matt. 19.

F. ALFONSVS VIRVE SIVS

re coelibatum, eis saltē qui possent capere verbum hoc, cum tamen coniugium nemini præceperit. Qui sunt, inquires, qui possunt capere? Nō admodum multi, vt reor, sunt tñ aliqui, alias frustra dixisset Christus: Qui potest capere capiat. Con tendit tamen Philippus coniugium præceptum esse, si non omnibus, certe ijs qui continere non possunt. Vnde probat. Ohe mille locis scripturæ, & est in specie verisimile. Sed quādo hic veritatem tantum inquirimus operæprecium facturos nos credo si rem ipsam introrsum dispiciamus. Est quidem coniugium, vt superius diximus, bonum: nō tñ vniuersa bona diuinis legibus præcipiuntur: sed illa, quorum opposita sunt in vniuersum mala, vt fides cuius oppositum est infidelitas, pietatis impietas, modestiæ luxus, pudicitiæ libido, &c. Hæc & id genus alia sunt bona, quæ sacris literis præcipiuntur, aut necessaria prædicantur, coniugio vero cum opponatur coelibatus, illo superior atq; perfectior non erit cōiugium, de ijs quæ mandantur, vt fiant sed que volentibus facere permituntur, & probantur etiam si velis. Alioqui maximo se piculo exposuissent multi viri boni, q; nesciētes an possent continere, coelibes tamen conati sunt viuere. Quis em̄ aut unde scire potest homo, quod continere non possit? An q; a non tentatur? Ego huiuscemodi homines, si qui sunt, non existimmo esse illos, qui se castrauerunt propter regnum celorum: sed qui ex vtero matris nati sunt eunuchi, non orbitate membrorum, quæ nemini aut quam paucissimis in vtero matris contingit, sed singulari naturæ proprietate, quæ a quodam corporis temperamento proficiscitur, Nam eos qui se castraruerunt

uerunt propter regnum cœlorum, legimus multis fuisse tentationibus obnoxios, quas et si frequenter sentirent, nunq̄ tamē consenserunt. Huius rei exempla non est opus in Hieronymo, Benedicto, & cæteris antiquissimis monachis requiri, cum Paulus apostolus abunde suppeditet, cui datus est ^{2. Cor. 11}
 stimulus carnis, propter quem ter dominum deprecatus est.
 Et ad Rom. Fatetur se inuenire in membris suis legem quā= ^{Rom. 7}
 dam repugnantem legi mentis suæ, & captiuum ducentem
 in legem peccati, hoc est, concupiscentiam, quæ erat in mem-
 bris eius. Addit tamen: Si autem quod nolo illud facio, con-
 sentio legi quoniam bona est. Et multa alia, quibus ostendit
 se non consensisse ijs, quæ per concupiscentiam sentiebat, de
 quorum numero erat stimulus ille carnis, quem tātōpere de-
 precabatur. Quibus ergo notis dignoscentur illi, qui conti-
 nere non possunt: Certe difficile est, esse tamen nonnullos,
 negare non audeo cum Christus dicat: Non omnes capiunt
 verbum istud. Et qui potest capere capiat. Cæterum ex his
 quæ dicta sunt, apparet coniugium non esse præceptum o-
 mnibus, quia multis consulitur coelibatus, nec eis q̄ continere
 nequeunt, possumus dicere coniugium præcipi, quoniā cum
 hos difficillimū sit dignoscere, ita ut de seipso vnuſquisq; ni-
 hil minus sciat, quam vtrum possit an non possit continere:
 huiusmodi præceptum aut omnes in matrimonium protraheret, cū in rebus ambiguis tutiorem non eligere, sit periculū
 amare, atq; in illo, sicut ait scriptura, pire: aut difficillimis scrupulis conscientias irretiret. Quomodo ergo his malis occurrit diuina sapientia: Nempe neutrūm præcipiendo, nec
 matris

F. ALFONSVS VIRVESIVS

matrimonium nec cœlibatum, sed vtruncq; permittendo, v^z
truncq; probando, semper tamen alterum, hoc est, cœlibatum
Math. 19
1. Cor. 7 præferendo: & frequentissime consulendo. Qui potest cape-
re capiat. Bonum est homini mulierem non tangere. Etrur-
sum: Dico aut̄ non nuptis & viduis, bonum est illis si sic per-
manserint sicut & ego. Et rursum: De virginibus præceptū
dñi non habeo, consilium aut̄ do, tanq; misericordiam conse-
quutus a Deo: Et paulo inferius: Si acceperis vxorē, non pec-
casti: & si nupserit virgo non peccauit: tribulationem tamen
carnis habebunt huiusmodi. Postremo totum caput, verbis
quæ supra citauimus, concludit: Qui matrimonio iungit vir-
ginem suam benefacit, & qui non iungit melius facit: Et, Mu-
lier alligata est legi: quāto tempore vir eius viuit, quod si dor-
mierit vir eius, liberata est a lege, cui autem vult nubat, tātum
in domino: beatior tamen erit si sic permanserit secundum
meum consilium. Vides vbiq; a Paulo matrimonium non
præcipi, sed indulgeri fragilibus, cœlibatum vero præferri, et
ad illum capescendum vniuersos subinde moneri.

Gene. 1
Finis crea-
tionis ho-
minis gd. Aduersus hæc omnia plures locos ex sacris literis produ-
cit Philippus. Primum, inquit, Genesis docet, homines con-
ditos esse, vt sint fœundi, & sexus recta ratione sexum appes-
tat: Digna profecto autore Philippo scripturarum interpre-
tatio: Scilicet hic erat finis tam magnifici operis, quod sex
diebus absolueret virtus diuina, vt homo totius opificij prin-
ceps & scopus lusitaret in aula mundi vernante floribus &
pratis, luminaribus & stellis ornata. Ego hominem me esse
scio, absit tamen vt credam, ad hoc conditum esse, vt gignen-
dis

ADVERSUS LVTH. DOGMATA. Fol. 161.

dis liberis inseruiam neque quicquam huiusmodi in Genesi traditum inuenio: Superior finis propositus est homini, nempe ut praeset pescibus maris, volatilibus coeli, & bestijs terre, & sic vniuersis hisce creaturis vtens solo frueretur creatore. Hic finis est, & ratio diuino prorsus opificio congruens: Geneseos verba sunt: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram & praesit pescibus maris, &c. Vides hominis finem usq[ue] adeo sublimem, ut creaturis omnibus eminentior ipsum attingat cretorem? Hoc est enim ad imaginem dei factum esse, ut Augustinus exponit, ut eius capax ^{August.} sit, & particeps esse possit. Et Chaldaeus paraphrastes interpretatur. Ut sit sicut similitudo nostra. Hic est finis noster, hic scopus, quo vniuersa pracepta diriguntur, quae vere sunt, pracepta: Nam gignere quantum legitime filios conditione naturae nostre sequitur, non assequitur finem, quod id ipsum ut donemus aliquando fuisse praceptum, erat fortassis cum orbi ita deerant homines, ut defecturum videretur genus humaanum, nisi illi qui supererant alios procrearent: vnde eadem verba quae in exordio mundi duobus hominibus dicta sunt, post diluvium paucissimis illis qui superfuerunt denuo repetuntur, ut intelligas praceptum illud totius orbis inseruire necessitati, non vniuscuiusq[ue] libidini, aut quantumuis honestae voluptati: Nunc vero cum plenus hic mundus sit colonis, vniuersis consultitur coelibatus, nemini praecipitur coniugium. Roget tamen aliquis: Num si omnes quotquot sunt homines, essent coelibes, nonne periret humanum genus, ita & tunc cum paucissimi erant? Huic questioni respondet Hierony-^{Hierony.}

F. ALFONSVS VIRVESIVS

mus contra Vigilantium: Si omnes, inquit, virgines fuerint, non
poterit non erunt: interibit humanum genus, infantes in cunis
non vagient, obstetrices absque mercedibus mendicabunt, &
grauissimo frigore solus atque contractus dormitantius vigi-
labit in lectulo: Rara est virtus, nec a pluribus appetitur.

August. Atque utinam hoc omnes essent, quod pauci sunt, &c. In ean-
dem sententiam respondet Augustinus huic quæstioni, quæ
fibi etiam ipse proposuerat. Attamen verba illa, inquit, Cre-
scite & multiplicamini mandatum Dei continent, præcipi-
entis ut homines gignant, & terram impleant hominibus,
quæ et si modo sit plena, cito tamen in desertum & solitudi-
nem redigeretur, si homines a generatione cessarent: unde &
verba illa, Crescite & multiplicamini, non permittentis sunt
sed præcipientis, id quod modus ipse loquendi præ se fert:
Quatenus & quando præceptum sit homini generare (si mo-
do præceptum est unquam) modo exposuimus: idcirco nis-
hil noui affert hæc obiectio, præter hoc quod verba Dei, spe-
ciem videntur habere mandati: Quanquam & huic parti ni-

Mandati non specie verborum sed re est expendendum. hilominus respondisse mihi videor. Mandatum enim non
specie verborum, sed rei ipsius pondere est expendendum.
Alioqui si quicquid imperatiue dicitur præcepti vim habet,
nihil apertius præcipitur quam coelibus ijs qui possunt
continere: quibus dicitur: Qui potest capere capiat. Hæc for-
mula imperatiui modi est, secundum quam multi coniuges

March. 19 qui possent alioqui coelibus vixisse, contrahendo peccassent:
Nam ut sint multi coelibus, qui continere nequeant, certe co-
iuges aliquos esse non dubito, qui continere possent, si coeli-
bes

bes permanere voluissent, quos peccare contrahendo dicemus, si quicquid imperatiue dicitur admiserimus, esse præceptum. Non ergo quia imperatiue dicitur, Crescite & multiplicamini, statim iudicandum est esse præceptum, sed ad tem ipsam, de qua scriptura loquitur, est attendendum, an videlicet ita sit bona, ut quæ illi ex aduerso fuerit opposita, sit mala. Quanquam quid opus est tam prolixa disputatio-ne, ad ostendendum verba illa non continere præceptum, cum ex ijs quæ paulo ante scriptura commemorat, constet non ideo esse dicta, vt aliquid præcipiant, sed vt fecun-ditatem quandam & propensionem ad gignendum ho-minum naturæ conferrent: Cuius rei signum est euiden-tissimum, quod eadem verba dicta fuerant paulo super-ius piscibus vniuersis & volatilibus, quibus vt de præce-ptio nunc loquimur, constat nihil præcipi posse, cum sint rationis atque adeo libertatis prorsus expertes: Verba ergo ista, crescite & multiplicamini, non pro imperio dicta sunt, sed pro beneficio, Contulit enim illis Deus non tantum ho-minibus, verum & animalibus brutis naturalem illam gi-gnendi vim atque propensionem, qua semel a Deo condi-ta vnaquæcunque genus suum nemine etiam imperante proue-hunt atque conseruant. Ita quod sicut dixisse Deum, fiat lux, nihil aliud est quam fecisse vt esset lux, & dixisse, Ger-minet terra, fecisse vt terra germinaret, ita dixisse: Crescite & multiplicamini, nihil aliud esse videtur, quam fecisse vt ani-malia crescerent & multiplicarentur. Sed quid hoc ad præ-ceptū de quo loquimur? Certe non magis quam illud: Con-

s ij gregen-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

gregentur aquæ, quæ sub cœlo sunt in locum vnum, & apparet arida, quod etiam sub formula dictum est imperandi.

1. Cor. 7

Adduntur etiam apostoli verba, ad confirmandum præceptum esse cōiugium. Propter fornicationem, inquit Paulus, vnuſquiscþ vxorem suam habeat, & vnaquaç suum virum. Et illud: Melius est nubere quam vri. Hic tamen locus nihil præcipit, tantum permittit nobis cōiugium ne fornicemur. Quod si mihi non habetur fides, consulantur omnes veteres interpretes, quorum si vel vnuſ fuerit inuentus, qui haec verba interpretetur esse præcipientis, ut nunc præceptum accipimus, fateor me causa excidisse. Nam de formula imperandi iam exposuimus, quod non quotiescunq; ponitur intelligenda est præcipere. Loquuntur imperatiue qui mandant, qui vetant, qui suadent, qui precantur, qui docent, qui permitunt, & ad multa alia usurpat modis imperandi: Quod si vbi cunq; positus est intelligitur præcipere, hoc iam consequetur præceptum esse non potentibus continere ut vxores ducant, potentibus vero, ut permaneant coelibes, ita enim imperatiue dicitur: Qui potest capere capiat. Sicut vnuſquiscþ propter fornicationem vxorem suam habeat. Jam si hoc admiserimus, vides quam perplexa, quam ambigua rediderentur omnia, quæ ad coelitatum pertinent & cōiugium, quam multi coniuges deberent continuuisse, quam multi coelibes cogerentur ad matrimonium, quod, ut cætera prætermittam, omnibus sapientibus dicitur onus. Sed quid hominis ego sum, qui multis coner verbis & conjecturis astruerem, Pauli verba non esse præcipientis, quod per se perspicuum

March. 10

cuum est & euidentur. Etenim si Paulus hoc vellet, vt vnuſ-
 quisq; teneretur vxorem ducere, quomodo possent illi con-
 stare que toties repetit eodem capite: Bonum scilicet esse mu-
 lierem non tangere, virginitatem se non præcipere, consule-
 re tamen, melius esse coelibem permanere, virginem matri-
 monio non iungere & id genus alia. Atqui nō omnibus, in-
 quiet Philippus, præcipitur coniugium, sed his quibus peri-
 culum est ne fornicentur. Propter fornicationē enim, ait Pau-
 lus, vnuſquisq; suam vxorem habeat, quod & inferius con-
 firmat, inquietiens: Melius est enim nubere quam vri: quæ ver-
 ba superiora explicant, & quasi præcepti causam reddunt.
 Facile igitur possunt dinosci qui sint idonei ad coelibatu, et
 qui sint qui teneantur ad matrimonium: Qui non vritur, nō
 ducat, si nolit, qui vritur, non potest ab apostoli præcepto
 excusari. Optime quidem, videris rem (quod aiunt) acu-
 tetigisse, sed expone mihi obsecro, quid sit vri. Nam si vri
 est vtcuticq; tentari, neminem credo esse aut fuisse vñquam,
 Christo Iesu & eius matre virgine exceptis, qui non aliquan-
 do vreretur, & ita neminem alloqueretur Christus cum di-
 cit: Qui potest capere capiat, & Paulus cum dicit: Qui ma-
 trimonio iungit virginem suam bene facit, & qui non iun-
 git melius facit. Dices tamen non esse vri vtcunque tentari,
 sed cum quis vehementer tentatur, tunc dicendus est vri.
 Atqui vehementer tentabatur Hieronymus, vt cæteros nūc ^{vri quid} sit.
 Pretermittam, cum inter deserti algores & æstus, inter ardo-
 res & brumas, fame, siti, situ & squalore confectus, cadauer
 Potius quam homo videretur, tamen sibi interesse choris

F. ALFONSVS VIRVESIVS

foeminarum , idque multoties illi vsuueniebat : Quid com-
memorem Paulos, Antonios, Hilariones, Benedictos ? Vis-
des quod sanctorum miriades hac breuitate præstringam.
An audebis dicere quod omnes hi vrerentur quos legimus
vehementer fuisse tentatos ? Quod si vrebantur, melius erat
illis nubere, quam sic vri, quin & peccabant in Pauli præce-
ptum : Miseri, qui tot labores, inedias, vigilias, tot denique
cruces pertulerunt, vt peccarent. Quis hoc dicat ? Quis hoc
ferat ? Quomodo ergo nos explicabimus hos labyrinths ?
Ego vero facile hunc nodum dissoluo : quia intelligo, nihil
ab apostolo de matrimonio aut coelibatu esse præceptū, sed
omnia relinqui arbitrio vniuscuiusque , ita vt nec peccent
coniuges etiam si continere possent, nec coelibes in hoc quod
coelibes sunt, etiam si forte non contineant: quorum incon-
tinentia erit peccatum , non tamen coelibatus . Alioqui cur
potius coelibatus huius qui non continet erit peccatum, quā
coelibatus Antonij aut Hieronymi ? An quia illi haud tenta-
bantur, vt caderent ? Ego vero non paucos existimo viros
alioqui bonos & virtutis studiosos leuioribus temptationi-
bus cecidisse, quam Antonius aut Hieronymus pertulerūt.
Nō igitur lapsus vnius vel alterius , nec multorum quidem,
qui resistere temptationibus potuisset, faciet coelibatū esse pec-
catum . Dices fortasse, Non omnes tenentur illam vim sibi
inferre, quam Hieronymus & Antonius intulerunt, vt non
cederent temptationi , quamobrem opus est illis alio remedio,
vt non peccent . Fateor tamen teneri omnes ad illa quæ nō
nulli heroes præstiterunt, idcirco illis qui lapsi sunt, melius
fuisset

fuisset illis cognouisse, quam concubinas, quia melius est nubere quam viri, hoc est, melius est coniugem habere quam illegitimo congressu aut foedis se cogitationibus polluere. Sed hic iam vides non praeferri matrimonium coelibatui, etiam si multis & magnis temptationibus impetratur & concutitur, sed illegitimae voluptati, quae vel corpore expletur, vel mente concipitur. Hoc est viri. Haec est fornicatio illa, quae ut vitetur, consulit Paulus illi, qui aliter vitare aut non co-natur, ut vxorem suam habeat, nihil tamen praecepit. Rogabis fortasse, cur aegroto, & qui non valet alias euadere, non praecipiatur medicina. Quia difficilis cognitu est morbus & remedium non admodum expediens, nisi ijs quibus est necessarium, imo & ceteris obesset ne aggredierentur sublimiora et innumerabilibus scrupulis obrueretur piorum hominum imbecillitas. Adhac tanta est omnium hominum aut plurimorum propensio ad coniugium, ut nihil sit illis, quatenus animalia sunt, magis naturale quam velle gignere, id quod maxime assequitur matrimonium, & sunt morbi quibus ostendisse remedium admonuisse est. Idcirco non est magis opus pracepto ad hoc ut matrimonia coeant, quam ad hoc ut homines comedant aut bibant.

Philippica XIX. De coelibatu clericorum.



I. de coelibatu indefinite praemissis, nunc de ecclisiæ decretis circa coelibatum differamus: Nam Philippus dignitatis collatione ac ceteris alijs inter coelibatum & matrimonii praetermissis, tan-

tum

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Ecclesia ne tum de legibus negocium conatur exhibere catholicis. Primum omnium in confessio est apud omnes, quod ecclesia neminem cogat ad hoc ut sit coelebs, tantum decreuit, ut quando negari nequit, quin nonnulli possint esse una coelibes & casti, illi nempe qui ex utero matris prodierunt inepti coniugio, & qui postea vi aliqua aut ægrotatione facti sunt spadones, postremo qui possunt capere verbum Christi commendantis eos qui se castrauerunt propter regnum cœlorum. Decreuit, inquam, ut sacerdotes quorum munus est orare primum pro se, ut ait Paulus, deinde pro populo, & totius ecclesiae in hoc personam gerere, sumerentur de illis qui possint & velint esse coelibes, et ita perpetuo coelibatu astrinxit eos, qui sacris essent iniciandi: Hic videor mihi videre Luthерум, Philippum, & reliquos huius classis antesignanos, sannis & clamoribus obstrepentes. Qui possunt, inquietant adolescentuli procerum ac diuitium filij, vicijs, voluptatibus, luxu, lasciuia enutririri, non in sapientiae & pietatis gymnasij ut olim, sed in principum aulis vel in foris perpetuo versati, cuiusmodi sunt fere omnes qui sacerdotia obtinent, castum præstare coelibatum? Aut quis credat fore, vel legitime contineat vulgus istud sacrificiorum, quos ex meritis nebulonibus episcopi prece aut precio quotidie faciunt sacerdotes? Quotusquisque hominum sacris iniciatur ut Christo seruat, & non potius ignauo, quod illis videtur, vita genere sine labore victum sibi paret, & qua datum fuerit per fas & nefas ad sacerdotia grassetur? Quos alios nunc sacerdotes habemus? Quos spadones propter regnum cœlorum

Heb. 7

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 163.

lorum nobis occinis : Nam his qui vi aut naturæ defectu
 facti sunt spadones, nihil fidimus, tum quod paucissimi sint
 ad tantam messem ecclesiæ, tum quod multi eorum parum
 apti ob alios defectus tanto muneri inueniantur. Consequi-
 tur enim frequenter animi quædam imbecillitas & ægritu-
 do ad corporis tam insignem orbitatem. Quamobrē & ec-
 clesia huiuscmodi multis hominibus sacerdotia interdixit.
 Hæc & alia id genus multa vtinam non tam vere quam pe-
 tulanter obijcerentur ab aduersarijs. Sed nos, si quando ca-
 lamitates id genus incidunt catholicis rebus et sacris, non se-
 mel respondimus, non defendi a nobis episcoporum & sa-
 cerdotum mores, sed ecclesiæ decreta, quæ experta non expe-
 dire, vt qui Deo militant implicent se negotijs secularibus, ^{2. Tm. 3}
 præcepit ne sacerdotes mariti & patresfamilias essent. Alio-
 qui quomodo possent sæcularia vitare negotia, qbus optus
 esset vxori, liberis, & familiæ prospicere: illis præsertim qui
 bus tenuis esset res: Ad hæc cum sacerdotis munus, vt dixi-
 mus, sit orare subinde pro populo, ecclesiæ preces, vota, ob-
 lationes Deo offerre, esse denique ministrum & angelum,
 vt Malachias ait, de cuius ore populus legem requirat, qui ^{Malach.}
 potest hæc omnia præstare maritus, vxoris amplexibus, fi-
 liorum blandicijs, re: familiaris & totius œconomiae curis
 implicitus: Paulus apostolus consulit coniugibus, vt inter- ^{1. Cor. 7}
 dum secedant ab sese, quo possint orationi vacare, nec audet
 illis præcipere, tametsi iam coniugio obligatis, vt ad pristinā
 vitæ consuetudinem reuertamur, tantum hoc illis indulget
 ne propter incontinentiā tententur a satana. Quid igitur fa-
 ciens

ciēdum erit illi cui semper est orandum idq; nō priuata, sed
 publica oratione. Isdem Apostolus matrimonia dissuadēs
 omnibus Christianis causam annexit, quia vellet illos sine
 solicitudine esse, sine qua nō potest esse maritus. Quod si tan
 tum expedit omnibus Christianis sine solicitudine esse, vt
 quod profitentur assequi valeant, quid iudicandum sit de sa
 cerdotibus, quorum est usq; adeo ceteris eminere, vt in colla
 tione isti vt homines nempe pastores, illi vt pecudes habeant
 tur. Volo vos, inquit Apostolus, sine solicitudine esse: Qui
 sine vxore est, solicitus est quæ domini sunt, quomodo pla
 ceat Deo: Qui autem cum vxore est, solicitus est quæ sunt
 mundi, quomodo placeat vxori. Et mulier innupta & vir
 go cogitat quæ domini sunt, vt sit sancta corpore & spiritu.
 u. Tim. 1. Philippus citans illud eiusdem Apostoli, quod mulier sal
 uatur per filiorum generationem, immane quam insolenter
 nobis insultat. Si talem, inquit, locum aduersarij de coelibat
 tu proferre possent, cum vero miros triumphos agerēt. Pau
 lus dicit saluari mulierem per filiorum generationem. Quid
 potuit dici contra hypocrisim coelibatus honorificentius, q
 mulierem saluari ipsi coniugalibus operibus, vsu coniugali,
 pariendo, et reliquis economicis officijs, &c. Quid sibi vult
 vsus coniugalnis primus in ordine officiorum & partui pre
 latus? Cur non apertius dixit gignendo, pariēdo, &c. An pu
 duit suis verbis tamēsi satis honestis nominare rem, cuius
 merces (si diuis placet) est æterna salus & vita? Vbi est nūc
 doctrina quæ vniuersis nostris operibus adimit merendi
 virtutem etiam cū fide; Siccine quod hactenus negabatur
 ieit

ADVERSUS LVTH. DOGMATA. Fol. 166.

ieiunis, precibus, eleemosynis, ipsi denique charitati, ho-
minem scilicet seruare ne Christi gloriæ videremur detra-
here, nunc demum filiorum generationi, quod commune cum
brutis est homini, tribuitur. Sed additur fides. Quasi hacte-
nus quisq; naerendi vim bonis operibus asseruerit sine fide.
Iam vero ad insultationem reuertamur. Metitur, ut existimo,
Philippus ingenium aliorum ex animo suo, qui unico ver-
bulo scripturæ pro suo dogmate reperto statim adornat tri-
umphos. Ecce nos locum meliorem non mutillum aut per-
peram interpretatum produximus pro cœlibatu, & tamen
nulla tropheia erigimus, nullos canimus triumphos, tantum
testimonia ipsa, in eodem sensu quo scripta sunt ab Aposto-
lo, sub oculos ponimus, quia non hoc agimus, ut de fratri-
bus nostris triumphemus, sed ne veritas, quorundam sce-
leribus, aliorum dogmatibus obruatur. Iam ut donemus
verba Apostoli ad Timotheum ita & eodem sensu scripta
fuisse, quo accipiuntur a Philippo, quantum interest inter
foeminam esse saluam, & esse sanctam, quorum prius tri-
buitur coniugatae, posterius virginis. Adde q; viris, in loco
quæ citat Philippus, nihil iuuat matrimonium ad salutem, in
nostro vero, virorum cœlibatui tribuitur placere Deo, matri-
monio placere mundo. Philippus tñ, ut est ad collendum
ex arcenis literis catholicas veritates ingenio solers, ad vtrū-
que coniugē pertinere, quod Apostolus de foeminis dixerat,
confirmabit. Nec iniuria qdem, quippe qui cōiugali usui vi-
ris iuxta ac foeminis cōmuni, salutem, non quancunq; sed eter-
na, verbis apostoli sit pollicitus. Obscuro te bone vir, per Ve-

tijneris

F. ALFONSVS VIRVESIVS

neris cestum diuinum, & Lutheranæ coniugis sacrosanctos
amplexus, vt mihi bona fide respondeas. cum scripturæ lo-
ca trunca, mutila, et aliorum, q̄ ipsa ferunt adducis, & his ar-
tibus propositum euicisse credis, an te sapientibus & in eis
dem scripturis exercitatis scribere existimas, an quibusdam
duntaxat Germanis, quibus nihil aliud sonant scripturæ, q̄
Lutheri commenta dogmata? Nos hūc locum superius ex-
posuimus, tantum matrimonio tribuentes, quantum nec tu,
nec cæteri paranimphi vultis agnoscere. Sed opere precium
erit ipsum Apostolum hac de re prolixius audire, vt hoc in
loco ille se nobis, sicut in cæteris consueuit, aperiat. Pauli ver-
bas sic habent: Mulier in silentio discat cum omni subiectio-
ne. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in
virum, sed esse in silentio. Adam enim primus formatus est,
deinde Eua. Et Adam non est seductus, mulier autem sedu-
cta in præuaricatione fuit. Saluabitur autem per filiorum ge-
nerationem si permanferit in fide, & dilectione, & sanctifica-
tione cum sobrietate. Hic prudens lector facile poterit anis-
maduertere, quam dissideant hæc verba ab intentione Phi-
lippi. Non hic nuptas mulieres innuptis confert apostolus,
sed uxores viris, quibus non permittit, vt dominantur uxo-
res, nec vt doceant quidē aut alio munere dignitatis fungan-
tur, causamque addit, quod prior conditus sit vir, quæ res
videtur illi primas in domo tribuere, ad hæc non seductus
quemadmodum mulier in prima illa præuaricatione, in qua
immane quantam perniciē attulit foemine consilium, & viri
obsecūdatio, vt ex hoc venire possit in suspicionem erroris:
quic,

quicquid domi suæ consuluerit, aut docuerit. Nullum nē igi-
tur officium in Christiana republica vxoribus relinquunt A-
postolus, quo sibi possint promereri Christū. Reliquit pror-
sus, sed ea quæ infirma sunt in cōiugio, nempe tedium, & la-
borem gestandi vterum, pariendi, educandi, & id genus alia
quæ sunt mulieris propria, vniuersa demum illa quæ Deus
quondam interminatus est Euæ. Quæ ita peccato etiam di- ^{Gene. 3}
misso remanent, vt tamen honestata sint & locupletata non
mediocri gratiæ fructu, & velut inferiora mystici corporis
membra sacramenti velamine cooperta. Alioqui tot curas,
tantam solitudinem, tam multas carnis etiam molestias se-
cum affert matrimonium, vt interdum videatur Apostolo
malum (quod aiunt) necessarium, cui pro magno tribuit,
non esse peccatum. Si acceperis vxorem, inquit, non pecca- ^{1. Cor. 7}
sti, et si nupserit virgo non peccat, tribulationem tamen car-
nis habebunt huiusmodi. Ego autem vobis parco. Hæc o-
mnia quantum dissident ab instituto sacerdotum, quos de-
cet summa tranquillitas & quietudo. Quid opus est multis:
Philippus ipse, veritate coactus, fatetur multa commoda que
matrimonio desunt inesse coelibatu, ait enim: Nec Christus
aut Paulus laudant virginitatem ideo quod iustificet, sed q[uod]
sit expeditior, & minus distrahitur domesticis occupationi-
bus in orando, docendo, seruiendo. Ideo Paulus ait: Virgo
curat ea quæ sunt domini: Laudatur igitur virginitas pro-
pter meditationem & studium. Sic Christus non simplici-
ter laudat hos, qui se castrant, sed addit, propter regnum cœ-
lorum, hoc est, vt discere, aut docere Euangelium vacet. Re- ^{Math. 19}
t ijij etc

F. ALFONSVS VIRVE SIVS

Ete sane Philippus, tametsi non absolute coelibatus cōmōda Christi & apostoli eius verbis exponit. Ob has igitur causas & alias huiuscemodi, quas longū esset nunc recensere, sancti patres decreuerunt, ut sacerdotio non fungerentur, nisi illi q̄ coelibes esse possent & vellēt. Dicat interim quispiam: Si hoc ita esset, vnde nobis suppetaret tanta sacerdotum multitudo quantum hodie habemus? Imo ob id etiam si aliae non essent causæ, expediret sacerdotes esse coelibes & pudicos, vt non esset illorum tanta colluuiæ, quæ inuidiam maximam, & contemptum conciliat ordini sanctissimo: Adhæc laicorum ordo minus grauaretur impensis, quas necesse est fieri non modicas, alendis tam multis ociosis. Quod si Germani episcoporum autoritate sacrificios omnes ineptos & impudicos arcuissent a sacerdotij functione, illis duntaxat relictis in ministerio, qui præstare possent quod profitentur (credo enim inueniri potuisse tot quot satis essent ecclesijs) non possent mihi nō probari. Nunc remedium inuenerunt (vt non dicam acerbius) insolens & indecorum. Nam quis ferat sacerdotem presbyterum, hoc est, senem, grauem, maturum, diuinis mancipatum mysterijs, cuius grauitas & modestia populi ineptias debet compescere, totos dies mulierculæ blandientem, dum agit proximum, dum sponsam ambit, & illi studet placere, dum domi se nouus maritus oblectat cum illa, & mores suos ad mores illius accōmodat atq; demittit? An non hæc omnia imo & grauiora atq; ineptiora subeunda sunt illi, qui voluerit esse maritus? Quæ quam indecora sint, & quam pessime conueniat ille cum sacri muneric functionibus, quis nō videat, quis non senserit?

sentiat: Miror quibus præstigis potuerit Lutherus totā scr-
 me alienare Germaniam, vt videntes non videant, audientes
 non intelligant, & noua temeritate ferāt, quod vix crederem
 ethnicos vnq̄ tulisse. Appage, inquit, imo apostoli, ipsi & o-
 mnes ecclesiæ proceres tulerint, de quorū doctrina & chroni-
 cis constat olim presbyteros fuisse maritos, nos nihil nouum
 inueximus, veterem morem restituimus, qui Romanorū pō-
 tificum decretis, citra ecclesiæ totius autoritatem, est antiquas
 tus: Ego haud inficias eo apostolorum tempore, & aliquot
 post annis sacerdotes fuisse coniugatos, non quod vnq̄ licue-
 rit sacerdotibus vxores ducere, quod vos permisistis, sed qm̄
 pauci tunc temporis erant fideles, & ī qui sapientiæ & pro-
 bitatis merito erant sacris præficiendi, omnes duxerant vxo-
 res, utpote qui ætate integra venerant ad fidem, & senes aut
 proxime senium iniciabantur, vnde & presbyteri cœperunt
 appellari, necessitas ipsa coegit, ut ex coniugatis fierent sacer-
 dotes. Porro quod illi qui semel sacerdotij munus obierant,
 postea ducerent vxores, res est hactenus nunquam visa, atq;
 adeo nouo exemplo a vobis ex cogitata, quæ tantum abest ab
 apostolorum placitis & consuetudine, ut decretum tulerint
 inter alia, ne quis sacerdos post consecrationem posset vxo-
 rem ducere. Verba canonis sunt ut Latina fecit Haloander
 ex Græcis, quæ nobis summus ecclesiæ pontifex apostoli Pe-
 tri discipulus Clemens reliquit. Ex his qui coelibes in clerum
 peruererunt, iubemus, ut lectores tantum & cantores (si ve-
 lint) nuptias contrahant. Hunc sequutæ sunt synodi Arela-
 tensis & multorum pontificum ordinationes, quæ veterant
 oblitio

Matth. 13

 Sacerdos post consecrationem non potest vxorem ducere.
 Canon apostolorū de nuptiis non contrahendis post sacerdotium.

F. ALFONSVS VIRVESIVS

obligatum coniugio sacerdotem fieri. Licitum ergo fuit alii
quot annos ex coniugibus sumi presbyteros, nunquam tamē
presbyteris licuit subire coniugium. Quod si queratur, quæ
nam sit causa discriminis. In re de qua tam solenniter ab origi-
ne ecclesiæ perpetuo cautum est a maioribus sufficeret mihi
respondere, sic visum fuisse apostolis & cæteris sanctis patri-
bus, qui spiritu sancto illuminati ecclesiam docuerunt, gu-
bernarunt, & prouexerunt. Quicquid enim illi sciuerūt pro
oraculo nobis est habendum: quippe quod in eos maxime
competat illud quod a Salomone in huius operis pæfatio-
Ecces 12 ne mutuauimus: Verba sapientium sicut stimuli, & quasi
clavi in altum defixi, quæ per magistrorum concilium data
sunt a pastore vno: his amplius fili mi ne requiras, vt illud
Lucce 10 quod Christus in eandem sententiam dicit: Qui vos audit,
me audit, & qui vos spernit, me spernit. Ex ihs tamen quæ
hactenus diximus, & inferius dicentur, perspicua satis fit cau-
sa discriminis: Nempe ad illud cogebat necessitas: hoc vero
nulla potest necessitate nec ratione quidem excusari: Aliam
tamen vel eadem alijs verbis perfunctorie saltem attingam.
Coniugium res est inferior sacerdotio: ita vt a toto genere, vt
aiunt, coniugium ordo profanus, sacerdotium vero sacer ha-
beatur. Ab ordine ergo imo atq; profano licet ascendere ad
sacrum & sublimem: Quis vero non videat econuerso haud
æque decentem esse regressum: At interim sacerdotes nostri
omnes, inquiet Germani, erant vscꝝ adeo impudici, vt cum
concubinis designarent omnia illa, quæ vos cum vxoribus
admitti indigna sacerdotio iudicatis. Huic malo non potuit
melia

ADVERSVS LVTH. DOGMATA.

Fol. 189.

potuit melius quam coniugibus mederi, quæ ut sint indecora presbyteris, minus tamen de honestant sacram ordinem, scortationes & adulteria. Si mederi malo est, quod illegitime siebat & clam, lege permettere, ut publice fiat, fateor vos occurrisse sacerdotum vestrorum libidini, quibus permisisti palam facere & impune, quod hactenus occulte & legibus vindicantibus faciebant. Nisi forte existimatis aliud esse quod nunc sit, & vxores posse habere legitimas, quibus interdictum est ab apostolis, a cōcilijs, a pontificibus, ab vniuersa dominica ecclesia, cuius nullum hactenus exemplum proferre potestis, quo insolitam istam licentiam addendi sacerdotibus coniugia tueamini. Quanuis enim subinde nobis occinat Philippus: quos Deus coniunxit, homo non separet: ego Matth. 10. non possum animum inducere coniuctos a Deo, quos ecclesia non coniungit. Quid, malum, non cōiungit? Imo quos perpetuo distraxit, atq; disiunxit. Neque enim hic habet ecclesiam illam veterem, ad quam configiat, neque concilijs quæ tam magnifice nūc prædicat, potest iuuari: alioqui proficerat ex illis vel vnicum verbum, quod huiusmodi coniugia probet, & fatebimur nos causa excidisse. Quid? Separabuntur ne vxores a maritis? Quid nūc? Cum non sint vxores, sed concubinæ. Quid igitur facient tot myriades hominum in sacerdotium stulte obtrusi, qui continere nequeunt? Explorant primo si possint, postea ijs, qui omnino non potuerint, consulat ecclesia, cuius interest animarum saluti sine scandalo & schismate prospicere. Qui poterunt, inquies, explorare modo quid possint? Primum assiduis precibus petat a Deo

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Sapien. 8 continentiam: quia nemo potest esse continens nisi cui dederit ipse. Deinde laboribus & inedia corpus extenuent, adhac foeminarum consortia, nedum lusus & blandimenta, deuident. Nam inter comedationes & pocula, in crapula & ebrietate, in muliercularum consuetudine & conuictu, etiam si mar moreus sit homo, difficile praestabit continentiam. Verissime enim usurpatum est ab adolescente illo apud comicum: Sine Cerere & Libero friget Venus. Hic Philippus respondet nostris, similia quædam admonentibus. Cur sibi quoq; non canunt hæc magnifica præcepta: vbi & addit: Sed ut supra dicimus, tantum ludunt aduersarij, nihil agunt serio. Utinam non magis illuderet vobis Philippus, viri Germani, quā nos ludimus. An lusus est adhortari ad preces, ieunia, & ceteros pios labores, quibus continentiam promererit simul & obtinere valeamus. Si continentia, inq; effet oībus possibilis, non requireret peculiare donum. At Christus ostendit eam peculiai dono opus habere: Quis negat? Hoc vere est ludere, exprobasse modo nostris, quod preces exigant & ieunia, ut petantur a Deo continentia, & statim insimulare eos, quasi dicant sine Dei dono posse continere. Scimus neminem continere posse sine dono speciali, at hoc donum nō datur ebriosis, voracibus, ignavis, sed assidue orantibus, ieunantibus, aut certe abstinentibus: & ad hoc summo studio & totis animi viribus incumbentibus, ut contineant. Ita demum datū est Paulo, ita Antonio, Hieronymo, Benedicto, Bernardo, & ceteris sanctis omnibus, aut multis contingit, & ita hodie aliquot bonis viris non paucis credendum est dari, de quorum numero

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 170.

mero illos esse credo qbus Philippus dicit: Cur sibi nō quo-
que canunt haec magnifica præcepta: Verum vt hæc sint ma-
xime vera, non tenentur, inquies, cæteri eadem præstare, quæ
præstiterunt illi. Si de simplicibus loqueremur Christianis,
verum aīs, nūc cum de his, qui sua sponte sacerdotium expe-
tierunt, & sunt assequuti, loquamur, quibus apostoli, cōcilia,
pontifices, & sancti omnes asseuerant, non licere ducere vxo-
res, iure ab illis exigimus, vt summa vi nitantur ad id, etiam si
difficillimum sit, quod semel sunt vltro professi, & vt omnia
tum faciant, tum patientur, quibus cœlibes queant euadere.
Hic Philippus nobis occinet illud apostoli: Propter fornica- ^{1. Cor. 7}
tionem vnuſquisq; suam vxorem habeat. Et Melius est nu-
bere quam vri, Quod remedium suauius est multo ijs, quæ
nos proposuimus: nec remedium tantum est, verum præce-
ptum, vt ipse vult, quod nullis humanis legibus, nullis votis
possit derogari: Nos superius ostendimus concessionem es-
se & indulgentiam, non præceptum. Verum vt sit tantum-
modo concessio, non minimam difficultatem faciunt verba
illa: Propter fornicationem vnuſquisq; uxorem suam habe-
at: quibus vnicuiq; tribuitur ius uxorem ducendi, si aliter for-
nicationem vitare non potest. Quo iure ego, vt ingenuo lo-
quar, non video quomodo se quisq; possit priuare illor; qui-
bus explorata fuerit propria fragilitas, quin simul se vita æ-
terna priuet: Displicet enim Deo infidelis & stulta promis-
sio. Et quid stultius quam id polliceri, quod præstare ne- ^{Ecces 5}
queas? Receptissimum vero est apud theologos, in via sa-
lucis humanæ nullam esse perplexitatem, hoc est, nemí-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

nem ita legibus aut votis posse teneri, quin aliqua pateat illi
modus quo saluti sue consulere possit. Iam si daremus illum,
qui temere se legibus aut votis cōtinentiæ astrinxit, nec posse
ducere vxorem, quia coelibatum promisit, aut saltem admisit,
nec posse continere, q̄a non est de illis qui possunt capere ver
Matth.19
bum istud, q̄nquidem nō oēs capiunt, vt Christus ait, huius
modi homini causa esse videretur vtrinq; salutis via (q̄s aut
hæc credat.) nam si duxerit, peccat in professionem & leges
ecclesiae, si non duxerit, peccabit, si continere nequeat, in ius di
uinum. Quid igitur faciet, quo se vertet misellus homo, q̄ pe
culiari illo continendi munere destitutus, medius tenetur, &
vtrinq; diris & inextricabilibus scrupulis constringitur? E
go autor illi essem, vt omnia tentaret, quo perficere posset qđ
est pollicitus, nec id oneris illi imponerem, nisi seipse iure illo
ducendi, quod habent omnes homines, sua sponte priuas
set, ita vt nihil iuris sibi reliquerit, præter id quod conferunt
Apostoli verba: Propter fornicationem vnuſquisq; vxorem
suam habeat, &c. quo non potest vti, nisi prius tentatis omni
bus deprehenderit se fornicationem aliter vitare non posse:
Nam si potest aliter vitare, nullū superest ei ducendi ius, quo
cessit in vniuersum coelibatus professione. Cur non potest,
inquieris, quod concessum est omnibus vti? Quia libertatem
illam communem sponte sua obtulit Deo, exhibens corpus
suum hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem: si tamen,
Roma.12
quod Apostolus addit, rationabile fuerit eius obsequiu. Hæc
oblatio cum possibilis sit, vt supponimus, tametsi difficilis, &
piā esse cum apostoli Pauli, tū Christi ipsius verba declarant,
quis

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 171.

quis dubitet, quin illum qui semel obtulerit, obliget ad red-
dendum? Verum de hoc fusius infra, cum de votis mona-
chorum differemus. Nunc ad illum quem legitimus scru-
pulus angit & excruciat, qui si omnibus que Christiana pru-
dentia fert, serio ac fidei ardore tentatis, viderit se non posse
continere, confidenter ego illi auderem consulere, ut non pro-
pria autoritate quæ potius esset temeritas, sed summi ponti-
ficiis indulgentia saluti suæ per matrimonium prospiceret.
An non poterit hoc Pontifex indulgere? Quid ergo potest,
si animas Christi sanguine redemptas de ipsis faucibus in-
feri, quo se incaute præcipitarunt, euadere conantes, non po-
test eripere? An tantum potest excommunicationum et ana-
thematum fulmina vibrare, leges condere, & totius orbis li-
tes Romam transferre? Ego vero quicquid iuris illi Christi
ana res publica tribuit, libenter agnosco, ita tamen ut anima-
rum salutem præcipue intelligat sibi commissam, & ad hanc
tuendam ac prouehendam sciat se plenitudinem potestatis
accepisse. Hoc est enim esse Christi vicarium, cum casus ne-
cessitatis inciderit, posse facere id, quod Christus ipse ficeret,
ne salus animarum discriminè aliquod magis subiret. Si quis, Cor. 10.
confidit sibi Christi se esse, hoc cogitet iterum apud se, quia
sicut & ipse Christi est, ita & nos, nam etsi amplius aliquid
gloriatus fuero, de potestate nostra quam dedit nobis do-
minus in ædificationem & non in destructionem vestram,
non erubescam: Potest ergo Pontifex huiusmodi necessita-
tibus, modo veræ sint, per matrimonia occurrere. Alioqui
si hanc potestatem summus Pontifex non habeat, qui pot-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

rit ecclesia membrorum suorum pericula omnia vitare, cum
in comperto sit plures nunc incidere passim necessitates di-
spensandi, & moderandi leges & iura, quam condendi. Hic
tamen aliquis roget: Quid opus est Pontificis indulgentia
ad prospiciendum animæ saluti, vbi constat de periculo &
necessitate? Cui ego: Quid opus est medico ad prospicien-
dum corporis salutis, vbi constat de aduersa valetudine? Na-
vt me alias simili quæstioni respondisse memini, quis ægro
concedat facultatem abutendi pharmacis, etiam si sit medi-
cus. Potest quidem cognoscere quod necessaria sint ei medi-
camenta, quibus vero & quatenus sit vtendum, non pro-
prio iudicio, sed sapientis medici consilio definit. Ad eun-
dem modum censendum est de animi morbis, aut quibus
uis alij necessitatibus, nisi quod in his non quiuis potest esse
medicus, cuius censura sit saluti prospiciendum, sed (quod
Heb. 5 ait Paulus) qui vocatus fuerit a Deo tanquam Aaron. Hinc
1 Cor. 11 enim est illa potestas, quam isdem dicit sibi & cæteris apo-
stolis traditam ad ædificationem, alioqui periculum esset, ne
Gal. 5 quod ipse etiam alibi cauēdum præcipit, Christiani (vt sunt
homines in deteriora proclives) libertatem hanc darent in
1 Petri 1 occasionem carnis. Quasi liberi, inquit Petrus apostolus, &
non quasi velamen, habentes malicie libertatem. Cum nos
liberos dicit, ostendit nulla constrictos esse lege, nisi quate-
Jacobi 1 nus charitati, quam Iacobus legem perfectæ libertatis appellat,
cæteræ leges inseruiunt, cum vero cauet, ne libertas hæc
velamen malicie sit nobis, priuatæ indulgètæ abusum pro-
hibet. Quis enim iustum indulgendi mensuram in propria
neces-

necessitate sibi arroget, cū & necessitas ipsa non facile dignoscatur, sit ne vera necessitas, an morbus animi ementitæ necessitatis specie obrepens? Cæterum cum legis alicuius coercentis libertas, pontificum autoritate conceditur, loquar fortassis audacius, in tuto est conscientia illius cui concessio indulget, etiam si minus attente, vt sunt humana, dum tamen non maliciose aut oscitanter rem ipsam expenderit. Nouit enim Christus figmentum nostrum & scit mortalium cogitationes semper esse timidas & incertas prouidentiæ humanae. Cum igitur, vt ad institutum redeamus, tot ac tam rationabiles causæ coegerint ecclesiam, vt coniugium separaret a sacerdotio, quid est in hac ordinatione, quod Philippus possit in crimen vocare? Aut quid iniquius esse potest, quā propter prauos mores hominum sanctissimas ecclesiæ leges damnare, rescindere? Adhæc, cum constet nec apostolorum nec vlo iam inde ab apostolis tempore permisum esse sacerdotibus ducere vxores, qua fronte defendi potest factus istud Germanorum sacerdotum, qui tam impudenter, nulla ratione habita ecclesiasticæ potestatis, nulla Hierarchici ordinis, nulla Pontificiæ dignitatis, nulla demum apostolicæ disciplinæ atque censuræ, quia inter coniuicia & Græcas compotationes, in quibus totos dies solent interdum consumere, non videntur sibi posse a mulieribus abstinere, ausi sunt in ecclesiæ contemptū & totius populi Christiani scandalū ducere vxores? Et super hæc omnia (si diuīs placet) qui bus hæc non probantur, sesquiheretici audiūt. Magis odio, inquit Philippus, digni sunt aduersarij nostri, q̄ Encratitæ, qui

psalm. 102
psalm. 97
sup. 9

F. ALFONSVS VIRVESIVS

qui quadam specie religionis lapsi videntur: Illi Sardanapali
consulto, abutuntur prætextu religionis: En noua hæresi
Sardanapalorū, peior hæresi Encratitarum. Agnoscis lector
Philippicos lepores, & Euangelicam modestiam eius, qui se
Euāgelium restituisse gloriatur: Sardanapalus, a quo nobis
nomen imponit, Assyriorum rex fuit, luxu, libidine, & volu-
ptatibus infamis. Qui sunt igitur veri Sardanapali? Nempe
q̄ totos dies potant in ganeis, certant sorbitiunculis, cyathor̄
numeris vincūt, emortuā libidinem pipere, gariophyllo, gin-
gibere & id genus alijs falsamentis restituunt, nunquam fir-
mis gressibus surgunt a mensa, quorum ingluuies vtrungq;
solem attingit, quorum Deus vēter est & gloria, quibus pro-
ludo est publice palpare mulierculas, amplecti, osculari, lusia-
tare, & a scenicor̄ ritu minimum aut parum abesse, quibus
virginitas non mundicia, cœlibatus est hypocrisis, iejunium
supersticio, quibus, vt ventri liberius inseruissent & rei, Chri-
stus semel meruit regnū cœlorum, nec alijs bonis operibus
opus est illis, nisi vt credāt se, vtcunq; vixerint, saluos fore.
Hi sunt mores, hæc placita Sardanapalorum. Attamen ope-
ræ premium est videre, pro quibus factis aut quibus meritis
iudicemur peiores Encratitis, & Sardanapali audiamus.
Multi, inquit, hæretici male intellecta lege Moysi, contume-
liose senserunt de coniugio, quales fuerunt Encratitæ, de qui-
bus supradiximus: Et constat monachos passim solitos es-
se de cœlibatu supersticiosos sermōes serere, qui multas pias
conscientias propter legitimū vsum coniugij perturbaue-
runt. Nec difficile nobis esset exempla commemorare; Nam
eli

et si non damnabant coniugium in totum, propter procreationem, tamen vituperabat tanquam vitæ genus, quod vix vñquam Deo placeret, aut certe non placeret, nisi propter procreationem: coelibatum vero efferebant tanquam angelicum vitæ genus. Hunc prædicabant gratissimum Deo sacrificium esse, mereri remissionem peccatorum, mereri aureolas, ferre centesimum fructum & alia infinita. Has religiones angelorum Paulus improbat ad Col. opprimunt enim cognitionem Christi, cum sentiunt homines, se iustos repudiari propter tales obseruationes, non propter Christum. Deinde opprimunt cognitionem præceptorum Dei, cum præter Dei præcepta excogitantur noui cultus & præferuntur preceptis Dei. Quare sedulo aduersandum est in ecclesia his superstitionibus persuasionibus de coelibatu, et ut pie conscientiae sciant coniugium Deo placere, & ut intelligent quales cultus approbet Deus. Sed aduersarij nostri nō regrunt coelibatum per superstitionem, sciunt enim non præstari castitatem, verum prætexunt superstitiones opiniones, ut imperitis fucum faciant. Magis igitur odio digni sunt quam Encratitæ, qui quadam specie religionis lapsi videntur: Illi Sardanapali consulo abutuntur prætextu religionis. Hæc summa est criminum. Propter quæ Philippo visi sunt catholici magis odibiles Encratitis, & digni qui Sardanapali appellantur. Quæ crimina æquum est, ut membratim expendamus. Primum dicit monachos solitos esse de coelibatu superstitiones sermones serere. Quos sermones? Nempe quod coelibatum commendet Christus, atq; suadeat, quod Paulus coelibes præferat

F. ALFONSVS VIRVE SIVS

ferat coniugibus , quod prædicet melius esse non tradere virginem nuptui, quam locare, quod ingenuæ assuereret coelibes placere Deo , maritos mundo , diuisas esse vxorem & virginem , virgines Christianas corpore & spiritu sanctas. Hi sunt superstitionis sermones quos monachi ferunt , quo-
rum sermonum superstitione etiam apostolum Paulum in iis
vocat, ipsius enim sunt . Sed additur, nescio quid, de aureo-
lis , quarum non meminit Paulus . Et quod totius criminis
caput est, fructus centesimus virginitati tribuitur . De au-
reola nomine , quæ solet virginitati ac theologis tribui, non
est animus cum Philippo contendere . Hoc certe verissi-
mum est, quoddam gloriæ decus ita peculiariter deberi vir-
ginibus, ut nemini aliorum quantumlibet perfecto contin-
gat . Quod , inquires , est illud ? Id nimis de quo Iohan-
nes apostolus in Apocalypsi : Vidi & ecce agnus stabat su-
pra montem Sion , & cum eo centum quadraginta quatuor
milia habentes nomen eius & nomē patris eius scriptum in
frontibus suis . Et audiui vocem de coelo tanque vocē aquarū
multarum, & tanque vocem tonitru magni , & vocem quam
audiui, sicut cytharedorum cytharizantū in cytharis suis, & cā-
tabant canticum nouum ante sedē et ante quatuor animalia
& seniores, & nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum
quadraginta quatuor milia, qui empti sunt de terra . His sunt
qui cum mulieribus nō sunt coquinati , virgines enim sunt.
Hi sequuntur agnum quodcumque ierit . Habes summae ecclē-
stis prærogatiæ, quæ solis est beatis concessa virginibus, vies
re nomine quod volueris ad illam significandam, si non pla-

Aureola
virgini-
bus da-
tur.

Apoca. 14

2. Cor. 11

cet

et aureola. Si quis enim videtur contentiosus esse, nos talem
 consuetudinem non habemus, neque ecclesia Dei. Porro quod
 monachii tribuunt virginitati fructum centesimum, vetu-
 stissima est sanctorum patrum interpretatio, ita ut si hac &
 huiusmodi occasionibus ad augendum huius disputatio-
 nis volumen vellem utriusque, vel sola transcriptione possem vide-
 tri aliqd magni fecisse. Sed quid ego in re non dubia, testibus
 utar non necessarijs? Satis sit Hieronymum recepta a vetustis
 Hierony.
 Matt. 13
 tribus hac Euangelici seminis expositione & doctrina usum
 fuisse non modo ad Lætam, ad Gerontiam, & Eustochium, ver
 & aduersus Iouinianum. Nam qua fronte audeat quis repre
 hendere in nobis, quod a tali viro & antiquioribus illo factum
 accepimus? Hactenus de primo criminis. Proximum est, q
 monachi etsi non damnant coniugium in totum propter pro
 creationem, tamen vituperant tanquam vitæ genus, quod vix unquam
 Deo placeret, aut certe non placeret nisi propter procreatio
 nem. Quam responsionem mereatur tam manifesta calumnia,
 vos viri boni, ad quorum iudicium prouocauit Philippus, ob
 fecro iudicate. Quoties grauitatis vestrae ac prudentie venit
 in mente, non possum non mirari, qui factum sit, ut tam per
 tinaciter ab ecclesia discesseritis, sed rursus cum ad doctorum ve
 strorum artes & imposturas oculos conuerto, quos non pu
 det tam aperte fallere, et quicquid sibi visum fuerit, quo nos vo
 bis odiosos reddant & suspectos comminisci, mirari tantis
 per desino. Ecquis est qui nesciat, unum de capitibus contro
 versiae quam hactenus habuimus cum Lutherio fuisse ma
 trimoniij dignitatem, cui Lutherus adimit sacramentum,

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Bona coniugij tria. nos tr̄ibuimus: Et nunc (si Christo placet) audimus nō probari nobis coniugium, nisi propter procreationem. Est inter theologos receptissimum & solenne, tria esse coniugij bona, proles, fides, sacramētum. Horum meminit Augustinus super Genesim ad literam & alijs locis, ab eo accepit sententiarum magister. Hinc dimanauerunt per vniuersa gymnasia, ita ut nullus sit neque summarum, vt vocant, liber, imo nec puerorum vlla chartula, in qua non inueniantur, explicata atque digesta. Horum Lutherus & eius asseclæ prolem tantum reliquerunt. Nam fidem sustulerūt diuortio, quo ita se parari permittunt coniuges, vt vitroq; viuo liceat alijs coniugi. Sacramentum non modo negant, verum irrident. Et interim occinītur nobis, quod doceamus nō placere Deo cōiugium, nisi propter procreationē. Philippus vero inter hęc nondum explicat illud, quamobrem matrimonii placeat, quam nec placendi quidē vim illi deferet, si sibi constare velit. Certe Paulus videtur coniugibus negare plenam facultatem placendi Deo, cum dicat cōelibis studium esse, placere Deo: mariti vero quō placeat mundo. Hoc tamen haud matrimonij vitium est, sed nostrum: cui vītio vtcuncq; mederi potest cōelibatus, nam coniugio videtur augeri. Sunt tamen alia bona in matrimonio, quae quotidie prædicantur a nostris, dum illi ex sacris literis & totius ecclesiæ traditione sacramenti gratiam et dignitatē tribuunt. Est namq; sacramentū gratiæ signum efficax, mō sit eius capax interius is, cui exteriorius sacramentū cōfertur. Quod idipsum cū matrimonio afferatur a nobis, quis non videat quantū bonum, imo q̄ multa bona.

Sacramen
tū quid sit.

ta bona in hoc vno illi tribuamus: Cur ergo tanto bono sa-
 cerdotes vti non permittimus: Quia ipsi pro maiore bo-
 no sua se sponte priuarunt: Cur vero etiam non sacerdoti-
 bus et liberis suademus vt coelibes viuant: Ego vix credide-
 rim me suasisse cuiq; tantum admoneo, vt vnuſquisq; cōſci-
 entiam suam & vires consulat, & id sequatur, quod saluti ſuę
 magis expedire iudicauerit. Pro his vero qui suadent respon-
 debit Paulus, cuius exemplo faciunt. Aperte em̄ pronunciat,
 velle ſe omnes eſſe abſcq; ſollicitudine, quam ſecum aſſert ma-
 trimonium, eſtq; multus in ſuadendo coelibatum, quā mul-
 tis nominibus präfert coniugio. Mihi fatis eſt oſtendiffe, q̄
 abſita vero, quod nobis obiectum eſt a Philippo: Tertium
 criminis caput eſt, quod commenticijs religionibus angelo-
 rum, vt vocat Paulus, opprimamus cognitionem Christi &
 cognitionem präceptor̄ Dei, cum präter Dei präcepta ex-
 cogitantur noui cultus, & präferuntur präceptis: Quare ad-
 uersandum eſt, inquit, in ecclesia hiſ ſuperſtitioſis perſuasio-
 nibus. Hoc ſi verum eſt, quis non videat, quā ſit horribile &
 deteſtandum: nedum auersandum: Sed qm̄ religiones an-
 gelorum vocat monaſticam professionem, de qua ſuo loco
 diſſeremus, tantum hic attingam quod ait has eſſe quas da-
 nat Aþoſtolus ad Col. vnde & nomen uſurpat, quod cōſtat Colos. 2
 eſſe vaniſſimum. Nā Aþoſtolus tñ ibi loquitur de ſuperſti-
 tionibus iudaicæ legis, quæ ſunt, inquit, umbra futurorum.
 präſtat tamen integrum afferre periodum. Nemo vos iudi-
 cet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ,
 aut ſabbatorum, quæ ſunt umbra futurorum, corpus autem

F. ALFONSVS VIRVE SIVS

Christi. Nemo vos seducat volens in humilitate & religione angelorum quæ non vidit, ambulans frustra inflatus sensu carnis suæ, & non tenens caput ex quo totū corpus, &c. 370A Hic Paulus solis aduersatur ceremonijs Iudaicis, idq; hoc nomine præcipue, quod cum omnia illa signa essent & vmbra veritatis, que facta est in Christo Iesu, retinere mordicus & pertinaciter vmbram, nihil aliud erat quā negare veritatem. Si gnorum enim tam peruicax obseruatio, quid aliud erat quā assertio, nondum aduenisse qui signis illis promittebatur. Id erat Christum non obscurare modo, verum & negare. Huiusmodi obseruationes Paulo dicuntur angelorum religiones, non monastica professio, de qua nec meminit quidē Paulus, nisi quatenus hortatur ad multa, quæ sequuntur monachi, tametsi non omnia assequantur. Est autem nominis ratio sumpta a beati Stephani verbis, qui legem acceptam esse dicit, ut narrat Lucas in dispositione angelorum, & isdem apostolus ad Gal. scribit legem esse per angelos ordinatā. Sunt qui hoc nomen referant ad priuatas reuelationes, quas cōmunicabantur Iudei, quo simplicibus facilius imponerent, ne legem Mosaicam pateretur antiquari: ita ut Paulus ironice nomen usurpauerit. Verum vt cuncti accipiatur, luce clarior aparet, nihil ad nos attinere, qui ritus quosdā & ceremonias ex diametro, qd aiunt, a Iudaicis dissidentes obseruamus, vel ad corporis mortificationem, in qua est abstinentia continentia fidissima custos, vel ut sacra certo ordine peragantur, iam qd obijcitur, a nobis opprimi cognitionem mandatorū dei, quia nouos cultus mandatis præferimus. Si nouos cultus consilia appell

appellet euangelica Christum Iesum in partem criminis vocare videtur: is enim interroganti iuueni respondit: Si vis ad vitam ingredi serua mandata, ad perfectionem vero, proposito consilio, quod nullis est hactenus comprehensum praeceptis, inuitauit: Si vis, inquit, perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me: Quanquno^{Matth. 19} ignoramas perfectionem Christianam solius esse charitatis, quæ finis est mandatorum Dei, consilia vero eo plus videntur habere perfectionis, quo magis inseruiunt charitati. Verz de hoc copiosius infra. Nunc satis sit ostendisse qualia sint, et quid veritatis habeant crimina, propter quæ vocamur a Philippo peiores Encratitis, & Sardanapalis: pro quibus meritam gratiam nunquam committet, ut referamus. Sed fortassis nos Sardanapalos appellat, ob facinora, quæ paulo post ex Satyricis poetis commemorat aduersus Romanos: Nos verorum Sardanapalorum doctrinā & mores superius descripsimus, quibus illa conueniant iudicet lector. Nam ut veritatem tacere non possumus, ita contumelia quenqu afficeremus, vt Philippus, qui Romanis viuentibus, & Christianis obijcit crimina, poetica licentia in defunctos & infideles quondam iactata. Peiores vero quam Encratitæ, ob id vocari nos credo, quod ex Paulo citat Philippus aduersum nos. Spiritus autem manifeste dicit, quod in nouissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium & cauteriatam habentium conscientiam, prohibentium nubere & abstinere a cibis, quos Deus creavit ad percipi-

^{1. Timo. 4}

F. ALFONSVS VIRVESIVS

percipiendum cū gratiarē actione fidelibus, & ijs qui cognosuerunt veritatem. Hęc ex Paulo. Sed nos superius non semel respondimus, quod ecclesia neminem cogat ad cœlibatum: tantum decreuit, vt sacerdotes non fiant, nisi ex ijs, qui possint & velint esse cœlibes. Cur ergo, inquies, prohibet ne sacerdotes, qui continere nolunt, ducant vxores? An nō est hoc prohibere nuptias quod Apostolus dānat, & vocat dissensionē a fide? Si hoc esset quod Paulus damnat, nunquam apostolorum & totius ecclesiæ decreto sacerdotes arcerentur a consiugio. Non est prohibere nuptias, vetare, ne qui semel cœlibatus votum suscepit, fiat maritus, & irritum faciat foedus, quod cum Christo pepigerat: Sed quod Manichæi & Encratitæ hæretici faciebant, docere quemcunq; congressum viri & foeminae quantumvis legitimate cohærentium esse illicitum, & immundum, hoc est, nuptias damnare, & prohibere, nullas credere esse licitas. Lex vero ecclesiæ nullas damnat aut prohibet: solum ostendit, quas credunt esse has, non veras esse nuptias. Quamobrem? Quia non magis qui se castruerunt propter regnum cœlorum, hoc est, propter euangelicam pietatem, possunt pie gignere, quam naturaliter, qui naturæ defectu aut iniuria mutilantur.

Vtricq; dicuntur eunuichi, quia vtricq; perpetuo est adempta gignendi potestas: alteris legitima, alteris naturalis, atq; adeo neutri sunt apti consiugio, alioqui inepta videretur illa Christi collatio, quam affectat cœlibatus professionem dupli spadonum generi adiungens & æquans: Episcopi ergo & cæteri ecclesiæ ministri, quorum interest satagere, vt ecclesiastica disciplina seruetur,

Matth. 19

Ecclesiæ
lex in pro-
hibendo
nuptias sa-
cerdoti-
bus.

Matth. 19

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 177.

tur, huiusmodi societates sacerdotum & foeminarū iure dis-
soluunt, ac dirimunt. Cur enim non dirimant publicas scor-
tationes, & inhonesta contubernia, quæ nuptiarum fuso per-
petrantur? At occidunt, inquit, multos bonos viros tantum
propter coniugium: & cum canon iubeat suspendere sacer-
dotes, isti parum commodi interpretes suspendunt, non ab
officio, sed ab arboribus: Atq; hæc ipsa parricidia ostendunt
hanc legem doctrinam esse dæmoniorum, nam diabolus cū ^{Iohan.}
sit homicida, legem suam defendit his parricidijs. Omitto in
his verbis, quod legem quam ab apostolis superius ostēsum
est fuisse sanctam, & ab apostolicis viris perpetuo firmatam
atq; seruatam, ne sacerdotes ducerent vxores (ea est em̄ pro-
pter quam facere nimis, vt sibi videtur dicit homines ab ar-
boribus suspendi) legem diaboli appellat, & doctrinam dæ-
moniorum. Hic em̄ maxime locum habet illud Hieronymi: ^{Hierony.}
Perfidiam exposuisse, superasse est. Tantum expēdamus an
iure plectantur illi, q; sacris semel iniciati ducunt vxores. Sunt
qui velint modeste agi aduersus hæreticos, & omnia debere
tentari, priusquam veniatur ad vltimum discriminem. Quæ o-
mnia: Nempe vt verbis, solidis rationibus, conciliorum pla-
citis, scripturarum sanctorum & sacrorum interpretum testi-
monijs doceantur, & conuincantur: Omnis enim scriptura
diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum,
ad corripiendum, ad erudiendum. Quomodo autem erit ^{1. Timo.,}
scriptura vtilis nobis, nisi ea in his quæ recenset Apostolus
vtamur? Video enim ysu receptum esse apud plerosque, vt
aduersus illos agant literis & verbis, in quos non possunt

F. ALFONSVS VIRVE SIVS

sæuire verberibus, aut necibus grassari: quod si quempia mis
serum homuncionem naeti fuerint, in quem liberum sit illis
animaduertere: mox arreptum infami iudicio sistunt, in quo
ut celerrime absoluatur & ostendatur immunis a culpa, cri-
minis tamen notam nunquam non feret. Si vero aut aliorum
consuetudine seductus, aut circunuentus astutia, fortassis &
incuria lapsus deprehenditur, statim non solida doctrina, non
blandæ suasiones & monita paterna (tametsi patres gaudent
appellari) sed carceres, flagra, secures aut faces expediuntur:
quibus etsi corpus afficitur supplicio, animus tamen non po-
test immutari. Solus enim ad hoc est idoneus, sermo Dei vi-
uis & efficax, penetrabilior omni gladio ancipiti, &c. Roget
tamen aliquis: Quid fiet ihs qui peruicaci temeritate omnia
ista contemnunt: scripturas non audiunt nisi perperam ex-
positas & ad eorum dogma prætortas: vniuersalis ecclesiæ
consuetudine & patrum autoritate non mouentur: concilio-
rum decretis tantisper obediunt, eatenus scilicet, quatenus il-
lis fauere videntur: Quid, inquieris, fiet istis: Num permitte-
tur illis impune in simplicium animas grassari, & fidelium
subuertere conscientias: Absit. Ego huiusmodi mōstra, quæ
cicurari nulla diligentia possunt, cum Augustino, Hierony-
mo, & cæteris patribus semper radicitus si fieri possit, ampu-
tanda iudicau. De qua re memini me olim ad Erasmū scri-
psisse. Hoc concilio fieri credo cædes illas & supplicia, quæ
Philippus miris querimonijs & tragicis verbis exaggerat.
Haud enim plectuntur sacerdotes, quod vxores habeant so-
lummodo, sed quod admoniti eas dimittere nolint, quæ fal-
fa

sæ coniuges sunt, & veræ concubinæ: Neq; hoc solum, ve-
rum & ab altaris officio manus non continent, quod sancto-
rum patrum decretis Philippus non negat esse cautum. Hęc
contumacia est, quæ a iudicibus animaduertitur, in qua Phi-
lippus ipse fatetur inesse schisma, nostris hæresis aperta vi-
detur. Continet enim iudicium prorsus insanum, quo hu-
iusmodi omnes credunt ecclesiam semper aberrasse, quæ
hactenus prohibuit sacris iniciatos coniuges fieri.

Difficillimū est Philippi insolentiā & contumelias in hac
materia ferre, nā si respondeas euangelica modestia nihil eui-
ceris, si contēnas, causa videberis excidisse: oīa furiosis clamō-
ribus & conuiciorum caligine obnubilat, & vel erroris fidu-
cia, vel causæ diffidentia verbosis insultationibus conatur
extorquere, quod firmis rationibus non potest euincere. Ar-
gumentationibus suis vtcunq; congestis, transit ad nostra: il-
la duntaxat, quæ sibi dicit fuisse proposita, vt significet nobis
non esse alia: Nos quædam hucusq; protulimus: grauiora et
efficaciora credimus ab alijs esse producta, aut certe posse
produci. Verum respensiones eius afferamus: Primum, in-
quit, dicunt a deo reuelatam esse legem, Videlicet videtis ex-
tremam impudentiam istor; nebulonū: Audent affirmare,
quod diuinitus reuelata sit lex de ppetuo cœlibatu, cū aduer-
setur manifestis scripturæ testimonijs, quæ iubent vt vnus-
quisq; habeat vxorem suam propter fornicationem: item q
vetat dissoluere contracta matrimonia. Paulus admonet quē
autorem habitura fuerit ista lex, cum vocat eā doctrinam dæ-
monior; Et fructus indicat autore, tot monstrosæ libidines,

F. ALFONSVS : VIRVESIVS

tot parricidia, quæ nunc suscipiuntur prætextu illius legis.

Quid scriptura sacra iubeat, quid ve permittat circa cœlum
batum & coniugia, superius exposuimus: nunc satis sit repe-
tere, quod millies suppositum esse volumus. Ecclesia neminē
cogit ad cœlibatum, qui continere non possit, aut nolit, præci-
pit tantum ut illi tantum qui volunt, an possint ipsi viderint,
qui onus vltro subeunt, presbyteri ordinent, & non alijs. Que
lex quā rationabilis fuerit, ex his quæ nobis sunt exposita, iu-
dicari potest. Nec solis innitimus priuatis reuelationibus, qd
genus argumentorum mihi in rebus serīs minime placet, sed e-
uangelicis & apostolicis testimonij & conciliorum decretis.
Aduersus quæ omnia cū Philippus damnet cœlibatum, quē
hypocrisim appellat, & illi aduersandum esse in ecclesia pro-
nunciat, nunq̄ tamen audiet a nobis, nebulō, asinus, Sardana-
palus, & peior Encratitis, tñ pro his & id genus alijs nomini-
bus aut potius ignominij Christum precor, vt Philippus
non sit, quod ab ecclesiæ principibus, iudicibus, & pontificie-
bus audit. Iam quod de fructibus dicit facile est in contume-
liam cuiusvis legis etiam diuinæ conuerti si fructus legis vo-
centur abusus transgressorum. Lex enim quantumlibet bo-
na nō potest perficere, vt omnia peccata vitentur, quin quo-
dammodo peccata multiplicat, dum per occasionem auget
concupiscentiam. Occasione accepta, peccatum per manda-
tum operatum est in me oēm concupiscentiā. Peccata igitur
illa, quæ Philippus imputat legi, nō legis fructus sunt, sed car-
nis & cōcupiscentiæ, inter quos fructus omniū pessimus est
morbus iste insurgendi aduersus bonas leges propter malos
homines.

hominum mores. Nam caro semper aduersus leges infur-
git, non modo transgrediendo, verum iudicando & dānan-
do quicquid legibus etiam diuinis cauetur. Sapientia carnis Rom. 8
inimica est Deo, legi enim Dei non est subiecta, nec enim po-
test. Hæc sapientia est, quæ coelibatum damnat aduersus
Paulum, ut Hieronymum & cæteros ecclesiae proceres præ-
termittant. Et optime dictum est ab apostolo, Sapietiam car-
nis inimicā esse Deo. Nihil est enim, quod magis carni De-
um reddat infensum & exosum, quam legis coercio, qua
prohibetur voluptatibus suis & concupiscentiæ inferuire.
Vnde non solum aduersus doctrinam coelibatus, verum &
aduersus legem continentiæ, multi verbis, plurimi operibus
insurgunt, qui ita scortis vti licere sibi putant, quemadmo-
dum & cibis. Nam continere, inquiunt, quid aliud est, quā
naturæ inferre vim & eius motibus incitamento, quod illi
insitum est a Deo, auersari? Quod si illis coniugij remedi-
um afferas, optime, inquiunt, quasi mecum possim, miles,
mercator, aut quavis alia causa hospes, vxorculam circum-
ferre. Quid quod nec vxorem habere possum, quando in-
dotata me ad famem rediget Saguntinam & que dotem ha-
buerit, mihi inopi & in diem viuenti non nubet. His & id Psal. 140
genus alijs verbis vtitur caro, ad excusandas excusationes in
peccatis. Quin & legis, quæ solutis mulieribus prohibet vti,
fructus esse dicunt cæteras monstrosas & horrendas libidi-
nes, ac Veneris monumenta nefandæ. Vnde & omnes mœ-
chi & scortatores mire sibi placent, & de pudicitia blandiun-
tur, cum vident, aut audiunt quosdam in id genus sceleris-

F. ALFONSVS VIR VESIVS

bus deprehensos. Quid est hoc aliud, quam huiusmodi flagitia continentiae legibus imputare? Quid dicam de his, qui grauissima quapiam contumelia sunt affecti? Quam procaciter aduersantur legi, quae præcipit nobis remittere fratibus de cordibus nostris, quam audacter huic opponunt et preferunt illam viri boni descriptionem ex Cicerone: Vir bonus est qui multis prodest, nemini nocet (nisi lacesitus) quasi pro nisi, habuisset etiam, nihil potuit dici venustius, nihil elegantius, nihil verius, nihil Euangelicæ philosophiæ propinquius. Sed ad illam virtutis perfectionem carnis sapientia non potuit attingere. Spiritus enim & non carnis est percipere arcanum illud veræ pietatis fastigium, quod absconditum est sapientibus & prudentibus, & parvulis tantummodo reuelatum: Aduersatur ergo caro legi diuinæ, quæ præcipit contumelias & damna patienter ferre, & noxam inferentibus condonare. Quin & fructus eius esse dicunt conuicia, probra, maledicta, interdum & verbera, quæ procacium furor contemptæ modestiæ solet inferre. Verè hec haud diuinæ legis, sed humanæ maliciæ fructus sunt: Ad eundem modum & illa quæ Philippus commemorat, non sunt coelibatus fructus, sed humanæ libidinis, quandoquidem & in matritis solent inueniri frequenter. Nam vltionis sequitur quæ appellat parricidia, superius exposuimus esse malum (quod veteri proverbio dictum est) necessarium, quod inuitis, ut reor, magistratibus infligitur contumacibus. Cæterum si huius legis alios veriores fructus exiges, proferam tibi Nicolaum, Martinum, Gregorium, Hieronymum, Augustinum, Basiliū, & alios.

March. 13

Aduersa-
tur carole
gi.

ADVERSUS LVTH. DOGMATA. Fol. 180.

& alios Christi Pontifices ac sacerdotes, qui vel ab inceunte Matth. 19.
pueritia, vel integra aetate se castrauerunt propter regnum coe-
lorum. Quibus coelibatus asseruit Euangelicam libertatem, ut
ecclesiæ Dei & promptius inseruissent, & creditis sibi gregi-
bus expeditius ministrarent, vt omittam monachorum & vir-
ginum myriades: aduersus quos Philippus nec vnum quidem
antistitem proferre poterit, q̄ coniugis simul & episcopi fun-
ctus officio, miraculis, doctrina aut insigni quadam ac rara
pietate in ecclesia enituerit. Nam scortatores, adulteri, aut præ-
postera libidine, infames carnis & concupiscentiae, vt dixi-
mus, fructus sunt, quos velut spinas & tribulos Christiana
professio, colonorum stupore aut negligētia inculta, produ-
cit. Hos coelibatus bonis & pudicis habet admixtos, quoni-
am similis est quilibet Christianæ pietatis ordo sagenæ mis-
sæ in mari, & ex omni genere piscium congreganti. Matth. 19.

Secundo loco dicit sibi obiectū fuisse illud Isaiae: Munda
mini qui fertis vasa domini, & multa alia dicit esse citata in hanc
sententiam: quibus omnibus respondet virginitatem sine fide
non esse mundiciam coram Deo. Quis dubitat? Sed addit,
coniugium propter hoc mundum esse, iuxta illud, omnia mu-^{titum}
nda mundis, & externas mundicias & cæremonias legis non
esse huic transferendas. Quia Euangeliū, inquit, requirit mu-
ndiciam cordis, & subdit exempla, quibus concludit: Cū con-
iugium sit mundum, recte dici his qui in coelibatu non con-
tinent, vt ducant vxores, ita vt eadem lex, mundamini, q̄ fer-
tis vasa domini, præcipiat vt immundi coelibes, fiant mun-
di coniuges. Nos aduersus haec omnia quid obijcimus?
Nem-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Nempe quod Paulus ait, coelibem esse sanctum corpore &
spiritu, quam sanctitatem apostolus Mosaicæ legis abrogat
Cor. 1. inuictus, vt Euangelij vindex acerrimus vniuersis Christiani
nendum sacerdotibus suadet, & parum abest quin pre-
cipiat. Nullum igitur periculum est a superstitione Iudaica,
in his quæ autore Paulo sequimur, qui interpres vide-
tur esse prophetici testimonij, quod nostri citauerant. Nam
quod citat Philippus ex eodem, omnia munda mundis, de-
cibus dictum est, quorum delectum abrogat Christiana li-
bertas. At cur non, inquiens, locum habebit etiam in usu con-
iugali? Paulum interroga, cuius utraque sententia est, quan-
quam ciborum mundicies ad idololatriæ suspicionem refer-
tur, qua prorsus caret omnis qui fideliter & citra supersticio-
nem cibus infidelium fuerit usus, id quod de imparis matri-
monij usu docet Apostolus: Sanctificatus est vir infidelis per
mulierem fidem, & sanctificata est mulier infidelis per
virum fidem. Itaque pars est in hoc ratio utriusque. Sed no-
hic agimus de hisce rebus, quatenus illarum delectum asse-
quitur supersticio, sed quatenus usus refertur ad continen-
tiam, qua in re multum interest inter ciborum & coniugij
usu. Nam cibus utuntur parcissime qui maxime abstinent,
non tamen possunt prorsus non uti, usu vero coniugali po-
tuérunt multi carere perpetuo. Adhæc, ciborum usum non
comitatur carnis quedam intemperies & petulantia, cuius
naturaliter omnes homines pudet, qualis est in venereis acti-
bus quantumcunq; legitimis, & in ea sitam esse reor immu-
diciem illam, propter quam coniuges non iudicauit Aposto-
lus

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 181.

lus sanctos esse posse carne & spiritu. Denique non tantum corporis, verum & spiritus sanctificationi obesse monstratur huiusmodi usus, quando cessandum ab eo censet Paulus, ijs quibus vacandum est orationi. Eadem doctrinam significat Petrus apostolus : Viri similiter, inquit, cohabitantes secundum scientiam quasi infirmiori vasculo muliebri impertinentes honorem, tanquam & cohæredibus gratiae virtutæ, ut non impediantur orationes vestræ. Quamobrem saecordotes, quorum munus est semper orare, iure decreuit ecclesia maritos non fieri. Negare ergo castum coelitatum esse mundiciem & sanctificationem Christianis, est Apostolus aduersari dicenti: Bonum est homini, mulierem non tangere, & rursus: Volo autem vos omnes esse sicut meipsum. Et rursum: Dico autem non nuptis & viduis bonum est illos si sic permanerint sicut & ego, & post multa quibus coelitatum suadet: Mulier innupta & virgo cogitat quæ domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu: & in eadem epistola: Omne, inquit, peccatum quodcumque fecerit homo extra corpus est, qui autem fornicatur in corpus suum peccat. Quicquid habet fornicatio corporeæ functionis & immundiciæ, commune est illi cum legitimo congressu, a quo solo animo differre videtur, idcirco contagio illa, qua peccatum istud afficit corpus peccantis, eadem aut similis proximodum est in actu coniugij, propter quā Apostolus corporis sanctitatem negat coniugibus, quam virginibus tribuit. Quandam ergo veram sanctitatem atq; mundiciam Euangelio dignam possidet castus coelibatus, quā coniuges qdū

F. ALFONSVS VIRVESIVS

coniugio vtuntur assequi non possunt , & hanc requirit in
sacerdotibus suis ecclesia, quemadmodum & synagoga, du
eius typum gereret, suas mysticas mundicies & sanctificatio
nes exigebat. Ultimo dicit obiectum sibi fuisse, quod do
gma istud ecclesia damnarit in Iouiniano. Hoc argumentum
Philippus librat in anthitetis doctus posuisse figuram. Nam ex
orditur ab ironia, mox honesti nominis umbra sibi fauore,
nostris inuidiam conciliat, tandem erumpit in apertum con
uicium. Tertium, inquit, argumentum horribile est, q̄ h̄ere
sis Iouiniani sit coniugium sacerdotum. Bona verba. Nouū
hoc crimen est, coniugium esse h̄eresim : Iouiniani tempore
nondum norat mundus legem de perpetuo coelibatu, impu
dens igitur mendacium est, coniugium damnatum esse, &c.
& post nonnulla alia subdit. Quod vero ad Iouiniani cau
sam attinet de collatione virginitatis & coniugij, supra dixi
mus quid sentiamus. Non em̄ æquamus coniugium & vir
ginitatem, et si nec virginitas neque coniugium mereatur iu
stificationem. Postremo iuxta rhetor̄ præcepta, verba cōmis
erationis in peroratione multiplicat, nobis minatur dira,
principes qui dogmati suo fauent, consolatur, quasi nos non
legerimus illud Isaiae : Et erunt qui beatificant populum
istum seducentes & qui beatificantur præcipitati. Tædet
me iam verborum, quæ in recensendis & confutandis Phi
lippi verbis expenduntur, id circa ut ea quæ per singula es
sent animaduertenda, in compendium redigamus, tria præ
cipue continet responsio Philippi. Primum est, Iouiniani te
pore nondum norat mundus legem de perpetuo coelibatu.

Proxi

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 182.

Proximum, Coniugium sacerdotū non est hæresis Iouiniani. Tertium, quod sequitur ex præcedentibus, mentitos esse nostros in eo quod obiecerant argumentando. His tribus dictis ordine præpostero respondendum duxi, vt eisdē gratiis ascendamus, quibus Philippus descendit. Quod postremo dicit obiectum illi fuisse a nostris impudens mendacium, non potest usquequam refelli, quia nostrorum obiectum scire nō possumus, nisi verbis eius, q̄ ne fraudis aut vanitatis in referendo teneretur, præparat sibi aditum euadendi, dicens, non sibi fuisse factam a nostris copiam confutatis, ne coargui possent vanitates & calumniae in illa contenta. Ego congressibus istis non interfui, idcirco horum omnium fides sit penes Philippum. Operæ premium tamen existimo fore, si dispiciamus an illi cum Iouiniano circa cœlibatum & coniugia saltem in cōmuni conueniat, vt ex hoc prudens lector animaduertat, vtra fuerit vanior, nostræ obiectio, an Philippi responsio, qua dicit sibi cum Iouiniani dogmate non conuenire, Iouiniani dogmata mihi scire non cogitat, nisi ex autoribus, qui eis vel obiter meminerunt, vel confutarunt errores: haud enim, vt credo, extant illius commentaria. Augustinus & alij tantum articulos hæresum re-Augustin.
censent, Hieronymus vero aduersus illum scripturus, asser-Hierony.
tionum capita distinguens, addit etiam argumenta, quibus suam hæresim confirmabat. Hieronymi verba sunt: Proponam breuiter aduersarij sententias, & de tenebrosis liris eius quasi de foueis serpentes protraham, neque sinam venenosum caput spiris maculosi corporis protegi, pateat

Error Iouiniani de
cœlibatu
& marri-
monio.

z ij quod

F. ALFONSVS VIRVESIVS

quod noxiū est, ut possit conteri, cum patuerit. Dicit virgines viduas & maritatas, quae semel in Christo lotae sunt, si non discrepant cæteris operibus, eiusdem esse meriti. Nititur approbare eos, qui plena fide in baptisme renati sunt, a diabolo non posse subuerti. Tertium proponit inter abstinentiam ciborum & cum gratiarum actione perceptionem eorum, nullam esse distantiam. Quartum quod & extremū, esse omnium, qui suum baptismū seruauerint, vñā in regno cœlorū remunerationem. Hos quatuor errores in eo deprehendit Hieronymus, quorū probationes mox etiam his verbis producit. Audite patienter virgines, audite quæso voluptuosissimum concionatorem, &c. Sunt & alijs loci quibus Hieronymus perfunctorie attingit verba Iouiniani, cuiusmodi est ille in medio ferme prioris libri: Esto, inquit, nuptiarum & virginitatis sit diuersa conditio, quid ad hoc potest dicere? Si virgo & vidua fuerint baptizatae, & ita permanerint, quæ erit inter utrancū diuersitas? Et paulo inferius: Frustra, inquit, hæc loqueris quæ & Episcopi & presbyteri & diaconi vnius vxoris viri, & habentes filios ab Apostolo costitutuntur. Pro his dictis & alijs, q̄ possent ex aliorū libris colligi sufficiat nobis argumentum Erasmī, viri matrimonio nō admodum iniqui, sed autoris, si quem alium habet ætas nostra, grauissimi. Iouinianus inquit in argomento, ex monacho clericus, homo obscurus sed dives, nec eruditus tamen, nec eloquens. Iam olim extinctam Basilidis heresim conatus est instaurare, æditis super hac re commentarijs, quibus ex diuinæ scripturæ testimonij perperam intellectis, probare nitit.

nitebatur virgines viduas & maritatas eiusdem esse meriti, si
cæteris vitæ operibus non discreparent. Deinde vere bapti-
zatos non posse relabi in peccatum, quem errorem Augusti-
nus ascribit & Pelagio. Ad haec nihil interesse inter vescentem
cibis & abstinentem, modo cum gratiarum actione sumat.
Postremo par omnibus fore præmium in regno cœlorum,
quicunq; suum baptismū seruauerint. Hæc cum Romæ do-
ceret neminem sacerdotum, aut alicuius nominis clericum
in errorem potuit trahere, tantum mulierculas quasdā cor-
rupit, adeo ut hoc audito quædam virgines sacræ prouectæ
iam ætatis nupserint viris. Porro quod ipse non duceret vx-
orem, id negabat se facere, quod hinc præmium aliquod spe-
raret, sed ne molestijs matrimoniorum irretiretur, hoc est, nō
ut melior esset, sed liberior. Hactenus Iouiniani dogma circa
matrimonium & cœlibatum, autoribus Hieronymo, Augu-
stino, Erasmo, perspicuum fecimus, nunc quid de his cerebus
Philippus sentiat, nequit nisi eiusdem verbis intelligi: Quæ
vtinam ita possent interpretari, ut nullam damnati erroris su-
spicionem simplicibus inferrent: Alioqui quid proderit, si nos
quātumuis quoquomodo coacta tamen interpretatione ve-
limus excusare Philippum, & aliis imo & alijs omnes nolint
credere, in scribendo sensisse, nisi quod verba ipsa præ se fe-
runt: Quibus si multū autoritatis detulerint, vt Germani dese-
runt, erit illis occasio incidendi in hæresim ab ecclesia damna-
tam, si nihil aut parum, iudicandi illum incidiisse, & peribit in
conscientia eius frater, pro quo Christus passus est. Sed for-
tassis hæc nobis sine causa dicuntur, idcirco quædam eius di-
. Cor. 8

F. ALFONSVS VIRVE SIVS

cta Iouiniani dictis annexamus, ut ex utrumque collatione
lector pronunciare de conuenientia aut differētia facile possit.
Quinto loco suarē probationum: Cœlibatum, inquit, ideo
prædicant aduersarij se requirere, qd sit mundicies, quasi con-
iugium sit immūndicies, ac peccatum, aut quasi coelibatus me-
reatur remissionem peccatorū & reconciliationem, coniugii
vero non mereatur remissionem peccatorū, &c. Et huc alle-
gant ceremonias legis Mosaicæ, quod cū in lege, tempore mi-
nisterij sacerdotes separati fuerint ab vxoribus, in nouo testa-
mento sacerdos, cum semper orare debeat, semper debet con-
tinere. Hæc inepta similitudo allegatur tanq̄ demonstratio, q̄
cogat sacerdotes ad perpetuum coelibatum, cū quidē in ipsa
similitudine coniugium concedatur, tantum ministerij tem-
pore consuetudo interdicitur. Et aliud est orare, aliud mini-
strare. Orabant sancti tunc quoq; cū non exercebant publi-
cum ministeriū, nec consuetudo cum coniuge prohibebat, ne

coniugium
est mundū
credētibus
orarēt: Sed respondebimus ordine ad hæc figmenta. Primū
hoc fateri necesse est aduersarios, quod coniugium sit mun-
dum in credētibus, q̄a est sanctificatum verbo dei, hoc est, est
res licita & approbata verbo Dei, sicut copiose testatur scri-
ptura. Christus em̄ vocat cōiugium coniunctionē diuinam,

Matth. 15
1. Timo. 4
E. Cor. 7
cum ait: Quos Deus cōiunxit. Et Paulus de cōiugio, de cibis
& similibus rebus, inquit, sanctificantur per verbū, & oratio-
nē, hoc est, per verbū, quo conscientia sit certa, quod Deus ap-
probet, & per orationē, hoc est, per fidem quæ cum gratia
actione tanq̄ dono Dei vtitur. Item: Sanctificatur vir infide-
lis per vxorem fidelē, &c. id est, yſus coniugalis licitus & san-
ctus

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 194.

Etus est propter fidem in Christum, sicut licitum est vti cibo,
&c. Item: Saluator mulier per filiorū generationē, &c. Et pau-
lo inferius: Si mundicies proprie opponitur concupiscentiæ,
significat mundiciem cordis, hoc est, mortificatam concupi-
scientiam, quia lex non prohibet coniugium, sed concupiscen-
tiam, adulterium, scortationē: Quare ccelibatus non est mun-
dicies, potest em̄ maior esse mundicies cordis in coniuge, ve-
lut in Abraham, aut Iacob, quam in pleriq; etiam vere conti-
nentibus. Postremo si ita intelligunt coelibatum mundiciem
esse, quod mereatur iustificationem magis quam cōiugium,
maxime reclamamus. Iustificamur em̄ neq; propter virginini-
tatem, neq; propter cōiugium, sed gratis propter Christum,
cum credimus nos propter eum habere Deum propicium.
Hic exclamabunt fortassis Iouiniani more æquari coniugii
virginitati, sed propter hæc conuicia non abiiciemus verita-
tem, de iustitia fidei, quam supra exposuimus. Nec tamen
æquamus coniugio virginitatem. Sicut em̄ donum dono p̄-
stat, prophetia p̄r̄stat eloquentiæ, scientia rei militaris p̄r̄-
stat agriculturæ, eloquentia p̄r̄stat architectonicæ, ita virgi-
nitas donum est p̄stantius coniugio. Et tamen sicut orator
non est magis iustus coram Deo propter eloquentiam, q̄ ar-
chitectus propter architectonicam, ita virgo nō meretur ma-
gis iustificationem virginitate, quam coniunx coniugalibus
officijs, sed vniuersq; in suo dono fideliter seruire debet, ac
sentire, quod propter Christum fide consequatur remissio-
nen peccatorum, & fide iustus coram Deo reputetur: Nec
Christus aut Paulus laudant virginitatem ideo, quod iustifi-
cet;

F. ALFONSVS VIRVE SIVS

Virginitas laudatur non quia iustificatur, sed quia minus distracta est a Deo. *Math. 19.*

*Collatio
Philippi et
Iouiniani.*

cet: sed quia sit expeditior, & minus distrahit domesticis occupationibus in orando, docendo, seruiendo. Ideo Paulus ait: Virgo curat ea quae sunt domini. Laudatur igitur virginitas propter meditationem & studium. Sic Christus non simpliciter laudat hos qui se castrat, sed addit, propter regnum cœlorum, hoc est, ut discere aut docere Euangelium vacet. Non enim dicit, virginitatem mereri remissionem peccatorum aut salutem, &c. Longiorem vereor me transcripsiisse sermonem, quam solertis lectoris ingenium vellet. Iungatur tamen his alius paragraphus, quo nos Encratitis confert, & quaedam alia quae superius ascripsimus, ex quibus omnibus haud erit operosum colligere, quam dissideat Philippus a Iouiniano. Aequat Iouinianus matrimonium cœlibatui, dices eiusdem esse meriti. Aequat Philippus, dicens, nullius esse meriti, Habet tamen hic discrimen quo possis alterum excusare ab hæresi alterius, sed cogita vtrum illi qui damnarunt Iouinianum, quod negaret virginitatem aut cœlibatum maioris esse meriti quam coniugium, probassent Philippum qui affuerat virginitati nullum inesse meritum, Iouinianus probat cœlibatum, vt vitæ genus quam sibi sumpsit, & diuersam esse conditionem fatetur cœlibis & coniugis, ita tamen vt ista diuersitas nō faciat cœlibem meliorem, sed liberiorem. Philippus putat se ab eius heresi euasiisse: quod dixerit varia esse dona coelibatus & coniugij. At qualia dona? Sicut prophetia præstat eloquentiæ, scientia rei militaris præstat agriculturæ: eloquentia præstat architectonicae. Et tamen sicut orator nō est magis iustus coram deo propter eloquentiam, quā archis-

tectus,

ADVERSUS LVTH. DOGMATA. Fol. 18.

tectus, ita virgo, &c. Agnoscis verba Philippi, nec em̄ quicq̄ affingo, agnoscē ergo & alia apertiora, vt nec h̄ quibus opus est pinguiore minerua, possint ignorare cōuenientiam. Nec Christus, inquit, aut Paulus laudant virginitatem ideo quod iustificet, sed quia sit expeditior. Non hic quārebatur an virginitas sola iustificaret, quod nemo vñq̄ credidit, sed vtrum in Christiano sit maioris meriti quam coniugium, respondebit ut supra nullius esse meriti, ut semper sit aliquid quo dissidente a Iouiniano. At quomodo differt? Non quidem errores eius corrigendo, aut minuendo, sed augendo, nam & hic aliunde poterat sumi differentia, ab eo videlicet quod pœnitentia ductus, quod tam modeste loquutus fuerat de cœlibatu, postea præfert illi coniugium, cum dicit, nos non habete talē locum pro hypocrisi cœlibatus, qualē pro coniugio ipse producit. Citat Iouinianus aduersus ecclesiā exordium Genesios, & ex vtroq; testamento colligit matrimonij lades, donec perueniat ad Paulum, ex quo obiicit locum prioris epistol. ad Tim. quasi ecclesia prohiberet nubere. Eisdem testimonij vtitur Philippus, eadem obiicit, eadē colligit aduersus catholicos. Iouinianus tamen haud ægre fert si certo modo doceantur homines cœlibatum, quandoquidem ipse celebs vixit. Lutherus autem, Pellicanus, Oecolampadius, Osiander, Philippus ac cæteri huius sectæ omnes sunt mariti: contempserunt enim cœlibatum, cuius votum ferme omnines suscepérant, & ceu rem ignauam & immundam abiecerunt. Et Philippus sedulo aduersandū esse pronunciat in ecclesia superstitionibus de cœlibatu: Quod si

Philippus
plus errat
q̄ Iouinianus
de virginitate.

1. Timo. 4

Aa a ver-

F. ALFONSVS VIRVE SIVS

a verbulo,superstitiosis,præsidium illi petas,vt nō quaslibet,
sed superstitiones persuasiones damnare videatur, vide obse-
cro quas appellet superstitiones. Prædicare cœlibatum & lau-
dibus efferre tanq; euangelicæ vite genus,dicere hunc,grati-
simum esse sacrificiū,mereri remissionē peccatorū,mereri au-
reolas,ferre cœtesimum fructum.Hoꝝ quædam affingit,quæ
nusq; sunt a nobis prædicata,vt est illud:mereri remissionem
peccatorum.Cetera haud nostra sunt,sed Hieronymi,Augu-
stini & cæterorum,qui olim damnarunt Iouinianum:apud
quos frequens est illa fructuum distributio,ab origine eccle-
siae per sanctorum manus vsq; ad nostra tempora deducta:
item collatio cœlibatus & angelicæ vitæ,sumpta ex Christi
verbis.Non nubent neq; nubentur,sed sunt sicut angeli Dei
in cœlis.Has persuasions,quibus pleni sunt veterum sancto-
rum libri,Philippus appellat superstitiones:& cum hoc (si di-
uis placet) blanditur sibi,quod Iouiniano nō consentiat.Sed
estilo noui dogmatiſ autor Philippus,quādoquidem ita vult
nisi illi cum Iouiniano conueniat:omittamus eius dicta cum
Iouiniani doctrina conferre,conferamus tamen cum sacris
literis:Primum omnium virginitatem nullius meriti esse
vult.At Iohannes in Apoca singulare præmium virginibus
tribuit,cuius alij beati non sunt participes,quantacunq; fide
alioqui & charitate polluerint:quanvis enim sine fide nemo
mereatur,non tamen sola fides est quæ meretur:quod supe-
rius est a nobis abūde monstratum .Vocat Isaias eunuchos,
hoc est,cœlibes,ad singulare præmium,si modo cætera cu-
stodierint,sine quibus impossibile est placere Deo. Verba
pro-

Matth. 22

Apoc. 14

Isaie 56

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 186.

prophetæ sunt: Hæc dicit dominus eunuchis, qui custodie-
rint sabbata mea, & elegerint quæ ego volui & tenuerint fœ-
dus meum, dabo eis in domo mea & in muris meis locum,
& nomen melius a filijs & filiabus, nomen sempiternum da-
bo eis, quod non peribit. Si hoc præmium commiſſe est oī-
bus iustis, cur eunuchi ſpecialiter vocantur ad illud? Quanqu
enim mox alienigenas etiam custodientes præcepta Dei vo-
cet ad præmia, non tamen quicquam pollicetur, quo se cæte-
ris prælatos intelligat. Concordat apostolus Paulus prophe-
tæ, qui pollicetur magis beatam eſſe coelibem quam coniuga-
tam, si permanferit in coelibatu: Magis igitur aduersatur ca-
tholicæ veritati Philippus: dicens virginitatem nullius eſſe
meriti, quam Iouinianus, qui dixerat, non maioris eſſe meriti
quam coniugium. Philippus coelibatum ſcludit a pietate,
conferens illud & æquans cum oratoria & architectonica, ac
cæteris politicis artibus Paulus tribuit illi sanctitatem men-
tis & corporis, & placere Deo quod summa pietas eſt. Ne-
gat Philippus virginitatem eſſe mundiciem, aut sanctitatem
magis quam coniugium. Propterea quod dixerit Paulus: san-
ctificari virgininfidem in coniugio propter uxorem fidelem.
At Paulus loquitur hic de illo genere sanctitatis, & mundiciei,
quod ſe uoram reddit uxorem, ne infidelis & idololatræ viri
cohabitatione ſe pollutâ & immundam existimeret: Quæ san-
ctificatio per qu similiſ eſt Leviticis & extermis sanctificationi-
bus: Isdem tñ apostolus eodem capite aliam sanctitatē verio-
rem, nēpe corporis & animi, tribuit virginibus & innuptis,
quæ coniugium, etiā cū summa fide, qu diu inter officia coniuga-

Aa ij lia

F. ALFONSVS VIRVESIVS

lia versatur, non potest assequi. Demū tota Philippi doctrina si cum Paulo conferas, ex diametro dissidet a VII. cap. prioris epist. ad Cor. vt cætera loca prætermittam. Sed fortasse Philippus conabitur quo discriminē istud effugiat, apostoli dicta suo more interpretari, vbi dixerit Apostolus melius, interpretabitur expeditius, vbi sanctum, interpretabitur aut simpliciter iustum, vt non possit coelibatus esse, aut licitum & approbatū verbo Dei, vt possit esse etiā matrimonij, vbi Christus regnū cœlorū, interpretabitur, scripturas discere & docere. At quid hoc tanto labore faciet, nisi vt non solū a sacris literis, verum ab ecclesia catholica suis interpretationibus se recessisse declareret. Et cū hæc ita se habeant, vscq; adeo nos oēs stupidos fore, Philippus existimat, vt ad cætera omnia coniuentes, solo illo verbulo moueremur. Non æquamus coniugium virginitati. Sed quid ego queror? Haud nostra hæc iniuria est o Germani, sed vestra (vt nunc tandem ad vos nostra cōuer tatur oratio) ad quos cū, ceu ad viros bonos, in exordio pro uocasset, neminem vestrū putauit futurum, cui quicq; esset emunctæ naris aut integri ac liberi iudicij, quo posset hæc omnia conferre, & Iouinianum in Philippo agnoscere. Jam q; legem perpetui coelibatus ante Iouiniani tēpus nouerit mun dus, vel ex ijs apostolorum & conciliorum decretis constat, quæ superius commemorauimus, in quibus aedita lege caue tur ne possit fieri maritus, qui semel se sacerdotio consecratis, quod si post coniugem ductam fuerit (vt quondam necessitate fiebat) sacerdos iniciatus, ab ea separari præcipitur, si mo do sacerdos haberī voluerit, ita vt semper fuerit coelibatus.

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 137.

tus sacerdotio individuo connexus, id cum ipsa verba de-
cretorum tum Hieronymus palam facit aduersus Iouiniam Hierony.
num, qui pro suo dogmate Episcoporum ac cæterorū sacerdo-
tū matrimonia allegaverat ex Paulo, cui inter cætera hæc re= 1.Tim.
spondet Hieronymus. Sed & ipsa Episcopalis electio mecum
facit, non enim dicit eligatur Episcopus, qui vnam ducat vxo-
rem, & filios faciat, sed qui vnam habuerit vxorem, & filios
subditos in disciplina. Certe confiteris non posse esse Episco-
pum, qui in Episcopatu filios faciat, alioqui si deprehensus
fuerit, nō quasi vir tenebitur, sed quasi adulter damnabitur,
aut permitte sacerdotibus exercere opera nuptiarum, vt idē
sint virgines quod mariti, aut si sacerdotibus non licet vxo-
res tangere, in eo sancti sunt, quia imitantur pudicitiam vir-
ginalem. Et parum infra: Oportet episcopum irreprehen-
sibilem esse, vt nulli vitio mācipatus sit, vnius vxoris virum,
qui vnam vxorem habuerit, non habeat, & cætera. Ibidem
etiam obseruat Hieronymus, quod superius attigimus, eo
tempore apostolos permisisse, vt episcopus esset vnius v-
xoris vir: quando recenti adhuc ecclesia non poterant inue-
niri tot virgines nec coelibes quidem, quot Episcopis & sa-
cerdotibus opus erat. Obseruemus & nos in verbis Hiero-
nymi, tanta sæueritate fuisse cautum, ne Episcopus, ne sa-
cerdos vxorem haberet, vt tunc cum non poterant ordi-
nari nisi mariti, cogerentur mox ab ordinatione dimittere
coniuges. Si deprehensus, inquit, fuerit: non quasi vir te-
nebitur, sed quasi adulter damnabitur. Non hic spectemus
Hieronymum, cuius verba sunt, tametsi habet, vt pareat,

Aa iii mul-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

multum ponderis eius autoritas , sed attendamus tempora illa quibus hic erat mos totius ecclesiæ , tam vetustus, tam receptus : vt ex eo tanquam ex re quæ ab ipso etiam aduersario negari non poterat , colligat , ecclesiam semper cœlibatum coniugio prætulisse , adeoque decreuisse , vt sacerdotes aut eligerentur coelibes , aut electi fierent . Si talem locum , imo si tales locos (nam Hieronymi verba non eius , sed sanctorum præcedentium & conciliorum sententias continent) posset proferre Philippus , ad confirmandum sacerdotes aliquando vxores duxisse , quas tragœdias nobis excitaret , quas querelas , quas minas , quos terrores nobis insuteret , quibus nos execrationibus deuoueret , quam diris , quam terrilibus , quam tumidum euge suis caneret principibus ? Quorum vicem , ita me Christus amet , vt vehementer doleo . Ecquid est magis dolendum , magisque lugendum , atque tot viros genere illustres , maiorum cum imaginibus tum insigni , vt fuerant non ita pridem omnes Germani , pietate claros , adhæc misarum , quod illorum pleriq; sunt , alumnos & contuberniales , ita fascinatos esse , & velut Circeis poculis dementatos a Luthero , vt eius & cærorum fraterculorum ac sacrificiorum libidini supplices inferuant . Hoccine est decus Germanicum & peculiariis illa animi celitudo ; qua cæteras nationes arteire dicuntur . Hæccine est antiqua illa Germanorum cum pietas tum gruitas , quæ semper a doctrina Christi suscepta , ecclesiam religione coluit , fidei simplicitate sustinuit , armis prouexit . Itane Lutherus , Pellicanus , Oecolampadius & cæteri professio-

fessionis suæ desertores non poterat voluptatibus indulgere, obsequi Veneri, & libidinis suæ frena laxare, nisi tota pene Germania consentiente probante fauente: Quæ olim cū ecclesia non ferebat legitimas sacerdotum vxores: cohabitare maritis, nunc aduersus ecclesiam pugnat ne monachī & sacrificuli quidam separentur a concubinis: Hæc fierent, si testiculi vena vlla paterni vivueret in vobis: Siccine nō pudet Germaniā, quæ quondam Romanorū arma, tyrannorū saeuiciam, hæreticorum etiam Arrianorum furorem exelsa quadam animi magnitudine & ingenuitate contempsit, in cuius laudibus magnificis alioqui & opulentis semper constantia sibi primas obtinuit, nunc tam abiecta, tam effoemata, tam indecora impudicis quibusdam fraterculis cessisse, vt patiatur se ab ecclesiæ totius communione diuelli, ne illi diuellantur a scortis: Videlis quantus se campus aperiat, quæ se nobis offerat copia perorandi, si rhetoricis schema-tibus & Philippi coloribus vti vellem: Sed ea est causæ quam defendendam suscepimus ratio, vt non tam splendi-dæ orationis ornamenta, quam solida argumenta desideret. Quæ uter nostrum expeditius protulerit, & aptius quibusvis etiam Germanis, modo liberi sunt & integri, iudicare permitto, ita tamen vt de totius causæ summa nemo homi-num, nec angelus quidem de coelo, secus ac iudicatum est ab ecclesia, pronunciare præsumat.

Philippica X X. De monastica
professione,

Absc.

F. ALFONSVS VIRVESIVS



Bsoluta causa ccelibatus illorum, qui sacris ordinibus iniciati, ecclesiæ tantum legibus continent, reliquum est, ut quod in præcedentis disputationis polliciti sumus exordio, de ijs disseramus, qui non ecclesiasticis tantum decretis aut sacramenti necessaria conse quutione, sed voto, nulla lege, nulla loci gradus aut ordinis necessitate, sed sua tantummodo sponte suscepito, tenetur ad continendum, super quorum instituto prolixius olim conserentes scripsimus ad Erasmus virum quidem doctum simul & pium, sed in quo frequenter modum desideres: quæ ego honoris potius, quam contumeliae causa nominatum volo, etenim ea dicam, quæ ille nonnunquam ioco, interdum et serio agnoscit. Hic cum tam aperte bellum mihi suscepisse videretur aduersus monachos, vt professionem interdum ipsam nedum mores, subinde traduceret, decreui admonitione consulere, & sus (quod aiunt) mineruam docere, non quæ illum crederem ignorare, sed quæ vel præcipiti scribendi libidine, vel immodico Christianæ pietatis zelo minus astante considerasse videbatur. Quamobrem quando veritas, cui soli nauamus operam, orationis aut verborum varietate non indiget, satis ad huius loci explicationem erit, quicquid ibi diximus, vel præcipua quædam transtulisse. Productis quibusdam verbis Erasmi ex epistola ad Paulum Volzium abbatem, & confutatis, adjicio. Hactenus de extensis observationibus & delectu. Nunc de votis, quæ nostrorum originum antiquarum nimirum interius attingunt, attentius aliquanto conferamus, in quo rum contemptum ne repente aut sine causa incidisse vide ris,

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 189.

ris de monachatus origine præloquutus, mille cum annorū
 vetustate concludis atque in Benedictum atq; Bernardum
 tibi primos monachos refers. At non ita visum est Basilio,
 non Hieronymo, non Augustino, non demum religiosissi-
 mo viro Iohanni Cassiano, qui quo propinquiores aposto-
 lorū temporibus fuere, eo te melius verisimile est monacha-
 tus originem prospexit. Hi omnes monachorum institu-
 tum ab apostolorum temporibus repetū & institutis, quos
 nihil nisi piūm credibile est homines docuisse: utpote qui ni-
 hil præcipiebant: quod prius a Christo non didicissent. Sed
 tu cuius studium videtur monachorum professionē deiice-
 re, non admodum, inquis, desiderabimus tria illa vota ab
 hominibus reperta. De votorum nomine, vtrum vota ne,
 an pollicitationes, promissiones aut pacta appellanda sint, su-
 perfluum esset nunc & puerile contendere. De re autem
 ipsa, hoc est, de animæ, sese hostiam viuam Deo offerentis,
 consecratione atque dedicatione, quæ sit primo quidem in
 baptismo vitæ æternæ cunctis hominibus ianua, postea ve-
 ro non uno modo & fieri potest, & refici, quorum omnium
 arctissimus est professio cuiusdam Euangelicæ profectiōis, Matt. 19
 cuius verbum non omnes capiunt, etiam illi qui eius institu-
 to se verbis & extimo cultu tradiderunt, quam monachi
 tribus illis votis exprimimus. De hac, inquam, audeo dicere,
 quod non hominis cuiusvis adiumentio sit, sed Dei & homi-
 nis Christi Iesu totius virtutis ac pietatis magistri traditio, q
 multa solos docuit apostolos, quæ turbæ aures per animi
 crassitudinem & curarum sacerularium strepitum ferre non
 Monachorum vota e. et Ch. i. traditio.

Bb poter

F. ALFONSVS VIRVESIVS

poterant. Hæc ut manifestiora fieri possint, vota singula se
orsum conferamus.

Primum omnium coelibatus votum proferatur, quod
plerumq; sine alijs suscipi solet, iuxta consilium apostoli dicen-
tis: Bonum est homini mulierem non tangere propter forni-
cationem autem vniusquisque vxorem suam habeat. Et rur-
sum: Igitur qui matrimonio iungit virginem suam bene fa-
cit, & qui non iungit melius facit. Et rursus de vidua: Cui au-
tem vult, inquit, nubat tantum in domino. Beator autem erit
si sic permanerit secundum meum cōsilium, puto autem q;
ego spiritum Dei habeam. Hoc itaq; votum non tātum ab
apostolo, verum et ab ipsius Christi doctrina originē ducit.
Scribit enim Matthæus differenti Christo de matrimonij
fœdere quod nulla posset ratione dissolui, respondisse disci-
pulos: Si ita est causa hominis cum uxore nō expedit nube-
re, quibus Christus ait: Non omnes capiunt verbum istud,
sed quibus datum est, sunt enim eunuchi, qui de vtero ma-
tris nati sunt: & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus,
& sunt eunuchi qui seipso castrauerunt propter regnum
coelorum. Qui potest capere capiat. Ex his Christi verbis fa-
cile (ut reor) erit vnicuique colligere, cuius instituto coeliba-
tum amplectamur. Christus enim ipse hanc egregiam vir-
tutem commendans, ad eius nos contentionem inuitat, di-
cens: Qui potest capere capiat. Iure autem præceptioni addi-
dit temperamentum, quoniam, ut prius dixerat, non omnes
capiunt verbum hoc, id est, non omnes assequuntur hoc or-
dine perfectionis fastigium. Dixerit autem quispiam. Ego

ecclibatum a Christo commendatum haud nego, verum q[uod] huic tam rarae difficultique virtuti se quisquam astringat votu[m] non Dei sed hominum esse traditionem confirmo. Hoc opus, hic labore est, astriuendi non ecclibatum sed necessitate perpetuo continendi, quae proficiuntur ex voto, quam ratione cinatione prius, mox ipsis Christi verbis demonstremus. Principio vouere res honestas, studiosas, pias, honestum ipsum etiā esse ac Deo gratum, per sacras literas manifestius quam ut dubitare possimus, apparet, si voto (inquit Deus ipse) vel sponte quispiam obtulerit hostiam eadem simili-
 ter edetur dic. Qui locus duobus modis pietatem præsta-
 ri significat, sponte scilicet, cum quis nulla se astrinxit ne-
 cessitate, & voti nuncupatione, quae scilicet sponte suscipi-
 atur, necessario tamen quod semel promissum est exhibe-
 tur, utrumque modum Deus probat, utrumque commenda-
 dat, quod id ipsum eiusdem verbis aut similibus horū quae
 modo citauimus Moyses non semel declarat. Hinc est illud:
 Latatus est populus cum vota sponte offerrent, hoc est, 1. PAR. 10
 quod diximus, vota sponte offerri necessitate præstari. Ne
 temere quid loquaris, inquit Salomon, neque cor tuum Ecces. 5
 sit velox ad proferendum sermonem coram D E O. Et pa-
 rum infra: Si quid vouisti Deo ne moreris reddere, disipli-
 cet enim isti infidelis & stulta promissio, sed quodcunque
 voueris redde, multoque melius est non vouere, quam post
 votum promissa non reddere. Apparet igitur his locis &
 id genus alijs, quae in eandem sententiam possent afferri vo-
 ta quae de rebus p[re]ijs concipiuntur, & nuncupantur, & bona

Bb ij esse,

Leuit. 7
 Vouere res
 honestas,
 ei si deo gra-
 tum.

F. ALFONS VS VIR VESIVS

esse, & placere Deo, cui bona cuncta placent. Coelibatum vero rem esse non modo bonam verum & optimam palam faciunt Christi verba illa quæ produxeramus. Ex quibus efficitur, coelibatus votum ipso Deo auctore suscipi, cui gratum esse tum locis scripturarum, tum ratiocinatione monstrauimus. Quid quod Christus ipse (ut quod de verbis eius pollicitus sum non prætermittam) haud quæcunque coelibatum, sed perpetuum & constantem, quemque nullo modo deseruisse liceat, spadonum illa distinctione commendat. Ipsa enim vox per triplex spadonum genus distributa de illis Christum differuisse significat, qui nullo modo aut iure vsqueaque generare possint. Hi sunt enim quos eunuchos & spadones appellamus, quorum duo genera Christus exposuit, quibusque tertium addidit, eorum videlicet quibus nec vis nec naturæ vitium, sed pietas gignendi protestatem subtraxit, ut quemadmodum utriusque illi non possunt naturaliter gignere, ita & hi, q sibi pietatis causa gignendi ius ademerunt, non possint nisi impie generare, quod id ipsum nequit, nisi his qui voti susceptione continent accedere. Alioqui coelebs etiam si sit virgo, quotiescumque voluerit, pie tum nubit, tum ducit, si coelibatum Deo non promisit. Quandoquidem non est eius coelibatus castratio illa quam Christus commendat, & suadet, dices: Qui potest capere capiat. Quibus ego verbis Paulina quædam adiungo. Et qui non potest capere non contenerat: alioqui Christū ipsum soli sequuntur quocunque ierit, qui que vsque adeo coelibes honeste

honestare decreuerit, ut matrē non elegerit, nisi eā quæ cceli-
batus votum perpetuo susceperebat. Alias qui posset virginis
illa responsio cū angelica legatione cōgruere: Quomodo fiet ^{Lucas 1}
istud qm̄ virum non cognosco? Potuit nimirum illi ab ange-
lo responderi: Etsi hactenus non cognoueris, quid miraculi
habet conceptionis & pariendi promissio facta virginī, quæ
& adulescentula est, & despōnsata viro, sed hanc responsionē
excludedat virginis animus, cui certum erat & pollicitatione
aut si maiis inuiolabili proposito (puerile est enim de nomi-
nibus contendere) fixum perpetuo cōelibem fore. Hoc est,
quod nos votum cōlibatus appellamus, cuius autorem ha-
bemus Christum, exēplo vero eius matrem, hoc inter cætera
nomine super omnes foeminas benedictā, quod prima oīm
hoc se voto Deo totam dicauit & astrinxit, idq; non autoris-
bus Benedicto, Bernardo, aut antiquiore Basilio, sed Christo
ipso cœlestis disciplinæ magistro, qui vernantis liliū cando-
rem, quem cunctis erat fidelibus commendaturus, in virgi-
ne matre sumptis primitijs consecrauit. Hęc prolixius quam
opus erat. Nunc aliud de tribus votis conferamus.

Hac est voluntaria paupertas, cui promissum est regnum
cœlorum, diuitiis ingressu difficile, ne dicā impossibile, no-
ta sunt Christi verba apud Mat. quibus hæc oīa continetur,
quibusq; pronunciat rerū omnium abdicationē non quan-
cunq;, sed quæ voto concipitur, ad euangelicā perfectionem
multum conferre: Si vis, inquit, perfectus esse, vade vende oī-
mnia quæ habes & da pauperibus & sequere me. Quo in lo-
co, eadem, qua superius, ratiocinatione colligere possumus,

B b iij per-

Matth. 5
Matth. 19
Paupertas
voluntaria
ad perfecti
onem euā
gelicam
multum
confert.

F. ALFONSVS . VIR VESIVS

perpetuae paupertatis premissione & piam esse, & Deo grata
tam: Sed maiora molimur, ostendere videlicet, non de qua
cunctis paupertate Christum esse loquitu, sed de ea quae voti
nuncupatione confirmatur, eamque esse quae nobis gradum
facit ad perfectionem. Hoc venditionis verbū significat, quod
spem adimit, quas semel abiecerimus facultates, rursus recu-
perandi. Cur enim vendere suadet, si non perpetuo deseren-
das docebat? Potuit profecto dixisse: Vade & omnium que
habes, seposita cura, eorum dispensatione alteri trade, aut penes
aliquem bonorum tuorum facultates depone, ut me expeditior
sequi possis, sed hoc non esset illius summæ virtutis, quae per-
fectionis aditum continet, disciplinam nobis tradidisse: quae,
ut cœlibatus spadonis nomine nuptiarum ius adimit in perse-
tuum, ita venditionis verbo omnem diuitias habendi spem
& affectum euangelicam perfectionem capessentibus subtra-
hit. Hoc igitur Christus hic agit venditione, quod superi-
us castrationis verbo significauerat, utробique perpetuam &
irreuocabilem perfectionis aggressionem suadet, quam nos
voti nuncupationem appellamus, voce si non euangelicis li-
teris aut apostolicis expresse tradita, certe re quo cuncte eā ve-
lis appellare nomine, nō ab alio quā a Christo accepta, quanq;
& nomen ipsum saepè alias est sacris literis usurpatum, quo-
ties aliquid firmum, constans & irreuocabile Deo offerri de-
clarant, cuiusmodi cœlibatum aut paupertatem, quae Christus
nobis cōmēdauit & docuit, esse debere probauimus. Sed hic
fortasse quispiā obſīciat, haud esse credibile Christianos oēs
apostolorum temporibus monachos fuisse, aut paupertatis
votum

ADVERSUS LVTH. DOGMATA. Fol. 192.

votum suscepisse,cum tñ legantur oēs iuxta hunc,quem mo-
do produximus,euangelij locū vendidisse oīa quæ habebat
& in pauperz vsum erogasse,fuisseq; oīa tam diuitibus quā ^{Aet. 11}
pauperib; cōmunia,distributa singulis prout erat opus v-
nicuiq; quod id p̄m si monachor; est institutum,necesse est
nos fateri oēs illius temporis Christianos monachos fuisse,
quod nec verisimile est,& ecclesiæ ratio,quæ multiplici con-
stet diuersor; ordinum professione,nequaq; id nos credere si-
nit.Huic ergo argumentationi respondeo,nō esse meum dis-
quirere a quibus,quā multis,quare,quot modis temporalia bo-
na contemni & in pauperz vſus erogari possint,nā multa fi-
unt a monachis,quę a quibusuis Christianis fieri posse,& in-
terdum fieri,sine monachatus ascriptione non ignoramus:q-
rum pietas peculiaris & temporanea nihil detrahit publicæ
pietatis professioni,qualis est monachor; institutio . Sed &
negari mihi posse,video,vt aliter obiectioni respōdeā,quod
primo ad colligēdū proponit,oēs,scilicet Christianos aposto-
lor; temporib; bona sua abiecisse,vēdidisse,tradidisse paupe-
ribus.Fecerunt hoc multi in Hierosolymitana præsertim ec-
clesia,sed non omnes,Quotquot autem fecerunt,quid erit si
fateamur monachos fuisse,aut si nomine offendaris id fuisse,
quod monachi esse conantur,prosuntur,tamen si multi non
assequantur? Extant apostolorum scita illa omnium prima
atq; celeberrima,quibus cauetur,vt conuersi de gentibus ab-
stinerent a sanguine & suffocato & fornicatione . Sanguinē,
& suffocata,quorum abstinentia data est ad tempus Iudæo-
rum neophytis,qbus conniuentum erat cæteris Christianis,
omit-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

omittamus. De fornicatione, te rogo, an ne credis bona sua in
fidei susceptione deseruisse, qui se nec a foeminiis quidem non
suis cōtinebant? Credo igitur omnes illos aut illorū plures de
quibus scriptum est. Multitudinis credentiū erat cor vnum
& anima vna, necq; quisq; eorum quæ possidebat aliquid suū
esse dicebat, sed erant illis omnia cōmunia, monachos fuisse, si
nominis humilitatem noa contemnas. Quandoquidem &
illa facultatum abdicatio non sine publica siebat contestatio
ne quadam, quæ professionis & voti speciem videretur ha
bere. Alioqui haud intelligo in quo Ananias fuerit spiritui
sancto mentitus, de quo scriptum sit: Anania cur tentauit sa
tanā cor tuum, mentiri te spiritui sancto, & fraudare de pre
cio agrī. Nōne manens tibi manebat, & venundatum in tua
potestate erat. Quare posuisti in corde tuo hancrem? Nō es
mentitus hominibus sed Deo. Manebat ager Ananiæ Chri
stiano, ante venditionem agri, manebat et agri preciū illi post
venditionem, nec mortuus fuisset, si agrum non vendidisset,
nec si venditi se precio non abdicasset. Quid ergo abrenunci
ando facere voluit, si iam Christianus erat? Profecto mona
chus fieri decreuerat, aut si noīe offendaris, euangelicā se velle
paupertatem amplecti conceptis verbis professus est, quibus
spiritui sancto mentibus conuincitur, eo qd non vere & sim
pliciter, quod cæteri eiusdem professionis consortes præsta
rent, fecisset perpetuā, scilicet integrā, perfectā paupertatē,
cuius votū cōceperat, amplecti, & cuiuscunq; rei vel minime
tanq; propriæ possidendæ sibi ius & spē prorsus adimere. E
rant igitur omnes illi, quorū meminit Lucas, quosq; describit
in

In cōmuni viuentes, euangelicæ paupertatis professores sub apostolorum & reliquorum Christi discipulorum pastorali ducatu viuentes. Postea vero quam apostoli & proceres discipulorum ob Euangeliū negocium latius peragendum per totum dispersi sunt orbem, iij qui sub apostolor̄ magisterio non modo fidem Christi, verum & euangelicam perfectiō nem professi fuerant, quibusq; apostolicus adhuc inerat pie tatis ardor, ne ceteror̄ Christianorum remissius viuentium, contagio & ipsi teperescerent, discendentes a ciuitatibus suis in locis suburbanis ac secretioribus cōmanere coeperunt, ac sub euangelica regula & aliquibus forte institutis haustis (vt verisimile est) ab ipsa apostolorum doctrina, verbo duntaxat tūc temporis tradita, agminatim viuere, qui propterea quod segregati a ceteris fidelium turbis naturales societates viri sci licer, & vxoris, parentis & filij, domini et serui, sola euangelica cohabitatione contenti respuebāt, castrantes semetipsos pro pter regnum cœlorum, & propter æternæ hæreditatis the sauros inenarrabiles in terra thesaurizare nolentes, monachi appellari a ceteris Christianis coeperunt. Horum itaq; studi um monachatus ille est, quem tu pietatem esse negas. Nā monachorum hierarchæ Basilius, Benedictus, Bernardus, & reliqui omnes, non tam monachatus exorientis institutores, at que delabentis (vt hominum studia quantumlibet pia, tandem frigescunt) restitutores fuerunt: quemadmodum & de Antonio antiquiore etiam monacho Hieronymus prodit, quod non tam ipse ante omnes monachos fuit, quam ab eo omnia incitata sunt studia. Quorum omnium: Non certe

Cc Bene-

F. ALFONSVS VIRVE SIVS

Benedictensium aut Franciscanorū qui nondū erant, sed eōrum qui de apostolorum reliquijs adhuc perdurabant, quorum temporibus proximus fuit Antonius. Et hi quidem pri
mo cæteris Christianis mintis cōmunicabant, non dēdignationis contem ptu, sed propriæ vtilitatis intuitu, cui soli pro
spicere licebat, & consulere, tunc cum publica vtilitas corz o
peram haud desiderabat. Nā episcopi & sacerdotes adeo sa
lutis animarū cupidi erāt & studiosi, vt qui episcopatum ex
peteret, bono cuidā laborioso & operoso, vt Paulus ait, se mā
ciparet, & presbyteri episcoporū vices pie & fideliter exequē
bantur: necq; de decimis aut prædiotorū iure erat eis contentio,
sed de euāgelici muneriis functione, in qua non solum pietate, verum & æmulatione quadam, vt significat Paulus, Chri
stus annuncia batur, quod illi honoratiōres haberentur, non
qui ditiores essent aut satellitibus stipatiōres & exoletis, sed q
in Euāgelio prædicando & ardentiores & frequentiores.
Quamobrē nulla monachos tunc temporis cogebat necessita
tas, vt cellularum recessus egredierentur, tam paucis credentiis
bus, vt potius vulgi multitudine infici possent & opprimi,
quam pauculis illis fidelibus, de quibus summa erat cura episcopis & presbyteris, subuenire. Porro cum successu tempo
rum credentium augeretur multitudo, & principum sequitia
in Christianos indies remitteretur, ita vt ecclesiarū episcopi
& cæteri ministri fidelium oblationibus ditari iam incipe
rent, coepit abundare iniquitas, charitas frigescere, rerum tem
poralium sollicitudo, episcoporum mentes ab euāgelico mu
nere seducere, monachorum & quorumcunq; piorum ho
minum

a. Timo. 3

Philip. 1

Math. 24

minum ac sapientium opera in ecclesia desiderari: cuius occa-
sionis pretextu monachi familiarius, & (vt ita dixerim) man-
suetius reliquis Christianis cōmunicabant: quibus salubria
consilia & æternæ vitæ impartiebant præcepta: Huius rei
causa coeperunt in precio & veneratione maxima in populis
haberi: ita, vt sicut ex Dionysij, Hieronymi, & Augustini lite-
ris colligitur, magna esset episcopis & cæteris ecclesiæ proce-
ribus cura, de monachorū iudicio in separandis hæreticis &
cōmunione fidelium, qui tunc abundantius pullulabāt: Epi-
scopi etiam maxime vererentur monachorum offenditionem
ob sapientiam & sanctitatem, quam in eis populus venerabat,
& suspiciebat. Hac aut̄ omnium ordinū obseruantia, mona-
chorum nō nulli (vt est hominū ingenium inconstans) abu-
si, plus iusto coeperunt in sole scere & autoritatis arrogare sibi:
alij extra cœnobia diutius euagari, quam necessitas exigebat,
& monastica ferebat disciplina, Vnde coacti sunt Episcopi,
synodicis actis ad quasdā eos regulas modestiæ & honestio-
ris vitæ instituta reuocare, & monasteriorum præpositis, vt
eos in pristina viuendi norma, & quiete continerent præci-
pere: Cuius rei gratia obediētiæ votum siebat, vt omnis crea-
tura, iuxta doctrinā apostoli, potestati bus sublimioribus sub-
deretur: Monachorum igitur insolentia in causa fuit, vt obe- Roma. te
dientiam conceptis verbis profiterentur, non quod eius vo-
tum tunc temporis primo coepit, sed quod non ante hac tan-
ta præstabatur circumspectione: Non erant prescripta verba
vouentibus, nec eius custodia tanta censura exigebatur a
præpositis. Alioqui monachi, cœnobitæ, præsertim qui sub-

Cc ij hoc

F. ALFONSVS VIRVESIVS

hoc nomine, cōmunius intelligi solent, nunquam sine obedi-
entia et arctissimo vinculo fuerint; nec esse quidem potuerūt,
cum hoc euangelicæ militiæ symbolum, sicut & alia duo, de
quibus hactenus differuimus, Christus ipse nobis tradide-
rit, quod id ipsum nobis conferendum superest.

Obedien-
tia est finis
monasticæ
professio-
nis.

1. Reg. 15

Hebr. 5

March. 6

2. Cor. 7

Distulimus vero hactenus de obedientia conferre, qm a-
ptius vltimo loco tractatur, quæ finis est & velut scopus tota-
us monasticæ professionis. Videntur hoc prophetæ verba
significare, quibus dicitur: Nunquid vult Deus holocausta
& victimas, & non potius ut obediatur voci dñi? Melior est
enī obedientia q̄ victimæ, & auscultare magis quā offerre adi-
pem arietum, qm̄ quasi peccatum ariolandi est repugnare, &
quasi scelus idolatriæ nolle acquiescere. Apostolus quoqz
Paulus obedientiæ fastigium nobis in Christo cōmiendaret,
incomprehensibili quodam mysterio eam didicisse prædi-
cat dicens: Evidem cū esset filius Dei, didicit ex ihs quæ pas-
sus est obedientiam & consummatus factus est oībus obtē-
perantibus sibi causa salutis æternæ. Porro postremam esse
obedientiam in monastica professione, & cæterorum omni-
um quæ profitemur, quasi finē & scopum ideo dicimus; quia
ad eius absoluotiem perfectionē reliqua duo vota precedere
oportet, & inseruire. Nam qui potest homo alterius se totum
voluntati & imperio mancipare, nisi prius ab omnium se re-
rum seruitute prorsus absolverit; Nemo, inq̄ Christus, duos
bus dominis seruire pōt: Idcirco eum qui perfectæ obedien-
tiæ holocaustum offerre decreuerit, a coniugij primum vin-
culis liberum esse oportet; mulier siquidē (vt Apostolus ait)
non

non habet potestatem corporis sui, sed vir: similiter nec vir potestatem corporis sui habet, sed mulier. Necesse etiam illi est: ut a diuitiarum se & quarumcunque temporalium facultatum tyrannide vendicet, quando non modo qui vxorem Lucas 14.
duxerat, verum & qui villam, quicquid iuga boum emerat, coe-
lesti conuiuio rei familiaris curam causati non interfuerunt.

A quo autem superatur, quis eius seruus constituitur. Actus 1. Paulus.
rendus igitur primo est animus in libertatem duobus votis,
paupertatis scilicet & cœlibatus, ut ingenuæ Christi serui-
tuti per obedientiam nos totos perfecte dedamus. Significa-
vit hoc Christus qui cœlibatu exposito & paupertate com-
mendata addit adolescenti, quem ad paupertatem adhorta-
batur. Et sequere me. Sequimur illum, cuius gressus & ob- Matth. 19.
seruamus & imitamur. Christus autem obedientiæ præser-
tim instituit via, ita ut Paulus ad hoc factum hominē (quod Heb. 5.
superius citauimus) prædicet, ut obedientiam ex ihs quæ pas-
sus est dicens, fieret obtemperantibus sibi causa salutis. Et
quaniquam est quedam obedientia, quæ vulgo creden-
tium fatis sit, ad hoc ut illis prospicit Christus, non ad hanc ta-
men adolescentem adhortabatur, quæ rerum abdicatio-
ne non indiget, sed ad aliam arctiorem, quam ab altero exi-
git adolescenti, cui nec humanæ pietatis in parentes occasio-
ne, ab obedientiæ iugo semel suscepito recedere permittit. Si-
ne, inquit, mortuos sepelire mortuos suos. Qua censura & Matth. 5. Ibidem.
quasi iure pastorali noluit ut erga scribam, q se etiam secutu-
rum offerebat: non quod pia quorumcunque hominum
vota despiciat, sed quia sciebat scribam onustum diuitijs,

Cc iij præ-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

præstare non posse, quod verbo tatum pollicebatur. Quod
id ipsum utinam monasteriorum prepositi animaduerteret,
& imitarentur: ne sine maximo ætatis, morum & ingenio-
rum delectu quenquam admitterent ad temere aggredien-
dum, quod tam infeliciter a multis, postea magno religionis
dedecore, maiori autem animarum periculo, deseritur. Re-
spondit itaq; Christus scribæ sequuturum se polliceti: Vul-
pes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius autem homi-
nis non habet, vbi reclinet caput suum. Quorum verborū
sententia est: non potes nudum sequi, diuitiarum & rei fa-
miliaris cura circumplexus. Hunc igitur respuit, tanquam
Euangelicæ perfectioni, ob amorem diuitiarum, ineptum, il-
lum vero tanta fæueritate retinet, ut nec ad parentes sepeliens
dos abscedere sinat. Iam quemadmodum per obedientiam
nobis sequendus sit Christus alio loco manifestius ipse de-
clarat: Si quis vult, inquit, post me venire, abneget semetipsum,
& tollat crucem suam & sequatur me: Quid est seipsum ab-
negare, nisi nulla in re iuris sui esse velle, a seipso quodammo-
do desciscere, & alterius voluntatem in cunctis sequi? Ita
Philip. 3 Christus abnegauit se, dum (quod ait Paulus) semetipsum exi-
naniuit, factus obediens usque ad mortem. Hanc exinanitionem
seu humiliationem & obedientiam Christus in se nobis imi-
tandam, vel teste ipso, ne remotores quæramus, proposuit:
Matth. 11 & hortatus est apud Matthæum. Quem locum ita paraphra-
stice interpretaris: Discite a me, quod mitis sum & corde mi-
nime elato, &c. Totus ex patris nutu pendeo: ille poenas exi-
get ab improbis, ille præmia reponet benefactis: illi cedo to-
tam

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 156.

tam gloriam: illi committo omnium solicitudinem: ego sim
 plíciter illius voluntati per omnia morem gerēs, quod in me
 est, studeo bene mereri de omnibus, nocere nemini. En tuis
 ipsius verbis obedientie species & exemplar in Christo pro-
 positum, totius vitae rationem ab alterius nutu & voluntate
 pendentem continet, quam sola praeceptorum Dei obserua-
 tione minime praestamus. Nam quemadmodum de coeliba-
 tu diximus & paupertate, esse quandam communem, ad
 quam omnes homines tenentur, & assequi possunt, iustitiā:
 qua a noxijs voluptatibus continent, permisis cum mode-
 stia et gratiarum actione vtuntur: qua etiam ab alienis se cō-
 tinent facultatibus, & de suis pauperum inopiæ subueniūt,
 reliqua vero in timore domini possident, & sine cuiusquam
 augent nōumento: ita est etiam quedam obedientia com-
 munis, qua proprie voluntatis tumor legi Dei comprimen-
 dus praeceptorum obseruatione subiicitur: in cæteris autem,
 quæ permulta sunt, libertatis suæ vtuntur iure, & proprie
 voluntati laxant habenas. Hæc, inquam, communis est via:
 extra quam nemo peruenit ad vitam, & cui cætera omnia
 compendia deseruire debent. In ea tamen quo frequentior
 est, eo plures, ut ait Propheta, absconderūt superbi laqueos Psalm. 144.
 nobis. Nam qui onusti familia, coniuge, liberis, & rei fami-
 liaris cura illam ingrediuntur, tribulationem, inquit Pau- 1. Cor. 7
 lus, carnis habebunt: quandoquidem semen illud verbi
 Dei, quod cecidit inter spinas ab huius sæculi solicitudini-
 bus suffocari solet: & qui vxorem duxerat inuitatus ad nu-
 ptias, non ut cæteri rogat excusatus haberí, sed intrepide
Matt. 25
Matt. 15
 falso

F. ALFONSVS VIR VESIVS

falso pronunciat, se non posse venire. Quamobrem proposita est a Christo altera sublimior & Euangelicæ perfectioni propinquior via, ad cuius ingressum nemo cogit, tam et si semel ingressis non est liberum retrocedere. Nemo enim

Lucæ 9,

Matt. 19,

Quid ad-

dat mona-

stica pro-

fessio com-

muni vi-

etiam ho-

nestæ.

i. Petri 1

Ecclesiast.

18

monachū

mittens manum ad aratum, & respiciens retro, aptus est regno Dei. Secundum hanc qui se castrauerunt propter regnum ccelorum, nullius cupidinis voluptatem sibi licere volunt, & qui semel omnia reliquerunt, vt ait Petrus, vt Christum sequerentur, nullius terrenæ hæreditatis dominatum sibi contingere cupiunt: & qui se totos Dei tradiderunt obsequio, vt pia Christi mancipia, Euangelicam seruitutem ciuili præferentes libertati, nulla sui iuris esse patiuntur, quoniam non solum a cupiditatibus, verum & a voluntatibus nostris ut auertamus nos Sapiens hortatur. Hanc si nescis monachi ingredimur viam, imo hic est ille monachatus, quem tu pietatem esse negas, & ad vitæ ciuilis genera, fabros scilicet milites & iurisconsultos ac cæteros humanæ societas communes ordines reijcis. Nos vero illam absolutæ pietatis culmen continere defendimus, cuius institutionem, doctrinam & hortamenta saluberrima non a quoquis homine, sed ab ipso accepimus Christo, qui voluntarios probat spadones, qui que rerum omnium abdicationem pietatis consummationem suadet, postremo qui ad suipius abiectionem, quo facilius ipsum sequi valeat, hominem hortatur, quod id ipsum obedientia non quæcunque, sed ea quæ modo descripsimus, aut sola aut maxime præstat. Atqui vera sunt, inquies, hæc omnia, quorum tantopere fidem no-

bis

bis facere conaris. Esto Euangelicæ perfectionis virtus obedientia non quæcunque, sed quæ omnium etiam cogitacionum nedum operum et verborum ius adimat homini: eam Christus citatis locis & pluribus alijs docuerit, sed quid hoc ad monachorum placita, quæ hominibus obedire præcipiunt, & de re tam ancipiti anima dari ob sidem cogunt: Obedientiam Christus docuit, præsttit, suasit, sed illa, qua mens Deo subiicitur, eiq; per cuncta obedire conatur, iuxta illud apostoli: Patres quidem carnis nostre eruditores habuimus, ^{Heb. 11} & reuerebamur eos, nō multo magis obtemperabamus patri spirituum & viuemus: Hanc Christus docuit, & huius se nobis exemplū proposuit, quod locus ille nobis paraphrastice enarratus a te dudum productus ostēdit, cui consonat illud: Descendi de cœlo non ut faciam voluntatem meam, ^{Iohan. 6} sed voluntatem eius qui misit me, & multa in hunc modū: Ita igitur, inquies, & ei obedire totis animi viribus contente, cui Christus, cui apostoli, cui martyres, cui omnes ecclesiæ proceres obedierunt, nempe Deo, cuius non modo præceptis, verum simplici monitioni quo minus obedias nemo tibi impedimento erit, nemo obstrepet, nemo taxabit. Si hec dixeris, quinimo cum te dicturum minime dubitem, bene se res habet, quod obedientiam probas, quæ mandatorum Dei præfinitionibus non contenta, ad superiora graftatur, et nihil iuris homini in seipsum relinquit. Nam quod obiicis, satis esse nobis obedire Deo, cui Christus & obedivit, et obediere nos docuit: nihil ijs quæ sunt hactenus confirmata detrahit, quando ipsius Christi verba sunt, de hominibus lo-

Dd quen-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

quentis ad homines: Qui vos audit me audit, & q[uod] vos spernit me spernit, &c. quibus significat non modo suis, verum & hominum verbis Deum imperitare hominibus consueuisse. Necq[ue] em est quisquam adeo demes, ut quod Christus patri obedierit omnia suggestenti, nos nihil nisi quod Deus per semetipsum edixerit facturos esse contendat. Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quae ipse facit, vnde fit: & illud eiusdem filij: Filius non potest a semetipso facere quicquam: sed quaecunque viderit patrem facientem, hec eadem similiter & ipse facit. Nos vero quando dignabitur Deus per semetipsum alloqui, monere, ostendere, non modo rerum agendarum summas & capita, verum & singula quaeque, quantumuis minima quae vel facienda fuerint, vel dicenda, vel etiam cogitanda. Qua ratione per singula, quae nobis vel facienda vel omittenda succurrerint, Deum consulere ac rogitar poterimus. Fient haec quidem in patria, vbi, quod ait Propheta, erunt omnes docibiles Dei, cuius presentia omnes non modo ignorantiae verum ambiguitatis nebras & cunctationem submovebit ab animis beatorum, fierent & nunc, si nobis expediret ad salutem, & fragilitatis nostrae conditio pateretur. Veruntamen omnium rerum artifex Dei sapientia hoc antidoti genus curadæ hominum superbiæ adinuenit, vt qui Deo ipsi per semetipsum præcipienti quandam obedire contempserat homo, nunc homini obedendo subdatur & in salutem illam hominis propter Deum obseruantia euadant, qua de ipsius contemptu & voluntatis eius transgressione amiserat. Quamobrem etsi huius obe-

Iohannes,

Iohannes,

Isaiae 58
Leban. 6

Cap. 7

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 198.

obedientiae sacrificium Deo immoletur, hominibus tamen,
qui Dei erga nos vicem gerunt, est persoluenda, de quibus,
ut modo citauimus, Christus ait: Qui vos audit me audit, et ^{Lucas 10}
qui vos spernit me spernit: Quin & hoc maxime modo
quod quotidie orando dicimus, vtcunque præstamus, ut ^{Math. 5}
fiat scilicet voluntas Dei sicut in cœlo & in terra. Hoc est, si-
cuit in cœlo non partim Dei, partim hominis voluntate vi-
uitur, sed solius Dei nutu et imperio fiunt omnia, ita & in ter-
ra quoad fieri possit, nullatenus voluntati nostræ inservia-
mus, sed iuxta Sapientis consilium a voluntatibus nostris a= ^{Ecclesiastes 13}
uertentes, Dei voluntatem, de qua vel ipsius lege vel maio-
rum placitis constare nobis potest, in omnibus tum facien-
dis tum omittendis sequamur, fiatq; in nobis quod de veris
Euangelij cultoribus Propheta longe ante prædixerat: Si ^{Isaiah 58}
auerteris a sabbato pedem tuū, facere voluntatē tuam in dīe
sancto meo, & vocaberis sabbatum delicatū & sanctum dñi
gloriosum, & glorificaueris eum, dum non facis vias tuas &
inuenitur voluntas tua vt loquaris sermonem, tunc delecta-
beris super dñō: & sustollam te super altitudinem terræ, &
cibabo te hæreditate Iacob patris tui, &c. Diem sanctum do-
mini lucem Euangelice veritatis appellari quis ignorat, quæ
& sabbatum dicitur, quod in ea vera requies animorum iux-
ta Christi Iesu promissionem inueniatur. In hoc igitur die ^{March. 11}
quicunque glorificauerit dominum non faciens voluntatem
suam, neque viam propriæ cogitationis sequutus, sermonis
etiam licentiam cohibuerit, delectabitur super domino, &
sustollebitur in altitudinem terræ, eam de qua Hieremias:

D d ñ Bo³

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Treno. 3 Bonum est, inquit, viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua, sed debit solitarius & tacebit, quia eleuauit se super se, cibabiturque Jacob haereditate, hoc est, strenue per agnatum mercede praemiaritur. Porro cum bifariam Deum hominibus loqui dixerimus, per se scilicet & per praepositos: quibus obedientes Deo ipsi obsecundamus, est quod mouere possit quempiam, ut vel secum tacitis cogitationibus dicat: Qui possum ego scire, hominem hunc, qui mihi praeficitur, Dei voluntatem mihi, dum imperat, proponere. Aut unde huic idiotae fortassis et flagitioso potius quam mihi perspectam esse colligam Dei voluntatem? Cui ego fiderem, non sit aduersus Christi doctrinam, secundum eius fieri voluntatem: cum etiam si nihil probitatis huiusmodi operibus insit, obedientia ramen ipsa qua sunt, bona non esse atque adeo Christo gratissima nequeat. At qui tantum adest haec obedientia (dices) a monachatu, ut monachorum omnium perfectissimos iuxta atque clarissimos illam promisisse nunquam legamus, neque suscepisse quidem. Huius rei testes locupletissimi sunt Paulus, Antonius, Macharius, quin & Hieronymus non monachorum modo, verum totius ecclesiæ decus & honestamentum. Oportune mihi Hieronymum produxisti, eiusdem enim verbis tibi respondebo, qui in libello de virginitate ad Eustochium tria esse narrat monachorum genera. Primum coenobitarum, quos Aegyptij Suales vocant, Latine vero communiter viuentes appellare possumus, proximum Anachoretarum, quos Latine dicimus.

Monachorum genera.

cimus Heremita, tertium quod Aegyptij Remobothi dicūt,
 hos diuus Benedictus Sarabaitas Aegyptiaco etiam appellat
 nomine, quos nos transfugas (vt abbas Piamon apud Iohan-
 nem Cassianum exponit) interpretari possumus. Horum o-
 ptimos esse cœnobitas multis argumentis edocet. Sarabaitas
 vero deterrimos, vel hoc quod bini vel terti habitent suo ar-
 bitratu ac ditione viuentes, inter quos saepē iurgia esse dicit,
 quod suo viuentes cibo nō patiātur se alicui esse subiectos, e
 conuerso aut paupertatem & obediētiā in cœnobitis præci-
 pue cōmendat. Vt hiamus, inquit, ad eos qui plures sunt, et in
 cōmuni habitant: i. quos vocari cœnobitas diximus. Prima,
 apud eos cōfederatio est obedire maioribus, & quicqđ ius-
 serint, facere. Divisi sunt per decurias atqđ centurias. Manent
 separati, sed iunctis cellulis, &c. Hęc cū ita sint, leuior nunc ap-
 paret obiectio, quam vt opus sit iusta confutatione, oēs em̄ illi
 quos sine obediētię voto monachos fuisse cōmemorat, non
 cœnobitae erant, quorum causam aduersum te suscepimus,
 sed Anachorete. Sed videor mihi, videre te aliam grauiorem
 obiectiōnem, qua semel nos a proposito deijsias molientem.
 Esto, inquies, vt obediētiā opus sit monachatui, atque habe-
 mus pontifices, episcopos, curiones, & alios ecclesiastici ordi-
 nis hierarchas, qbus obedire possumus, vt non modo super-
 flue, verū & ambitione quadam monachi suā monarchiam
 seorsum a cæteris fidelibus fecisse videant. Huius argumenti
 vis exposita ratione obediētię prorsus eliditur. Cum em̄ sit,
 quod superius exposuimus, plenissima quedam animi sub-
 iectio & libertatis nostrae, qua multa per cæteros ecclesiæ

Dd ij magi-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

magistratus & facere possemus & dicere, in alterum transla-
tio, quis non videt eam Episcopis aut cæteris communibus
præfectis minime posse præstari. Quando enim illi multis
impliciti curis nobis moderandis, dirigendis, docendis, per
singula verba, opera, & cogitationes etiam, vacare poterunt,
aut volent, a nobiscq; totius vitae ac singulariæ actionum ratio-
nem exigere. Sed audiamus hac de re Hieronymum, Benedi-
cto, & Bernardo primitis tibi monachatus inuentoribus anti-
quorem. Erat Bethleem vbi diuus Hieronymus in monaste-
rio degebat communi dioecesum iure Hierosolymitano E-
piscopo subiecto, quo munere tunc temporis Iohannes qui-
dam pontifex fungebatur, conquestus est ille nonnunquam
per epistolas quod Bethlemiticæ monachi sibi non obedireb-
ant, eisdemq; ferme vtebatur verbis quæ in argumentatione po-
suimus, cui diuus Hieronymus ita respondet: Porro quod
dicas te petiisse, ut subjicerentur ecclesiæ Dei, & non scinde-
rent eam, necq; proprium sibi facerent principatum; de quib-
us dicas non satis intelligo: si de me & presbytero Innocen-
tio satis multo dormisti tempore, qui post annos tredecim
nunc excitatus haec loqueris, ob id enim ego Antiochiam &
ille Constantinopolim vrbes celeberrimas deseruimus, non
ut te in populis prædicantem laudaremus: sed ut in agris &
in solitudine durescentia peccata deflentes Christi in nos mis-
ericordiam defecteremus. Si autem de Paulino tibi ser-
mo est, vides eum Episcopo suo esse subiectum, versari Ci-
pri, ad visitationem nostram venire interdum, non ut tuum,
sed ut alienum, eius videlicet, a quo ordinatus est: quod si hic
etiam

ADVERSUS LVTH. DOGMATA. Fol. 200.

etiam esse voluerit; & in exilio nostro quietus in solitudine
vivere, quid tibi debet, nisi honorem, quem omnibus debe-
mus Episcopis. Fac a te ordinatum, idem ab eo audies, quod
a me misello homine sanctae memoriae Episcopus Paulinus
audiuit: Num rogauit te ut ordinarer? Si sic presbyterum tri-
bus, vt monachum nobis non auferas, tu videris de iudi-
cio tuo: si autem sub nomine presbyteri tollis mihi, pro-
pter quod saeculum dereliqui, ego habui quod semper ha-
bui, nullum dispendium in ordinatione passus. Habes Hiero-
nimi de tua argumentatione sententiam: In qua non est il-
lud prætereundum, quod tam indissolubile fuit semper mo-
naстicæ obedientiæ vinculum, vt nec per presbyteratus dig-
nitatem, quæ tunc temporis vt rarissima, ita maxima habeba-
tur, monasticæ obedientiæ fugum abiijcere liceret, aut ad Epi-
scopi sacerdotium conferentis se transferre ditionem: Ego,
inquit Hieronymus, habeo quod semper habui, nullum di-
spendium in ordinatione passus. Quid est quod semper ha-
buit? Monachatum utiq; coenobialē, ab eo tempore quo An-
tiochiam urbem celeberrimā fugiens in Bethlemiticum se-
cötulit monasterium, nam antea Anachoretam per aliquod
tempus egerat: Nec clam me est obedientiæ vinculum, vt su-
perius dixi, haud tam aperte atq; circūspecte quondam atq;
hodie fuisse voti nuncupatione, districtum: quoniam simpli-
cius Christiani atq; candidius omnia in ecclesię nascentis ex-
ordio transigebant, postea vero quam Christi & apostolorę
eius exempla animis cooperunt excidere, & vestigia quasi de-
formari, oēs ferme Christiani ordinis sui functione una co-
perunt

ALFONSVS VIRVESTVS

perunt abuti, & a primeua illa euāgelicā propaginis integratate degenerare. Inter quos & monachi lapsi nō nihil sunt, vtinam aut ad illoꝝ nos lapsum erigeremur. Lapsi, inquā, sunt, in solescentibus plus iusto coenobiorū præpositis, monachis vero honestate liberius euagantibus, quam obrem synodicas patrum decretis Abbates iussi sunt Episcopis obedire, monachī vero obedientiæ iure ab Abbatibus repeti. Quæ duo tam salubria decreta vtinā ea sinceritate, qua sunt olim a maioribus tradita, hodie seruaretur. Verum tyrannis per universum orbem, effusa monachorū coenobijs non pepercit, quin horū prius propemodum extinxit & aboleuit, posterius vero supra modum auxit, & vscq; ad cœlū conata est euehere, tametsi vscq; ad inferos superborū oīm & immoderate dominantium domicilia dixerim verius neq; em̄ electo Luciferō, vllus est in cœlo superbiæ locus. Vt cunctū tñ se præfet̄, eti gerant aduersus subditos, & pastores aduersus gregē, illi tamen obedientiæ suæ (modo Christo sibi prius obediendū intelligat) mercede nō fraudabunt̄. Nec propter quorundā insolentiā succensendū est bonis, nec vniuerso ordini & sc̄tōrum patrū quin & ipsius, vt probauimus, Christi detrahēdū sanctiss. instituto, qđ vscq; adeo antiquius est Benedicto, nedū Bernardo, vt cū ip̄a totius hūani gñis salute videatur exortū.

Hæc ferme ante annos XVI. ad Erasmus: Nā eti nihil prorsus addidimus transcribendo, multa tñ p̄termisimus, q;tunc temporis fuerant a nobis iuuenili magis loquacitate, q;causæ necessitate congesta: pro qbus oībus vnum ex Augustino testimonium pro sanctæ paupertatis, quā amplexi sunt monas-

Ecces 9

Malix 14

August.

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 262.

monachi, professione substituam. De terra, inquit, suscitatus
est supra oēs diues ille pauper, & de illo stercore erectus est su-
pra omnes opulentos ille inops, vt sedeat cum potentibus po-
puli, quibus ait: sedebitis super duodecim sedes, & sedem glo-
riæ hæreditatē dans eis. Dixerant em̄ potētes illi: Ecce nos di-
misimus oīa, & sequuti sumus te. Hoc votum potentissimi
vouerant. Sed vnde hoc eis? Ab illo de quo hic continuo di-
ctum est: Dans votum vouenti, Alioquin ex illis essent poten-
tibus quorū infirmatus est arcus. Dans, inquit, votū vouenti.
Non em̄ dñō quisq̄ quicq̄ ratum voueret, nisi qui ab illo acci-
peret, quod voueret lib. XVII. de ciuit. Dei, cap. IIII.

Nunc ad Philippum redeamus, qui victus his rationibus
& alijs grauioribus, q̄ a nostris pro monastico instituto pro-
ducuntur: respondet se de genere doctrine disputare, non v-
trum vota seruanda sint. Sentimus em̄, inquit, licita vota ser-
uari debere, sed vtrū cultus illi mereantur remissionem pctō-
rum & iustificationem, &c. Et addit catalogum quæstionū
prositus parergon, quo videri vult cōplexus capitū summā,
de quibus inter Luther & catholicos suscepta sit circa mo-
nasticam professionem cōtrouersia: tametsi nescio an Luthe-
rus subscripturus sit illis verbis. Non disputamus vtrum vo-
ta seruāda sint, sentimus em̄ licita vota seruari debere: nisi for-
te probando Philippi modestiam in verbis, quo facilius im-
ponat in rebus: re em̄ nec latum (quod aiunt) vnguem Phi-
lippus hic dissentit a Lutherō, licet specie verborum differre
videatur, id quod facile prudens lector ex inferioribus colli-
get: Quæcum ita sint, haud satis possum assequi mente, quo-

Ee nam

F. ALFONSVS VIRVESIVS

nam fato nostro (si modo fati nomine liceat ut) fieri videamus, ut nemo his trecentis supra mille annis ecclesiæ hostis fuerit, qui non bellum eodem tempore nobis quoque visus sit indixisse: Nec ad hoc necesse est a me quempiam nominari, qui haec germanis scribo chronicorum ac rerum gestarum non ignorans. Possunt enim si velint, Arrios, Sabelios, Macedonios, Constantios, Julianos, Valentes, Lucios: & huius generis alia monstra, tum veteratum recentiora meminisse. Quo magis admiror viros alioqui & prudentes, & cautos, qui haec nobiscum ultro fateantur, quorum imitantur exempla, illorum exitus & supplicia non perhorrescere. Sed non potestis deserere verbum dei. Atqui illi nihil magis habeant in ore, quam istam importunissimam vna atque vanissimam ad verbum Dei prouocationem, cui adeo mordicus adhærebant, ut vocem homousion, quod in sacris literis non inueniatur, nolle recipere, ut praetextu verbi Dei, totius fidei Christianæ molē & pondus cuenteret. Vnde & monachos, quos arte aut libertatis lenocinio ad se pellicere nequivissent, primos ab ecclesia statim in acie post episcopos, pertinacius & hostilius quam cæteros Christianos oppugnabant: Quod idipm modo Lutherus, Pellicanus, Philippus, & ceteri complices, verbis, quando exilijs & necibus, quod quondam siebat, non possunt, efficiunt. Bona tamen spes est fore, ut misertus nostri Deus, hac persecutione que a gladio linguae iniuræ & a scandalis operatum mendacium proficiscitur, nos puriores reddet, & sibi acceptiores. Nam dum superbit impius, incenditur pauper. Tametsi video quam parum nobis diuina prouidentia (ut ita dixerim) fidat, quibus leuissima seruaz-

Eccl. 15.

Psalm. 9.

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 22.

seruauit certamina, maioribus nostris principum ac tyranno-
rum fauitiam, oppositis nobis, ut pote imbecillis, relicta est so-
dalium nostrorum rabies pro persecutione. Ex nobis em ex-^{1. Iohann.}
ierunt, sed non erant ex nobis: Qui etsi acuerunt linguas su-^{Psalm. 119}
as sicut serpentes & venenum aspidum sit sub labijs eorum,
nunquam tamen eo produxerunt inuidiam, vt meliori or-
bis parti maiorum nostrorum meritis non probaremur. His
tamen omnibus prudentium considerationi dimissis, quæ-
stionum catalogo quas Philippus coegit, respondere incipiā,
si prius lectorem & vos precipue admonuero, Germani, Phi-
lippum, qui modo nostris obiecerat, quod ad astrictuendam le-
gem coelibatus reuelationes quasdam produxisserent, totam
hanc de monachorum professionibus causam a reuelationi-
bus exordiri. Narrat em aut fingit quendam Franciscanum
fuisse in Germania, qui coniectus in vincula, quod eius do-
ctrina minus cæteris sodalibus probaretur, vaticinatus fue-
rit, successorum sibi quendam Lutherū certe significans, qui
monachorum regnum esset euersurus, cuicq; monachi non
possent resistere: Nugæ: Sic apud Virgilium Dido Libiæ re-
gina imprecans, futura vaticinatur inter Romanos & Car-
thaginenses bella: Aeneam apud inferos multa post sæcula vi-
dere describitur, cum tamen vtracq; poetam scribentem hæc
& fingenentem aliquot præcesserint ætates, quanq; potuit acci-
dere, ut Franciscanus ille nouerit Lutherum iuuenem, iā in-
de ab adolescentia huius furoris, qui postea secutus est, indo-
lem ostentantem, æternumq; (quod ait poeta) seruante sub
pectore vulnus, quo monachorum meditabatur excidium.

Ee ij Sed

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Sed nos tum somnijs tum coniectoribus, cum ea qua digni sunt, fide prætermissis, ad causam accedamus.

Primum itaq; controuersiæ caput est, vt a Philippo propo nitur, Vtrum monastici cultus mereantur remissionē peccatorum, & iustificationem? Quousq; bone Deus, mercenaria hæc & seruilia nobis occinuntur? Nihil ne præstandum est, nihil profitendū, nisi remissionem peccatorū, nisi iustificatiō nem mereat? Quid sibi hisce q̄stionibus vult significare Philippus? Nos remissionem peccatorū, & iustificationem ingenu fatemur neminē sibi posse mereri: promeremur autem varijs ab eodem & probatis et institutis operibus Christū, quo nobis immeritis propicius esse velit, & peccata remittere. Alioquin si nostrum esset mereri iustificationem, cū meritum debeat præcedere mercedem, sequeretur, quod ante iustificationem quisq; mereretur gratiam, qua iustificaretur: quod nemo vnq; catholicus dixit. Sed Philippus querit hæc, & id genitus alia, vt quæstionum fuso significet, id a nobis tribui nostræ professioni, quod tribuere impium esset prorsus & stultum. Sed ne toties respondendū sit importunis huiuscmodi quæstionibus, nos, quomodo, quibus, & cuius meritis remittantur peccata, superius exposuimus sufficiēter, vt credo, certe prolixè, cum de iustificatione et poenitentia ageremus. Monachatum vero suscipimus, non quo peccata præterita nobis donentur, quæ vel in baptismo, vel in poenitentia condonantur. Sed quo facilius futura vitemus, & a præteriorum reatus, sordibus, morbis, indies libiores euadamus.

Proximum caput Philippicæ controuersiæ est, vtrū huiusmodi

Monastica
vita ad qd
accipitur.

modi cultus, sint satisfactiones pro peccatis? Hoc multiplicare verba est, non explicare quæstiones. Nos superius de satisfactionibus differuimus, quicquid operibus nostris tribuunt sacræ literæ ad satisfaciendum, aut promerendū, non potest monasticis exercitationibus, quæ circa eadem opera versantur negari. De ieunijs, vigilijs, sacris precibus, lectionibus, et id genus alijs loquor, non de cucullorum forma, colore, magnitudine, & hisce rebus, quæ non pietatis, sed decoris, & discretionis gratia assumuntur.

Tertium caput est, vtrum illi cultus sint pares baptismo[?] ortum ut existimo, ab illorum dogmate, qui dicūt baptismum nihil hominibus prodesse. Ita enim æquiparatur Philippo, Gal. 5. & 6. tum circuncisioni, tum præpucio, vt Apostoli verbis illis in Christo Iesu nec circuncisio aliquid valet, neque præputium addatur intrepide (nisi quis malit dicere impudenter) neque baptismum. Cuius aut quorū hęc sunt verba, dogmata, cōmenta, quid mirū si quærant: vtrum monastici cultus sint pares baptismo[?] Nam a nobis (de veris monachis, & vniuerso ordine loquor) perinde alienū est prius atque posterius. Post has quæstiones, succedunt aliæ eiusdem farinæ: vtrum monastici cultus sint obseruatio præceptorum & conciliorum: vtrum sint perfectio Euangelica: vtrū habeat merita supererogationis. Haꝝ mediæ respondemus, professionē monasticam continere, ea quæ maxime possunt ad perfectionem iuuare, hoc est, liberum a noxijs et pericolosis curis ac sollicitudinibus animū reddere, alioqui sola charitas est quod vere perficit. Primæ vero quæstioni respondendum videtur, quicqd

Eē iii est

Monasti-
ca profes-
sio conti-
net ea que
maxime
possunt ad
perfec-
tionem iuu-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

est obseruatio conciliorum esse & praeceptorum, licet non
e conuerso. Monastica ergo professio in cōcilīs versatur, eo
tamen spectat, ut perfectius seruentur præcepta. Idcirco nec
cœlibatus nec rerum omniū abdicatio est hactenus cuiquā
præcepta, quod autem capescere volentibus consulantur, a
pertius est, quam vt egeāt nostra confirmatione, & nos pau
lo ante probationes attulimus. Tertiæ questioni respondeo,
merita supererogationis nulla esse, si debitum cui superero
gandum est, & addendum id quod meremur, absolute con
sideretur, si vero consideretur in ordine ad necessitatem, quæ
sacris literis est nobis imposita, quicquid boni operis nota te
nemur lege præstare, supererogamus non debito, sed necessi
tati: Hoc est, nemo plus expensum potest ferre, quam retule
rit acceptum, sed potest aliquanto plus exhibere, quam ab il
lo cui deseruit, secundum suæ legis præscriptiones erat exi
gendum. Continenter quæritur, vtrum monachorum me
rita applicata alijs saluent eos. Quare hoc: Nempe quia mo
nachi prædicant se esse cæterorum saluatores. Non pudet
virum probum, vt habetur a Germanis, & prudentem,
tam apertam comminisci calumniam: Quanquam vtut se
habeat applicatio meritorum, quid facit ad monasticum in
stitutum de quo differimus: Errant fortasse monachi non
nulli, in hoc & quibusdam alijs, quæ proposita sunt a Phi
lippo, num statim euertendus est monachatus, & non poti
us dirigendus, & ad viam reducendus: Ecquis vnquam
vidit inter mortales ordinem, in quo non pessima quæque
admixta sunt optimis: Subuertantur ergo vniuersa homi
num

num instituta, quia nullum est in quo non vulgo probentur abusus, qui cordatioribus displicant. Sed succedunt nunc aliciae quæstiones, quæ proprius causam attingunt. Vtrum sint licita vota his opinionibus facta. Vtrum licita sint vota, quæ prætextu religionis tantum ventris & ocij causa suscipiuntur. Vtrum vere sint vota, quæ sunt extorta aut intuitis, aut ijs, qui per ætatem nondum iudicare poterant de genere viæ: quos parentes aut amici intruserunt in monasteria, ut de publico alerentur sine patrimonij priuati iactura. Hæc & his verbis quærerit Philippus. Ego vero his omnibus una respondeo, mihi non videri licita vota, quæ illicitis fuerint opinionibus suscepta, cæterum de opinionibus vouentium & iudicio pronunciare, non Lutheri est aut Philippi, sed ecclesiæ. Porro monachatum, qui non pietatis causa sed vi aut cupiditate suscipitur, cuiusmodi plurim fœminarum esse credo, & quorundam adolescentolorum, quibusdam, præsertim se militijs dedicantium, ingenue fateor, mihi nequaquam probari, nec huiusmodi teneri credo votis, quæ his affectibus atque defectibus nuncupauerunt. Tametsi (quod superius diximus de sacerdotibus) non est cuiusvis de hisce iudicare rebus: nec debet priuata temeritate dismetti, quod publica est & solenni autoritate susceptum. Quin consulto prius Pontifice summo & totius causæ ratione eidem diligenter exposita, iudicio eius est parendum. Hoc cū ita sit, vehementer admiror, quid sibi velit vestra cōfessio, in qua tribuitis summo Pontifici ius dispensandi in huiusmodi votis, cum tamen citra eius autoritatē apud vos quotidie rescin-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

rescindantur impune. Ultima quæstio est vtrum licita sint vota quæ palam vergunt ad malum exitum, vel quia propter imbecillitatem non seruantur, vel quia n̄ qui sunt in illis sodalicijs coguntur abusus missarum, impios cultus sanctorum, consilia sequendi in bonos viros approbare, & adiuuare, &c. Hæc quæstio vt & multæ præcedentium hoc agit, vt apostatae, quorum per vniuersam Germaniam inges est numerus, iure videantur a monasticæ tranquillitatis obseruatione in huius saeculi theatrum velut histriones mutata persona profiliisse. Cōtinet enim causas quas professionis suæ defertores apostatae prætexunt, vt vulgus imperitum existimet illos non libidinis & voluptatis causa, quod res est, sed pietatis zelo a nobis tanquam ab impijs discessisse. Nos de his (si qui sunt) qui veræ continere nō possunt, superius diximus, quid iudicij haberemus. Cæteri abusus quorum occasione fingunt se ordinem deseruisse, nihil nos mouet, quandoquidem multa sunt quæ Philippo iudicantur abusus, & eadē vt sacri ritus & piæ consuetudines probantur ecclesiæ. Et si quæ sunt quæ nullis bonis viris probari queant, potuerant absque loci ordinis & sodalitij mutatione vitari. Nam quæle est hoc, fieri ex monacho sacris iniciato laicum & maritū, propterea quod cæteri sodales abutuntur monachatu? Nū vt locus tibi ob sit, nullus est alius in quo tibi liceat esse monachus. Nunquid vniuersa monasteria sunt vsque adeo corrupta, vt nullus sit apud illa veræ pietati locus? Hoc vt ita esset, quod tamen quis esse credit, sed vt ita esset, nunquid non tibi liberum est seorsum agere monachum, hoc est, castū seruare

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 205.

uare cœlibatum, frugaliter viuere, & Episcopo saltē aut cui-
quam alteri præsuli præscripto & peculiariter obedire, & sic
meliori quo fieri possit modo quod pollicitus es exhibere, et
non causas comminisci vanas, ne quid apertius dicam, qui-
bus simplici vulgo fucum faciens, ex monacho, presbytero
catholico fias laicus, maritus, hæreticus, aut certe schismati-
cus. Hæc ad quæstionem: Verum ut omnia quæ aduersum
nos tam in confessione quam in apologia, que nihil addit ni-
si verba, obiecta sunt semel colligam, & breuiter ad singula
respondeam, hæc mihi videntur in genere obijci.

Monachi, votum cœlibatus contra Dei mandatum suscipiunt.

Hoc esse vanum constat per ea quæ de cœlibatu in com-
muni, & de votis monasticis differuiimus.

Colunt Deum humanis traditionibus, cuiusmodi sunt vota, contra II.
illud sine causa colunt me mandatis hominum.

Matth. 15

Non sunt hominum mandata cœlibatus, rerum abdi-
cio, & obedientia, sed Christi consilia, quod superius ostendimus: tame si Philippus pertinacissime negat rerum ab-
dicationem esse consilium Euangelicum. Sed quid non ne-
gabit, qui hoc aduersus Dei verbum inficiatur, de quo maxi-
me solent applaudere, & quod quarta quaç; linea nunc apte
nunc inepte nobis obijciunt: Cum ego Norimberge hac de-
re, cum Osiandro conferrem, protuli locum ex Matthæo, q; Christus dixit adolescenti: Si vis perfectus esse, vade, veni
de omnia quæ habes & da pauperibus & habebis thesaurum
in cœlo & veni sequere me: qui locus ex hoc apparet esse cō-
sillum, quod quicquid in eo præscribitur arbitrio relictum

Ff est

Cœliba-
tus, rerum
abdi-
cio, ac obedi-
tia, non
sunt homi-
num man-
dara, sed
Christi cō-
silia.

Matth. 15

F. ALFONSVS VIR VESIVS

est capescētis. Si vis, inq[ui]s, perfectus esse: Nec potest esse præceptum, quod preceptis iam pridem enumeratis apponitur, exposuerit Christus mandata quærenti, quoniam modo seruari possit, & vitam æternam acquirere, qui cum communī legis obseruatione non videretur esse contentus, & maiora quædam meditaretur ac mente conciperet, non repetit Christus: Si vis saluus esse, sufficiebant enim ad hoc præcepta per CHRISTVM exposita. Sed, si vis perfectus esse, quod communēm præceptorum superat obseruationem, tametsi in eorundem arctiorem custodiām demum recidat, vade & vende omnia quæ habes, &c. Cum igitur locum in disputatione produxissem fassus est Osiander (quod ego conabar astruere) verbis illis non inesse præceptum, sed cōfiliū, nullam ad posteros habere vim quo possit inter communia Christi documenta in totius ecclesiæ usum tradita connumerari. Non enim generatim nec ad personam, inquit, publicam locutus est ibi Christus, sed priuati hominis peculariter & seorsum interrogantis priuate contulit necessitatibus. Hanc responsonem eo videntur excogitasse Lutherani, ut imperitæ multitudini satisfaciant, quæ ut nihil intelligit, ita nec percipit, nec cogitat quidem, quid aut quale sit, quod nobis arguentibus & scripturas producentibus respondeatur, tantū si aduersarios cedere & obmutescere non coegerimus, quicquid responderint, dūmodo audacter, confidenter, stomachose respondeat, suos euicisse credunt: Et ego fateor me, ut est pudibūda veritas, quam primū Osiander conatus est argumentationem sua strophā deludere, h[ab]uisse tantisper ad vani-

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 226.

vanitatem hominis, quē ego grauiorem existimabā, quam
vt tam futili commento ipse sibi pateretur illudere. Mox ve-
ro resumpto spiritu, quid aīs, inquam, ecquid erit firmamen-
ti in scripturis, si possimus contēdere, & semel vt verum ad-
misserimus, quicquid responsum est interrogantibus aut cō-
sulentibus, non esse ad alios homines, nec ad alia tempora,
transferendum? Et quid hoc est, quod tu mihi modo respō-
des, nisi quod ridicule consuevit sub delinquentium respon-
deri persona, dum productis Euangelicis verbis coarguun-
tur peccata? Hoc, inquiunt, erat in illo tempore, nimirum ri-
dicula allusione ad tempus & personas quibus Christus lo-
quebatur, omnia eius verba referentes. Sed hæc, vt dixi,
ioco solent & quasi per ironiam responderi, tu vero serio
mihi futilissima responsione velle videris, argumentationis
vīm & pondus euadere. Quod quale sit, tute intra animi
tui recessum considera et cogita an dignum tua grauitate sit
& prudentia, de rerum maiestate quarum veritas ad fidem,
vīsus ad pietatem pertinet, ita nugari, vt quicquid tibi in buc-
cam venerit, quo non videaris esse vīctus effutias. Nam cō-
siliū Christi de rē abdicatione nō esse, vt ita dixerim, per-
sonale, & illi tantū iuueni, cui respondebat tributū, vel ex hoc
apparet manifeste, quod mox ad idem cōsiliū, quod tristitia
& abcessione renunciauerat adolescens velut alludens Pe-
trus, suo & aliorum nomine dixit: Ecce nos reliquimus o-
mnia, & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis? Hoc est: Ag-
gredimur quod suades, perfectionis aditum quod orbi de-
mōstras, maturauiimus occupare, quid ergo mercedis tantū

Ff ij labo-

F. ALFONS VS VIR VESIVS

laboris, tantum difficultatis capescientibus polliceris? Confir-
mat hanc expositionem responso Christi, qui eandem mer-
cedem, quam ostentauerat adolescenti, vniuersis ad idem,
quod illi suaserat, adnitentibus pollicetur: Omnis, inquit, qui
reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut ma-
trem, aut vxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meū,
centuplum accipiet, & vitam aeternam possidebit. Hæc ut
multa sunt & varia, ita diuersis pro Christi nomine dimis-
tuntur modis, quorum unus est coelibatus & paupertatis
spontanea suscepio, quæ non potest homini ut superius pa-
lam fecimus, nisi voti nuncupatione absoluta contingere.

Augustin. Vnde Augustinus quod Petrus pro toto discipulorum col-
legio Christo proposuerat, votum esse dicit potentissimo-
rum. Sed vnde, inquit, hoc eis nisi ab illo de quo dictum est:

s. Reg. 2. Dans votum vouenti. Nos libentius accedimus uni Au-
gustino, ut Chrysostomum & ceteros eiusdem exposicio-
nis autores ecclesiæ proceres prætermittam, quam vniuersis
monasticæ professionis tum hostibus tñ desertoribus. Hæc
longius enarraui quam statueram, propter eos, qui cum ver-
bum Dei identidem a nobis efflagitant, nō credunt esse vera
bus illustrauerint, obscurauerint dixissem verius. Porro q
Philippus citat sine causa colunt me docentes doctrinas &
mandata hominum exposuimus Philippica X. Sed rursus
objectiones audiamus.

Matt. 15.

II. i. Credit huiusmodi votis mereri iustificationē, et peccatorum remissionē.
Hoc æque, ut superius, vanum est: tametsi in peccatorum
remis-

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 207.

remissione non nihil tribuimus nostris operibus non cōmen-
ticijs, sed pijs, & in hunc vsum a Christo probatis, hæc tamen
superius etiam discussa sunt Philippicis X. & XI.

Impie opponunt iræ Dei humana opera, cui solus Christus erat IIII.
Opponendus.

Non est impiū iræ dei opponere lachrymas, ieiunia, & cæ-
teræ pœnitentia opa, eleemosynas, preces, quæ opposuerunt Pe-
trus, David, Niniuitæ, & multi alij pro eius delictis, Hierony-
mus etiā dicit, se in eremum secessisse, vt in agris & in solitu-
dine durescētia peccata deflens, Christi in se misericordiā de-
flecteret. Cur non satis fuit illi, Deo huiusmodi peccatis irato
Christum opponere, aut ipsi Christo suos labores, cruciatus,
mortē, vniuersa deniqz, q̄ pro nobis & fecit, & passus est, op-
ponere, quo eius auerteret iram, & misericordiā in se deflecte-
ret; Quinimo Paulus nō modo pro suis, verè & pro cætero= Colos. x
rum peccatis sua opa offerebat, cū supplebat (vt ipse ait) quæ
deceperant passionum Christi in carne sua pro corpore eius, qđ
est ecclesia, tametsi hoc non erat aliud opponere iræ Dei, quā
Christum, cuius opera sunt quicquid eius mēbra, fideles scī-
licet, operantur: De quo etiam superius Philippica.

Huiusmodi operum fiducia Christum amittunt, iuxta illud Pauli: Ex v.
vacuati estis a Christo qui in lege iustificamini.

Ita esset, si hisce rebus aliud q̄ Christū exprimeremus, aut
alium q̄ Christum in nobis operantē crederemus: Paulus lo-
quitur de operibus legis Mosaicę, Nam de Christianis operi-
bus ostendit se lōge diuersum sentire cū dicit: Glorificate de- 1. Cor. 6
um in corpore vestro. Philippus loco quē citat vult, & aperte
pronunciat Paulū intelligi de operibus etiam decalogi, quod

Ff ij non

Opera bo-
na non est
impiū
oppōnere
iræ Dei.
Matth. 16
Psalm. 6
Ionæ,
Hierony.

F. ALFONSVS VIRVESIVS

non est nunc sententia confutare: Nam si Paulus dicit, quicquid Philippus vult illum dixisse, aut cōminiscitur, intellexisse, frustra illi auer samur, cui nullo modo resistere possumus. Nunc vero quod ad hunc Pauli locum attinet, sufficiet pro confutatione, integrā Pauli sententiam, tamēsi longiusculam, suis verbis exposuisse: State, inquit, & nolite iterum iugo seruitutis contineri. Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si circūcidamini, Christus vobis nihil proderit: Testificor autē rursus omni homini circūcidenti se: quoniam debitor est vniuersae legis faciendae: Euacuati estis a Christo, qui in lege iustificamini: a gratia excidistis. Nos em̄ spiritu ex fide spem iustitiae expectamus, Nā in Christo Iesu neq; circuncisso alia quid valet, neq; præputiū, sed fides q̄ per charitatē operatur: Haud expositione, ut reor, opus est, sed admonitione ad intel ligendum hoc loco, qui fidem charitati cæteris operibus exclusis, coniungit, non decalogi, cum legis meminit, sed veteris Iudaismi opera dānari, et a Christo pronunciari aliena. Non tū mireris, Germane lector, quod hoc loco Philippus operibus legis Mosaicę addat etiam præcepta decalogi, nā & alio operē circuncisioni & præputio, quæ nihil valere pronūciat Apostolus, addidit etiam baptisma, & facit Paulum dicentem: In Christo Iesu neq; circuncisio aliqd valet, neq; præputium, neq; baptisma, ut ipse addit. Quādiu hæc licent Philippo, q̄s poterit eum superare: Sed tu potius attende quod dicitur, in Christo Iesu multum valere opera charitatis ex fide.

VI. ¶ Falso docent monasticum institutum esse statum perfectionis.
Hieronymus, Falso ergo Hieronymus monachum instituens dicit: Tu autem

ADVERSUS LVTH. DOGMATA. Fol. 108.

autem perfectum te esse pollicitus es. Nam cum derelicta militia te castrasti propter regna cœlorum, quid aliud quā perfectam sequutus es vitam? Quin & secessit Christus iuuuenientem cui dixit: si vis perfectus esse.

¶ Praferunt consilia præceptis, & ita obscurant præcepta Dei, & ver. VII. rum cultum.

Hoc esse fictum & vanum, vel ex hoc appareret, quod Thomæ recentiorum monachorum facile princeps, docet in ea parte summæ theologicæ, quam appellat secundam secundæ, quest. CLXXXIII. arti. III. quo in loco non obscure totius veræ perfectionis primas tribuit præceptis diuinis.

¶ Praferunt se non modo simplicibus Christianis, verum & magistris VIII. tibus & pastoribus.

Verus monachus nemini se præfert, Institutum hoc esse vilius & expeditius ad assequendū Christianam perfectiōnem, quam cōmuniis laicorum vita, ex sacris literis confirmavimus: Pastoribus non modo supremis, verum et quibusuis curionibus quantum tribuamus, ostendunt Thomæ verba in ea parte summae theologicæ, quā modo citauimus, questio ne eadē articulis VII. & VIII. hac de re ex professo differētis.

¶ Ex huiusmodi falsis præconijs vitæ monastice populus pericitatur IX. falsis opinionibus, audit sine modo laudari cœlibatum, ideo cum offensione conscientiæ versatur in coniugio.

Cur hoc non occinitur Paulo: qui multis nominibus cœlibatum præfert coniugio? Quanquam non est, cur in matrimonio cū offensione conscientiæ versentur cōiuges, quibus exī tranquillitas mentis, corporis, & animi sanctitas, & id genus alia negantur, æterna tamen salus offertur.

¶ Audit.

F. ALFONSVS VIRVE SIVS

X. ¶ Audit solos mendicos esse perfectos, ideo cum offendione conscientia retinent possessiones, negotiantur.

¶ Matth. 10. Cur & hoc non occinitur Christo, qui non modo perfectionem diuitibus negat, ut monachi, verū & ingressum regni coelorum illis esse tantum non impossibile prædicat, & semen verbi dei a diuitiarum solitudinibus suffocari dicit, tametsi monachorum nemo solis mendicis tribuit perfectio nem, vt Philippus consueta fide obijcit nobis.

¶ XI. ¶ Audit consilium euangelicum esse de non vindicando.

¶ Fortassis a Luthero & Philippo, qui vt Christianos cum Christianis funestis certaminibus committant, id quod non semel fecerunt, prædicant Euangelium amare sanguinem & bella. Nam de nobis hactenus audiuit nemo.

¶ XII. ¶ Plurimi monachi ante iustum ætatem suscepereunt vota monastica quibus liberum est rescindere.

Viderint ipsi, in quos haec competant, nos ordinē & professionem, non quorundam temeritatem defendimus. Nec mihi (tametsi quintodecimo anno vixdum exacto monachum indui, & quinto post mense vota suscepi) vñq̄ probata sunt vota præcoccia, quæ tamen semel nuncupata fuerint, non possunt priuata autoritate rescindi.

¶ XIII. ¶ Augustini tempore libera erant collegia monachorum, postea addita sunt vota.

Hoc superius ostendimus esse fictum, cū de votis agemus. Quoniam vero citatur Augustinus, tametsi verba non producuntur operæ premium totius causæ confirmationi me facturum existimo: si eundem controversiae iudicem legero, quem sui dogmatis testem citat Philippus. Augustinum igitur

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 229.

tur in psal. XCIX. audiamus. Si aut̄ sic laudamus (inquit, nā
 de indiscretis omnium ordinum & immodicis laudibus tra-
 etare cœperat) in hoc tempore ecclesiam Dei quō laudat scri-
 pturæ Dei, ecce quomodo nunc dixit: sicut lilyum in medio Cantic. 2
 spinar̄, sic proxima mea in medio filiar̄. Audit homo, consi-
 derat, placet illi lilyum, intrat, adhæret lilio, tolerat spinas, mere-
 bitur esse in laude, & in oculis sponsi, qui dicit: Sicut lilyum in
 medio spinar̄, sic proxima mea in medio filiar̄. Ita & in cleri-
 cis laudatores clericor̄ intendunt ibi bonos ministros, fideles
 dispensatores, oīm toleratores, viscera sua impendentes ijs, q̄s
 volunt proficere, non querentes quæ sua sunt, sed quæ Iesu
 Christi, Laudant hęc, obliuiscunt̄, quia mixti sunt malis. Rur-
 sus qui reprehendunt auaritiā clericor̄, improbitates clericor̄-
 rum, lites clericor̄, appetentes res alienas, ebriosos, voraces, ia-
 stantes, & tu inuidē vituperas, & tu incaute laudas. Tu q̄ lau-
 das, dic mixtos malos: tu qui vituperas, vide ibi & bonos. Sic
 & in illa vita cōmuni fratrum quæ est in monasterio, magni
 viri sancti quotidie in hymnis, in orationibus, in laudibus dei
 inde viuunt: cum lectione illis res est, laborant manibus suis,
 inde se transigunt, nō auare aliquid petunt. Quicquid eis in-
 fertur a pījs fratribus, cum sufficientia & cum charitate vtun-
 tur: nemo sibi usurpat aliquid, quod alter non habeat: omnes
 se diligunt, omnes inuicem se sustinent: Laudat, qui nescit qđ
 interius agatur, qui nescit quomodo illo vento intrāte, etiam
 naues in portu colliduntur. Intrat quasi securitatem sperans,
 neminem quem toleret habiturus: inuenit ibi fratres malos,
 qui mali inueniri non possent, nisi admitterentur. Est necesse

Gg vt

F. ALFONSVS VIRVESIVS

ut primo tolerentur, ne forte corrigantur. Nec excludi facile possunt, nisi prius fuerint tolerati, & sit ipse intolerandæ patientiæ. Quis me hic quærebatur? Ego putabam quia charitas esset hic. Et paucorum hominum molestia irritatus, dum non perseverauerit implere quod voulit, fit desertor tamen sancti propositi & reus voti non redditus. Iam vero cum inde exierit, fit & ipse vituperator, & maledicus, & dicit ea sola, quæ quasi se pati non potuisse asseuerat, & aliquando vera, sed vera malorum toleranda sunt, propter societatem bonorum. Dicit illi scriptura: Vnde igit qui perdiderunt sustinentiam. Et quod est amplius, ructat indignationes malorum odorum, unde absterreat intraturos, quia ipse cum intrasset, perdurare non posset.

Quid apostolus Augustini ei omnia transfigurarum apostasiam, & causas quas illi praetere iactaret texunt, describere. Videtur non suorum temporum danasse desertores, sed nostrorum vaticinatus, tametsi nostri libidinē & impudicitiam una cum indignationibus adiunixerūt: ut non contenti fieri sanctæ professionis desertores, fiant etiam maritorum aut certe procorum æmuli, & rivales, & ita utrūque ordini iure odibiles & execrādi: Sed ad vota redeamus.

Videtis Germani quam ex fide Philippus citet Augustinū, nempe ut alios diuinæ scripturæ locos consuevit. Augustinus diserte pronunciat eos, qui quorundam peccatis aut morum importunitate offensi, monasteria deserunt, voti desertores esse. Dum non perseverauerit, inquit, implere quod voulit, fit desertor tam sancti propositi, & reus voti non redditus. Hoc est votum illud Christi doctrina & apostolorum exemplum.

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 220.

prosusceptum, quod loco quem paulo ante ex XVII. lib. de ciuit. dei citauimus, votum potentissimorum appellat. Quid ego vnum aut alterum, sexcenta possem producere loca, quibus voti, ut nunc sicut vota monastica, meminit Augustinus: sed constantiam & veritatem dictorum Philippi rur sus videamus:

Augustinus negat dissolui coniugia illorum, qui post huiusmodi vota duxerunt uxores.

Qui constat Augustini temporibus non fuisse vota monastica, quod precedens obiectio habet, & eundem tractasse aint dissoluenda coniugia quae conciliantur post huiusmodi vota: Augustini verba non de votis pronunciat monasticis, sed de continentiae voto, qd viduae quædam domi suæ, quo se liberius ac firmius Christi obsequio & misericordiae operibus mancipare valeant, priuatim suscipiunt. Nam locus etsi a Philippo arte sua consueta non citatur, nec proferuntur verba, aut nullus est, aut habetur in libro de bono viduitatis cap. II. & X, cuius verba tametsi prolixa non grauabor adiicere, nempe ut multū lucis causæ, multum pudoris (nisi omnem prorsus abiecerit) allatura Philippo: Citat Augustinus cap. VIII. ad viduas conditionis suæ admonēdas apostoli verba ex capite primo prioris epistolæ ad Timotheum, atque in hunc modum de viduarum coelibatu simul & pudicitia disserit: Volo igitur iuniores nubere, filios procreare, matres familias esse. Nuptiarum bonum apostolica sobrietate & autoritate commendat, non procreandi officium etiam eis quæ continētiæ bonum capiunt, tanq ad obsequelam legis impo-

Philippi
vanitas &
inconstan-
tia in citan-
dis testi-
monijs.
August.

Gg ij nit

F. ALFONSVS VIRVE SIVS

nit. Deniq; cur hoc dixerit pandit, cū adiungit, & dicit, Nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. Iam enim quædam conuerse sunt retro post satanam, vt his verbis eius intelligamus eas quas nubere voluit, melius posse continere quam nubere, sed melius nubere q; retro post satanam ire, id est, ab illo excellenti virginalis, vel viduæ castitatis proposito in posteriora respiciendo cadere vel interire. Proinde quæ se non continent, nubant, anteq; continentia profiteantur, an
 1. Timo. 5; teq; Deo voueant, quod nisi reddat, iure dānantur. Alio quip peloco de talibus dicit: Cum em in delicijs egerint in Christo nubere volunt, habētes damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt, id est, voluntatem ad nuptias a proposito cōtinentiae deflexerunt. Irritā quippe fecerunt fidem quā prius voverant, quod perseverantia implere noluerunt. Nuptiar; igitur bonū semper est quidē bonū, sed in populo Dei fuit aliquī legis obsequium, nunc est infirmitatis remedium: in quibusdam vero humanitatis solacium: Filiorum quippe procreationi operam dandi, nō canino more per usum promiscuum sc̄minar; sed honesto ordine coniugali, non est in hominē improbandus affectus etiam ipsum tamen laudabilis transcendit & vincit coelestia cogitans animus Christianus. Sed quoniam sicut ait dominus: Non omnes capiunt verbum hoc, quæ potest ergo capere capiat, quæ se non continent nubat, quæ nō cœpit, deliberet: quæ aggressa est perseueret, nulla aduersario detur occasio, nulla Christo subtrahatur oblatio. In coniugali quippe vinculo si pudicitia conseretur, damnatio non timetur; sed in viduali & virginali contingen-

nentia, excellentia muneris amplioris expetitur : Qua ex-
petita & electa, & voti debito oblata , iam non solum non
capescere nuptias, sed etiam , si non nubatur, nubere velle da-
mnabile est . Nam ut hoc demonstraret Apostolus non ait:
Cum in delicijs egerint, in Christo nubunt, sed nubere vo-
lunt, habentes, inquit, damnationem, quoniam primam
fidem irritam fecerunt, & si non nubendo, sed tamen volen-
do, non quia ipsæ nuptiæ vel talium damnandæ iudicâtur,
sed damnatur propositi fraus . Damnatur fracta voti fides,
damnatur non susceptio a bono inferiori, sed ruina ex bono
superiore : Postremo damnantur tales, non quia coniuga-
lem fidem posterius inierunt, sed quia continentiæ primam
fidem irritam fecerunt. Quod ut breuiter insinuaret Apo-
stolus, noluit eas dicere habere damnationem , quæ post
amplioris sanctitatis propositum nubunt, non quia non da-
mnentur, sed ne in eis ipsæ nuptiæ damnari putarentur. Sed
cum dixisset , nubere volunt , continuo addidit habentes
damnationem . Et dixit quare . Qm̄ primam fidem irritam
fecerunt, ut voluntatem quæ a proposito cecidit appareat
esse damnata , siue subsequantur nuptiæ siue desint . Pro-
inde qui dicunt, talium nuptias non esse nuptias , sed po-
tius adulteria , non mihi videntur satis acute ac diligenter
considerare quid dicant . Fallit eos quippe similitudo veri-
tatis , &c. Hæc sunt opinor verba quibus inititur obiectio
Philippi, quibus superiora nos adiecimus, ut præter totius
operis argumentum quod est de bono viduitatis, ipse cur-
sus orationis & tenor ostendat nullam hic monachatus aut

F. ALFONSVS VIRVESIVS

monasterij fieri mentionem . Loquitur enim Augustinus de viduis illis , quibus Paulus dicit : Volo autem iuniores nubere , & alibi : Cum in delicijs egerint , in Christo nubere volunt , quas non fuisse monachas , nec id aggressas quod monachatus hodie proficitur , vel Philippus ipse concedet . Firmauerant quidem coelibatus propositum voto , sed priuato , quod sacramenti viribus non potest ob sistere . Quod si quæras quæ sit ratio cur solennitas tantum virium addat professioni , quæ ab ipso profitentis animo , magis quam a solennitate quæ prorsus extima est , proficiscitur : Hæc iam quæstio alia est , & ab obiectione longe diuersa , nec ijs quæ ecclesiæ decretis non acquiescunt , deerunt vnquam huiusmodi interminabiles quæstiones , nos tantum ostendere voluimus , Augustinum non esse de votis monasticis loquutum , cum ratas vult esse nuptias , quæ promissæ continentiae superueniunt , sed de voto priuato , cui etiam ostendit fuisse quondam catholicos , qui vim tribuerent dirimendi , aut certe prohibendi coniugia & efficiendi ut non coniugia essent sed adulteria , tanta fuit semper ab ipsis etiam apostolorum temporibus votorum potestas & obseruatio , quæ hodie ut impia (si diuis placet) hominum commenta proscinduntur a Philippo quem rursus audiamus .

XV. ¶ Olim monasteria erant scholæ sacrarum literarum & aliarum discipularum , quæ sunt utiles ecclesiæ , & ad discendum monachi converiebant , nunc fingunt institutum esse vitæ genus ad promerendam remissionem peccatorum .

Monachorum collegia scholas esse sacrarum literarum vehementer optamus , & quædam esse videmus , alioq non pro-

produxisserunt tot sapientium centurias optimis disciplinis
instructas, aduersus ecclesiæ alophilos. Certe nos quo-
quot hactenus incolimus ordinis nostri coenobia (habi-
tauimus autem Burgis, Valladoliti & Salamancae) scriptu-
ras sacras aut illarum grauiores interpretes monachis sem-
per enarrauimus. Falsum tamen est, olim monasteria non
fuisse nisi disciplinarum scholas: id quod Basilij, Chryso-
stomi, Hieronymi, Augustini, Iohannis demum Cassiani
scripta aperte declarant, tametsi scripturarum sanctorum pia
magis & simplex quam tumida & artificiosa lectio ac me-
ditatio frequens primum locum sibi in monasticis exercita-
mentis obtineat. Omnium vero absurdissimum est, quod
Philippus ex superioribus velut irrefragabilibus axioma-
tis colligit.

Terror est perniciofissimus, sentire quod Euangelica perfectio sit in XVI.
traditionibus humanis. Nam ita etiam Mahumetistarum monas-
chi gloriari possunt, se habere perfectionem Euangelicam.

Hoc ut verissimum est, ita ineptissime simul & malicio-
fissime aduersus nos colligitur. Quid enim ad nos attinet obie-
ctio Mahumetici monachatus? Num significare vult nos
perfici credere sine Christo & eius fide? Hæc mahumetica
verba sibi concinant Lutherani, qui ausi sunt docere non
obesse Christiano, si omnes externos ecclesiæ ritus negligat,
& vniuersos Turcarum, etiam circumcisionem, accipiat, id
quod, ne quis me studio mentitur existimet, in eo libello me-
mini me legisse, quæ Philippus hypotipeses appetet, ubi est
illud quod cõmemorauit de baptismo. Nos ergo diu homo ex
corpo-

F. ALFONSVS VIRVESIVS

corpoce constat & animo, credimus utroque pietatem esse
præstandam, idque non ad nutum cuiusvis etiam catholi-
ci nedum pseudoprophetae, sed scripturarum sanctorum &
ecclesiæ præscripto.

XVIII. Regnum Dei est iustitia & vita in cordibus, ideo perfectio est cres-
re timorem Dei, fiduciam misericordiae promissæ in Christo,
s. Cor. 3 & curam obediendi vocationi sicut & Paulus describit perfectio-
nem. Transformamur à claritate in claritatem tanquam à domi-
ni spiritu. Non ait, alium subinde cucullum accipimus, aut ali-
os calceos, aut alia cingula.

Hoc etiam quis vñquā negauit Philippo? Quærat quos
hæc tam recondita doceat, monachi iam dudum ætates ista
nouerunt, nec quicquam aliud profitentur. Addendum ta-
Col. 3 men erat ad perfectionem timori & fiduciæ amor, quæ Pau-
lus dicit esse vinculum perfectionis. Huic maxime aduersa-
tur ea, quam Græci philautiam vocant, hoc est, amor sui, o-
Augustin. mnium malorum fons & origo, atque adeo, vt Augustinus
dicit: Babylonis ciuitatem & regnum diaboli constituens,
quemadmodum charitas, quod omnium bonorum parens
1. Tm. 3 sit, regnum Christi efficit. Paulus ad Timo, enarrans sceles-
ra, quæ futura inter Christianos postremis temporibus va-
ticinatur, ab amore proprio, ceu ab vniuersorum capite in-
cipit, & in voluptatum libidinem & amorem desinit. Mo-
nachi ergo qui vere quod profitentur esse conantur, vt ad
charitatis perfectionem peruenire valeant, odium sui aduer-
Iohann. 12 sus philautiam meditantur, illud, inquam, odium de quo
Christus: Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam
æternam custodit eam. Vnde & perpetuum bellum sibi in-
dixit.

dixerunt ieunijs, vigilijs, & laboribus, carnis libidinibus & concupiscentiæ aduersantes, non quod in his credant sitam esse perfectionem, sed quod intelligent, quo magis sui contemptum & odium mens Christiana conceperit, eo feruen-
tius in Dei amorem & fiduciam identidem erigi, prouehi,
perfici, consummari, & inter hæc dum caro inedia & squa-
lore propemodum confecta, minus insolescit, minusque ob-
stat spiritui perfectionem meditanti, sit, ut, quod apostolus
at, quantum exterior homo noster deficit, ac viribus desti-
tuitur, tantum interior renouetur & perficiatur.

Post tam multa scripturarū loca, quæ nobis obiecta sunt in confessione, post impietates & errores, quos ex illis aduer-
sum nos colligit Philippus, conatur etiam nostrorum argu-
mentationibus respondere, & testimonia producta refelle-
re. Principio, ne qua possimus ab eius non obiectionibus
modo, verum & contumelij euadere, agnoscit immodi-
cas professionis nostræ laudes temperasse Gersonem, quoni-
am scripsit monachatum non esse perfectionem, sed statum
acquirendæ perfectionis. Nos quos autores habeat profes-
sio monachorum, & quos suæ laudis patronos atque præ-
cones superius exposuimus, nempe Christum, apostolos,
& ne hos non intelligere nos cauilletur Philippus, Basilius,
Gregorios, Chrysostomos, Augustinos, quorum multi iu-
stis ricubrationibus, integris libris causam nostram susce-
perunt, laudes extulerunt, professionem prædicauerunt,
non aduersus Lutherum & eius errores, quem tunc tempo-
ris, non timebant monachos succensurum, sed pro veritate,

Hh qua

F. ALFONSVS VIRVESIVS

qua solet ad sui commendationem & laudes vltro inuitare sapientes, hi omnes non dubitant pronunciare, monachatu perfectionem esse Christianam. Quorum sententiam explicavit diuinus Thomas & monachus & Gersone aliquot saeculis antiquior, ut apparet, cum ijs locis quorū paulo ante me minimus, tum verbis quæ hac de re eadem summæ theologicæ parte quaest. CLXXXVI. arti. I. ad argumenta quæ sibi obiecerat ipse respondet. Dicendum est, inquit, quod si eut dictum est, religio nominat statum perfectionis ex intentione finis, vnde non oportet, quod quicunque est in religione, sit perfectus, sed quod ad perfectionem tendat: Professio nis ergo nostræ locum et conditionem nosipsi agnoscimus, etiamsi nunquā admoneremur a Gersone. Sed nec hoc tem peramentum probat Philippus: Hoc, inquit, si sequimur, nihil magis erit monastica status perfectionis, q̄ vita agricolæ, aut fabri, nam hi quoq; sunt status acquirendæ perfectionis. Omnes enim homines in quacunque vocatione perfectionem ex petere debent, hoc est, crescere in timore Dei, in fide, in dilectione proximi, & similibus virtutibus, &c. Optime quidem, at non hic agimus, de his qui debent expetere perfectionem, sed an omnes professiones, aut omnia exercitamen ta æque conferant ad perfectionem, & an illam omnium hominum instituta & vitae genera aggrediatur, & vtrum monastica præcellat in hoc vniuersitate civilis institutis. Nam fæderotibus ac cæteris hierarchis fatemur, quatentis monachitatum sumus, impares nos esse professionis dignitate: Nec magis sunt ad propositum exempla veterū monacho rum

rum, quæ producit Philippus, quibus exemplis æquati angelica reuelatione leguntur laici quidam summis anachoreatis, quando non hic de meritorum collatione differimus, in quibus præstare potest sordidus lixa primis in ecclesia viris, sed de vita generibus in communi, de quibus negari non potest, quin quædam proprius accedant ad pietatem quam alia.

C O R O N I S.

Hoc loco, & his de rebus differentem oppressit me quorundam monachorum calumnia, qui haeresis non cuiusvis, sed Lutheranæ nomine me apud inquisidores Hispaniæ sunt criminati: Vide mihi lector quale pietatis hostimentum pro monastice professionis patrocinio iam inde ante XVI. annos suscepto nobis retulerint, simulq; animaduerte, qualem ecclesiæ nauant operam nonnulli, qui se fidei vindices & catholicæ pietatis iactant assertores. Sed nos neque propter paucorum, nec si plures quidem sint, insolentiam possumus sanctissimum religiōis institutum damnare, nec propter hominum ingratitudinem Christi & ecclesiæ causam deserere. Si enim in hoc mundo tantum (quod ait Paulus) in Christo sperantes simus, omnium hominum misserrimi sumus, Lutheri est, & eius complicum propter peruersos hominum mores, sanctas ecclesiæ leges et instituta damnare. Euangelica autem prudētia agnoscit quod superius diximus, sogenam Christi malos una cum bonis semper ab initio mudi collegisse, nec ullum esse ordinem tam perfectū, quin non mō nequam, verum perditissimos aliquot homines atq; deploratissimos habuerit. Innascuntur em̄ antido-

^{1. Cor. 15}^{March. 15}

Hh ij tis,

F. ALFONSVS VIRVESIVS

Nume. 22
Matth. 16
Acto. 6
Apoca. 2

tis toxicis, & saluberrimis quibusq; rebus solent esse admixta venena. Sic propheticus ordo habuit Balaam, apostolicus Iudam, diaconicus Nicolaum, vt ipsis rex omnium experimentis fateri cogamur, quod in exordio huius operis posuimus. Nihil scilicet esse adeo præclarum, cœlestis, diuinum, quod si versetur inter homines, & per homines dispensari, aut quoquo modo geri cōtingat, eorundem hominum defectibus non sit quadantenus obnoxium. Sed nos huiuscmodi non monachis, sed monachorum mōstris despctis, oculos ad monasticæ professionis heroes Paulos, Antonios, Iohānes, Macharios, Hilariones, & antiquos illos Aegyptiacos greges apostolicæ perfectionis æmulos & sectatores, cōuertamus. His adiūcere possumus Benedictum cum tam numerosa diuorum caterua: cuius institutum si nihil aliud ecclesiæ contulisset, vel hoc tamen erat illi semper habenda gratia, quod Gregorium illum cognomento Magnū, Pontificem protulit. Neque posterioribus sæculis defuerunt vari monasticæ pietatis professores, qui Mendicantium familias pio quidē consilio & successu non infelici condiderunt: nam sunt in eis, qui etiā sanctitate & eruditione claruerint. Quibus diuinæ approbationis pignoribus acceptis, pseudo monachos oēs æque atq; monachomastigas contēnamus, nec em propter alteros professio, nec propter alteros vita monachorū nobis debet esse cōtemptui. Me vero nemo credat, velim, monachorū pertesum, aut illorū infectione vscq; adeo commotum, vt propterea quasi indignans ab huius operis consummatione destiterim: stultum profecto esset & hominis

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 21;.

nis parum grauis, quod pro Christo opt. max. & eius tantummodo gloria fuerat inchoatum, ob stultitiam quorundam hominum & contumelias velle deserere, sed decreui (quod superius ad Carolum Cæsarem inuictissimum præfatus sum) nihil doctrinæ seu grauioris alicuius sententie addere, his, quæ in schedis, quas ad inquisitionis regesta retulimus, habebantur, ne quis me alio vñquam fuisse aut esse animo, erga catholicas veritates & ecclesiæ obseruantiam existimet, atq; fuerim antea quam aduersarij nostri quicquam aduersus nos molientur. Adieci tamen epistolam ad Osiandrum nostram, vt Lutheranorum congressus (si modo Lutheranus est Osiander) qui nobis criminis dantur, vel hoc argumento quales fuerint, appareat. Reliqua autem confessionis & apologiæ capita, quæ his disputationibus non attinguntur, etiam si perseq vellem, nulla opus esset noua doctrina ad illorum confutacionem: Omnia enim quæ sequentibus paragraphis Philippus inculcat de ecclesiæ ritibus, cæremonijs, præceptis, ordinibus, et si quæ sunt alia huiuscmodi, ita fuerant precedentibus ab eo producta, vt nihil addat noui nisi verba, quorum est impendio largus, ita a nobis discussa, & ad scripturarum testimonia, & ecclesiæ autoritatem, sunt collata, vt nulla sit opus alia confutatione. Superest vt Germanos nunc omnes (quod in exordio & saepe alias fecimus) demū exhortemur, & per communem in Christo Iesu salutis spem obsecremus, vt totam hanc disputationem, quam maxime poterunt, integrilegant, nec ulli se addicant sectæ aut factioni, cuius studio facile, nisi diligenter caueat, non solum ad ea quæ fuerint subob-

Hh ij scura,

F. ALFONSVS VIRVESIVS

scura, verum & ad splendidissima quaeç, vt oculi tenebris
assueti ad lucis aspectum, cæxutient, & hallucinabuntur, po-
Isaie 6nentç (quod ait Propheta) lucem tenebras, & tenebras lu-
cem: apud quem prophetam multi, qui belle sibi sapere vide-
Isaie 59bantur, tandem errore, vbi illis minime proderit, patefacto di-
cunt: Elongatum est iudicium a nobis, & non apprehendet
nos iustitia: expectauimus lucem, & ecce tenebrae: splendorē,
& in tenebris ambulauimus, palpauimus sicut ceci parietem,
et quasi absç oculis atrectauimus, impeginus meridie qua-
Iohan. 14si in tenebris, in caliginosis quasi mortui, &c. Est cui soli sub-
dendum est nostrum omnino iudicium, Christus Iesus Dei
¶ Petri 2 patris & filius & veritas, qui mentiri non nouit, fallere nescit,
peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. In cu-
ius verbis, quæ per se, vel per prophetas & apostolos sua or-
gana protulit, cum inciderit, vt intellectus imbecillitate cespi-
temus, aut ambigamus, est: ad quam huiuscemodi questio-
nes ipsius Christi Iesu prospæctione referantur. Ecclesia ca-
tholica: de qua ineptissimum est dubitare quænam, aut vbi
sit. Ea est enim quæ sectis, hæresibus suborientibus & inter-
cedentibus, ab ipso Christi tempore & ab orbis initio usque
ad nostra palam & in aperto perseuerat. Est enim ciuitas su-
Matth. 5per montem posita. Lucerna non sub modio latitans, vt qui-
dam fingunt, quo non sit cuius iudicio damnentur, sed super
candelabrum accensa, vt & dignosci possit ab omnibus, & ipsi
¶ Cor. 10qui ad illam accesserint, lucere. Huius est, vt ait Paulus, capti-
uare omnem intellectum in obsequium Christi: qua capti-
uitate nulla potest esse libertas felicior, quinimo huic vni
non

ADVERSVS LVTH. DOGMATA. Fol. 216.

non esse animo, fide & pietate subiectum, est, quod ait Petrus,
velamen habere malicie libertatem. Huic multæ pseudo ec^s. 1. Pet. 2.
clesiæ se ab apostolicæ prædicationis exordio opposuerunt,
quæ & si diu aliquoties durauerint, demum extinctæ
sunt, quoniam portæ inferi non præualebunt
aduersus eam. Christo Iesu pollicens
te vna atque præstante, cui sit
honor & gloria,
Amen.

Matth. 10

FINIS LIBRI.

*

pour, pour que tout cela soit bien évident.

simply good

一四三

卷之三十一